UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

urn:nbn:de:hbz:466:1-67882

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Z. 5178.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
A
R. P. ALEXANDRO
A S. JOANNE DE CRUCE EX PROVINCIA BAVARICA CARMELITA DISCALCEATO, OLIM S. THEOLOGIÆ AC SS. CANONUM LECTORE CONTINUATA.

CONTINUATIONIS
TOMUS
SEXAGESIMUS SECUNDUS,
SEU IN ORDINE
TOMUS LXXVII.
Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742.

Universitat Paderborn 1787

Cum Approbatione Rmi Ordinariatus Augustani.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
IMPENSIS OFFICINÆ LIBRARIÆ JOSEPHI WOLFF.
MDCCLXXXVII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSPECTUS LIBRORUM TOMI LXXVII.

LIBER CCXXXIII.

§. 1. *Nova operum S. Ephræmi Syri editio studio Cardinalis Quirinii adornata.* Pag. 1

§. 2. *Jansenistarum cavillatio documento per eundem Cardinalem producto elusa.* 15

§. 3. *Epistola Pastoralis Georgii Lazari Bergeri de Charancy Montpessulani Episcopi occasione cujusdam epistolæ Jansenianæ.* 22

§. 4. *Ipsa Epistola apud præfatum Parochum reperta seu Jansenismi arcana.* 97

§. 5. *Jurisdictionis Ecclesiasticæ usurpatio Regiis edictis suppressa.* 120

§. 6. *Levis contentio inter Sedis Apostolicæ Nuntios, & Coloniensem Magistratum.* 130

§. 7. *Seditiosi motus Toggenburgensium Calvinistarum contra legitimum suum Principem.* 135

§. 8. *Salisburgensium motuum origo.* 137

§. 9. *Acrioris disceptationis argumentum.* 147

§. 10. *P. Placidi Böcken oratio de B. V. cultu.* 149

§. 11. *Varium de hac oratione judicium.* 174

§. 12. *Novi tumultus inde concitati.* 195

§. 13. *Tumultus Principis Archiepiscopi Salisburgensis vigilantia sedatus.* 201

§. 14. *Libellus famosus in Eruditorum defensionem editus, sed suppressus.* 205

§. 15. *Literæ Ludovici Muratorii Mutinensis Bibliothecarii ad Universitatis Rectorem Magnificum.* 206

§. 16. *P. Rectoris responsum ad præfatam Muratorii epistolam.* 211

§. 17. *Ejusdem Ludovici Muratorii responsio ad P. Gregorium Horner Rectorem Magnificum.* 218

§. 18. *Literarum studia variis in locis gnaviter promota.* 224

§. 19. *Alternans Judæorum fatum.* 226

§. 20.

§. 20. *Religionis Catholicæ ſtatus in Poſnania.* 239

§. 21. *Variæ turbæ in Lutheranorum Eccleſiis.* 243

§. 22. *Controverſia circa jus nominandi inter Abbatiam S. Maximini & Comites de Grumbach agitata.* 258

§. 23. *Status Religionis Catholicæ in Perſiæ Regno.* 265

§. 24. *Caroli VI. glorioſiſſimi Imperatoris obitus & elogium.* 268

§. 25. *Alii Principes atque Illuſtres Viri hoc anno denati.* 278

§. 26. *Joannes Antonius Cardinalis D'Avia mortuus.* 289

§. 27. *Giberti Borromæi Cardinalis deceſſus.* 297

§. 28. *Petri Ottoboni Cardinalis fata.* 299

§. 29. *Joannis Baptiſtæ Cardinalis Altierii extrema.* 306

§. 30. *Leandri Cardinalis de Portia obitus.* 308

§. 31. *Seraphinus Cardinalis Cencius satis functus.* 313

§. 32. *Diversæ Clementis XII. & Benedicti XIV. summorum Pontificum decreta & Constitutiones.* 315

§. 33. *Ejusdem summi Pontificis Benedicti XIV. Epistola Encyclica ad omnes totius orbis Præsules.* 322

§. 34. *Lutherana sanctio circa impedimenta Matrimonii.* 335

§. 35. *Scriptorum Religione Catholicorum opera & obitus.* 337

§. 36. *Scriptores Acatholici hoc anno mortui, eorumque lucubrationes.* 339

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ

LIBER CCXXXIV.

§. 1. *Religionis Catholicæ status in Silesiæ Ducatu.* 343

§. 2. *Summi Pontificis sollicitudo pro conservanda fide Catholica in eodem Ducatu.* 348

§. 3.

§. 3. *Friderici Boruſſiæ Regis declaratio circa uſum Religionis Catholicæ.* 350

§. 4. *Benedicti XIV. Papæ querelæ propter Cardinalis Sinzendorffii captivitatem.* 356

§. 5 *Matrimonia diſſolvendi libertas a Papa Polonis reſtricta.* 369

§. 6. *Jejunii quadrageſimalis obſervantia a Benedicto XIV. Epiſcopis commendata.* 361

§. 7. *Quæſtio circa jejunii legem ab eodem Pontifice deciſa.* 367

§. 8. *Ejusdem ſummi Pontificis declaratio circa vetitos cibos cum permiſſis non commiſcendos.* 371

§. 9. *Utraque Benedicti XIV. Conſtitutio Conſtantiæ & Spiræ promulgata, atque ab Epiſcopo explanata,* 377

§. 10. *Benedicti XIV. epiſtola ad Aug. Mariam Thereſiam Hungariæ & Bohemiæ Reginam.* 385

§. 11. *Præfati ſummi Pontificis querelæ contra dictam Hungariæ Reginam.* 388

§. 12. *Ejusdem ſummi Pontificis Benedicti XIV. humanitas erga devios a veritate.* 392

§. 13. *Joannis Meindarts Ultrajectenſis Pſeudo-Archiepiſcopi conſecratio a Benedicto XIV. Pontifice damnata.* 394

§. 14. *Poloni ſectariorum progreſſibus obſiſtere intenti.* 399

§. 15. *Hamburgenſium Proteſtantium intolerantia erga Catholicos.* 400

§. 16. *Proteſtantium poſtulata in Hungaria circa ſectæ ſuæ exercitium.* 413

§. 17. *Alexander Saulius Beatorum Albo a Benedicto XIV. Papa inſcriptus.* 419

§. 18. *Ejusdem ſummi Pontificis Conſtitutio circa Matrimoniorum diſſolutionem.* 421

§. 19. *Benedicti XIV. Papæ declaratio ſuper matrimoniis Proteſtantium in Hollandia & Belgio.* 423

§. 20.

§. 20. *Aliud ejusdem summi Pontificis decretum circa matrimonia occulta.* 425

§. 21. *Ordo Equestris S. Georgii in Bavaria novo favore auctus.* 427

§. 22. *Ordo Equestris a Carolo Neapolis Rege institutus, & a Papa pluribus privilegiis ditatus.* 428

§. 23. *Diversæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.* 430

§. 24. *Historia de nova Missalis Slavonici editione hoc anno Romæ adornata.* 436

§. 25. *Status Missionum in Indiis Orientalibus.* 444

§. 26. *Jacobi Lanfredini Cardinalis obitus.* 449

§. 27. *Bartholomæi Ruspuli Cardinalis decessus.* 457

§. 28. *Laurentii Altierii Cardinalis extrema.* 460

§. 29. *Marcelli Cardinalis Passerii fata.* 462

§. 30. *Melchioris Polignaci Cardinalis mors.* 466

§. 31. *Sueciæ Regis decreta circa Paschatis, aliorumque festorum celebrationem.* 475

§. 32. *Turcarum tolerantia erga Lutheranos.* 484

§. 33. *Exoticæ opiniones ac dissidia apud Protestantes.* 492

§. 34. *Libri a S. Romanæ Inquisitionis Congregatione proscripti.* 499

§. 35. *Principes atque Illustres hoc anno fatis functi.* 500

§. 36. *Celebrium Scriptorum Religione Catholicorum lucubrationes & obitus.* 504

§. 37. *Acatholicorum Scriptorum opera & decessus.* 517

§. 38. *Carolus VII. Albertus Elector Bavariæ in Romanorum Imperatorem electus.* 521

§. 39. *Ejusdem Imperatoris capitulatio circa Religionem Catholicam, ac Sedem Apostolicam.* 522

§. 40.

§. 40. *Caroli VII. Alberti Imperatoris filiales literæ ad Benedictum XIV. Papam.* 525

§. 41. *Ejusdem summi Pontificis oratio ad S. Purpuratorum Collegium hac super re.* 527

§. 42. *Benedicti XIV. literæ ad Carolum Albertum Imperatorem.* 532

§. 43. *Maria Theresia Hungariæ Regina de summo Pontifice questa.* 535

§. 44. *Sinzendorffius Cardinalis a Borusso Rege in Vicarium Generalem nominatus.* 537

§. 45. *Idem Cardinalis a Papa Romam venire jussus.* 539

§. 46. *Epistola Pastoralis ejusdem Cardinalis ad Catholicos in Borussia agentes.* 546

§. 47. *Pax Vratislaviensis inter Hungariæ Reginam & Borussiæ Regem inita.* 550

§. 48. *Borussiæ Rex solemnitati ob hanc pacem habitæ præsens.* 553

§. 49.

§. 49. *Hæc pax ab Hungariæ Regina summo Pontifici nuntiata.* 554

§. 50. *Parisiensis Parlamenti attentata circa Sacramentorum administrationem.* 556

§. 51. *Pluribus Dei Famulis Cælitum honores a Benedicto XIV. Papa asserti.* 561

§. 52. *Famosa ejusdem Pontificis Constitutio contra prohibitorum rituum Sinensium Vindicias.* 564

§. 53. *Nankimensis Episcopus in hujus Constitutionis observantiam jurare jussus.* 586

§. 54. *Electio & consecratio Harlemensis Pseudo Episcopi a summo Pontifice irritata ac damnata.* 588

§. 55. *Plures ejusdem summi Pontificis Constitutiones & decreta.* 596

§. 56. *Apostolica Missio in Thibetano Regno auctoritate Pontificis Maximi stabilita.* 606

§. 57.

§. 57. *Friderici Sueciæ Regis decretum pro Catholicis.* 635

§. 58. *Marcellini Cardinalis de Corio deceſſus & merita.* 638

§. 59. *Vincentii Ludovici Gotti Cardinalis obitus & elogium.* 640

§. 60. *Caroli Vincentii Ferrerii ex eodem Ordine Cardinalis extrema.* 650

§. 61. *Cajetani Cardinalis de Stampa elogium & mors.* 654

§. 62. *Papa quoddam Documentum Galliarum Regi tradere rogatus.* 659

§. 63. *Controverſia inter Franciæ Regem & Hungariæ Reginam circa Abbatiam S. Huberti.* 662

§. 64. *Toletani Archiepiſcopatus oppoſitio contra impoſitas pecuniarum exactiones.* 667

§. 65. *Principes atque Illuſtres hoc anno fatis functi.* 670

§. 66. *Iteratæ Wormatienſium Lutheranorum querelæ contra Catholicos.* 676

§. 67.

§. 67. *Nova appellantium attentata in Galliis.* 686

§. 68. *Franciæ Regis ſtudium pro Conſtitutionis* Unigenitus *obſervantia.* 690

§. 69. *Franciæ Præſulum zelus contra Judicum ſæcularium attentata.* 693

§. 70. *Gallicani Epiſcopi ad Papam deputati pro obtinenda ſuæ doctrinæ confirmatione.* 696

§. 71. *Epiſtola Paſtoralis Archiepiſcopi Pariſienſis ad Clerum ſuum circa præſentem controverſiam.* 702

§. 72. *Breve Apoſtolicum Benedicti XIV. Pontificis ad Franciæ Præſules de obligatione Sacramenta publice refractariis denegandi.* 705

§. 73. *Franciæ Regis declaratio circa hoc Pontificis Breve & Conſtitutionem* Unigenitus. 717

§. 74. *Ludovici XV. Galliarum Regis epiſtola ad Papam in eadem hac cauſſa.* 723

§. 75.

§. 75. *Rei gestæ notitia S. Purpuratorum Collegio a Benedicto XIV. Pontifice Maximo in Consistorio communicata.* 726

§. 76. *Solemne Jubilæum erecti Episcopatus Herbipolensis festive celebratum.* 729

§. 77. *Scriptores Religione Catholici hoc anno defuncti, eorumque lucubrationes.* 732

§. 78. *Acatholicorum Scriptorum decessus, editaque opera.* 737

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Illud præmonemus, cum res geſtas . . . ſcribere aggreſſi ſumus, *veritos nos eſſe, ne ea ſcriptis mandare videremur, quæ plerisque haudquaquam eſſent placitura, ſeu quod juxta vetus proverbium, veritas acerba eſt, ſeu quod nomina eorum, quos ſinguli præcipue diligunt, ſine ullo laudis titulo appellamus.* Socrat. Proem. ad lib. 6. Hiſt. Eccl.

Arduum videtur res geſtas ſcribere. primum, quod facta dictis exæquanda ſunt, deinde, quia plerique delicta, quæ reprehenderis, malevolentia & invidia dicta putent, ubi de magna virtute, atque gloria bonorum memores, quæ ſibi quisque facile facta putat, æquo animo accipit, ſupra veluti ficta pro falſis ducit. Salluſt. de bello Catill.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
CONTINUATÆ.
LIBER CCXXIII.

BENEDICTUS XIV. PONTIF. MAX. IMPERII ROM. VICARIATUS.

§. I.
Nova operum S. Ephremi Syri editio studio Cardinalis Quirinii adornata.

Nec huic sæculo deerant Viri eruditi, quos continuum studium, industria atque ipsa natura ad evolvendos Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

præprimis veteres S. Patrum Codices comparaverat. Facem his prætulerant doctissimi æternaque memoria dignissimi Patres Benedictini S. Mauri, quorum laboris assiduitati ac vigiliis universa Ecclesia in acceptis referre tenetur elimatissimas plurimorum Patrum editiones, hisque adjunctas præfationes notasque longe eruditissimas. Horum gloriam toti orbi adeo proficuam laudabilissime æmulatus est Angelus Maria Cardinalis Quirinius, Italiæ lumen, Purpuræ decus, Musarumque deliciæ, & totius sui Ordinis Benedictini ornamentum in paucis singulare. Hic jam anno hujus sæculi trigesimo secundo, quo a Clemente XII. Papa Bibliotecæ Vaticanæ Præfectura augebatur, curandæ novæ editioni operum S. Ephremi Syri animum adjecit. Floruit S. hic Pater natione Syrus sub Constantino Magno, eximia humilitate insignis, & tam vasta eruditione clarus, ut *Orbis Magister* passim nuncuparetur: ejus vero scripta, S. Hieronymo teste, Ecclesiæ Orientales pari ferme in pretio, quo Canonicos libros, habebant. Porro ejusdem doctissimas juxta ac piissimas lucubrationes ex græco idiomate omnium primus latinitate donaverat Gerardus Vossius Præpositus Tungrensis, qui suam versionem primum Romæ 1569. edi-

edidit, eamque anno reparatæ ſalutis Sæc. XVIII.
milleſimo quingenteſimo octogeſimo no- A. C. 1740.
no Sixto V. nuncupavit. Præ cæteris vero hujus S. Patris opera, ut Quirinius nova editione latina donaret, ipſum ſane operis præſtantia, & contentæ doctrinæ ad convellendos Novatorum errores natæ ſoliditate permotum fuiſſe, minime dubium eſt, alias quoque ſui ſelectus laborisque rationes explicat ipſemet in epiſtola nuncupatoria primo editionis ſuæ tomo præfixa his verbis: „Quam Sanctitas veſtra, dum me Ro„manæ Sedis Bibliothecarii munere „auxit, expectationem mei ſibi feciſſe „faſſa eſt Apoſtolicis literis ad me datis „die XXVI. Maii anni proxime elapſi, „ut nimirum ex Præfectura, operaque „mea ſacrorum ſtudiorum utilitas, ac „Vaticanæ Bibliothecæ ornamentum „proficiſcerentur, eam, inquam, expe„ctationem ſuſtinere ac tueri, quoad „virium mearum imbecillitas patiatur, „niſi diligentiſſime curarem, nemo pror„ſus eſſet, qui me gravi piaculo abſol„veret. Itaque mora haud ulla inter„poſita in animum induxi, doctis illis „viris, quos Lycæum Vaticanum com„plectitur, novas aliquas veterum Ec„cleſiæ Patrum editiones proponere, „quas collatis operis luculentas, atque „ad Vaticanos Codices emendatiſſimas

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„adornarent. Occurrit præ ceteris „sanctus Ephræm Syrus. Editioni „autem huic aggrediendæ, præter „Apostolici Bibliothecarii munus, quod „gero, haud levem stimulum adjun„xit titulus sancti Marci, unde Car„dinalatus meus ornatur: siquidem „id agens æmulari mihi videor egre„gium studium, quo erga tanti Pa„tris opera flagrasse præclarissimum ci„vem meum, Cardinalem itidem sancti „Marci, Augustissimum Valerium, ve„teres nonnullæ sancti Ephræm Editio„nes eidem inscriptæ testantur. Ad„dam præterea, Episcopo etiam Bri„xiensi Editionis hujus curam satis apte „congruere, cum Brixiensium typorum „laus fuerit, quod si non omnium pri„mi, ut quidam autumarunt, saltem „inter primos, Opera sancti Ephræm „evulgasse comperiantur." Cæterum ad perficiendum hoc opus Cardinalis maxime utebatur cura & studio Josephi Simonii Assemani ejusdem Bibliothecæ Pro-Præfecti & Basilicæ S. Petri Canonici, qui natione Maronita, eruditione & linguarum maxime Orientalium peritia apprime excultus sibi hoc onus a Cardinale ideo imponi credidit, quia Syrum Doctorem a Syro homine, si non pro dignitate saltem cum toto animi studio viriumque conatu accipiendum esse exi-

exiſtimavit. Præterea Quirinius in laboris ſocietatem pariter advocabat Petrum Benedictum Ambarachum pariter omnigenæ eruditionis Maronitam, qui in Piſano Athenæo diu ſacrarum literarum Profeſſoris munere laudabiliſſime functus erat. Alterum igitur novæ hujus editionis tomum Cardinalis anno 1736. Clementi XII. obtulit, & quæ in ea continentur, his verbis expoſuit: „Benignitas illa ſingularis, qua Sanctitas Veſtra manibus meis dudum oblatum priorem Tomum novæ Editionis „Operum ſancti Ephrem e Vaticanæ „Bibliothecæ Lyceo prodeuntem excipere dignata eſt, eadem mihi perſuaſit, haud minus liberaliter exceptum „iri Tomum alterum, qui in præſentiarum itidem ſub Sanctitatis Veſtræ „auſpiciis apparet. Sanctiſſimi, ac celeberrimi illius Patris complectitur iſte „Commentarios in ſacram ſcripturam, „cujus anima eundem ſpiritus lumine „illuſtraſſe, teſtatur S. Gregorius Nyſſenus, atque Syriacum exhibet Textum, ipſum ſcilicet Syri Doctoris idioma, cujus potiundi nulla unquam eruditis Viris reſtabat ſpes, horum votis „eo tantum tendentibus, ut Græcis „ſaltem fruerentur. Jure itaque ac merito, Beatiſſime Pater, Vaticana Tua „Bibliotheca, cujus mihi curam de-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„mandasti, magnopere glorietur, quod „locupletissimam modo S. Ephræm Edi„tionem, Græcam scilicet & Syriacam „cum latinis interpretationibus profe„rat; quando illa, quam centum & „quinquaginta circiter abhinc annis „Romæ suscepit Gerardus Vossius Præ„positus Tungrensis, ac trium Romano„rum Pontificum seu jussu, seu favore e „Vaticana Typographia evulgavit, san„ctum Ephræm latine solum loquentem „exhibeat; ea vero, quæ post medie„tatem sæculi decimi septimi mandante „Clero Gallicano de more in Comitiis „generalibus congregato, seu suscepta „fuit, non ultra sexaginta folia perdu„cta in ipso conatu defecerit; & postre„mo, quæ sub initium præsentis sæculi „prodiit in Anglia, majoribus quidem „in Scheldoniani Theatri typis ornetur, „at Græcum tantummodo Textum, Sy„riacis proinde, quin ipsis Latinis de„stitutum repræsentet. &c.

Tertium vero splendidissimæ hujus editionis tomum idem Cardinalis Quirinius Vaticanis typis ipsomet auspice adornatum anno 1741. Benedicto XIV. & anno 1743. quartum, nec non evolutis octo mensibus quintum tomum obtulit, in cujus epistola nuncupatoria præprimis hæc ejus verba ad Benedictum

ctum XIV. notanda veniunt: „Præcla- Sæc. XVIII.
„ram hanc editionem Orientalium Ec- A. C. 1740.
„cleſiarum ſanctiſſimi, ac celeberrimi
„Patris, cujus ſcripta apud easdem, di-
„vo Hieronymo teſte, locum ferme pa-
„rem cum libris Canonicis obtinebant,
„quamque, ceu firmiſſimum Catholicæ
„veritatis præſidium, olim in votis ma-
„xime habuit Clerus Gallicanus (nihil
„tamen de Syriaco textu cogitans, quod
„ejus aſſequendi ſpes omnis jam periiſ-
„ſet) Præclaram, inquam, hanc Edi-
„tionem, numeris omnibus abſolutam,
„ſi Nicolai V. temporibus Vaticana Bi-
„bliotheca emiſſiſſet, an non putas, Bea-
„tiſſime Pater, eum Pontificem vel ex
„hoc uno non beatiſſimum ſibi futurum?

De ſexto hujus editionis tomo Qui- *Ep. XXVII.*
rinius hæc addit: „Sextus tomus, qui *ad Bozium.*
„unice edendus ſupereſt, ut, ſtatim ac
„Roma diſcederem, prælo committi
„poſſet, quæcunque opus forent, di-
„ſpoſui atque paravi, quin etiam refu-
„gerem propriam pecuniam (quod alias
„feci) ad typorum ſumptus contribuere."
Cæterum Photius in perlegendis hujus
Doctoris operibus vel maxime ſe eſſe
admiratum teſtatur, quod *mire permo-* *Cod.* 169.
veat animos, altiſſimeque penetret, ſummo-
pere delectet, & ſucco, ſanguine, copia &
ſuavitate pleniſſimus eſſet: Magis adhuc

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

admirandum, & maxime commendandum in ſancto hoc Patriarcha videtur, quod non modo ad debellandos veterum hæreticorum errores, ſed & ad comprobandas fidei doctrinas, v. gr. de cælibatu, ſuffragiis mortuorum &c. quas Lutherus, Calvinus, ejusque ſequaces impugnant, ſolidiſſima arma jam tot multis retro ſæculis ſubminiſtrarit. Quid demum ad hæc Proteſtantes, dum, quod noviſſime negant, jam tot ſæculis velut indubium dogma a tantæ auctoritatis ac doctrinæ Viro ſtabilitum legunt? Profecto dubium eſt, an quis magis imprudentiam, quam inſcitiam admiretur recentioris cujusdam Proteſtantis, qui hæc ſcribere non erubeſcit: *Etiamnum Catholici novis intenti ſunt mediis, quibus perſuadeant Proteſtantibus, Romanam Eccleſiam omnibus eſſe antiquiſſimam, eorumque dogmata eſſe eadem, quæ primitiva N. Teſtamenti Eccleſia profeſſa eſt. Ad id deſervire cenſent hucusque incognita S. Ephremi opera, quorum editio hactenus Romæ adornata fuit. Fidei doctrinæ, quas hic Sanctus tradit, ad amuſſim conveniunt cum fidei dogmatibus Eccleſiæ Romanæ: jam anticipata in ſuis operibus contra Lutheranos & Calviniſtas arma acuit, & controverſias noviſſimis temporibus contra S. Sedem Romanam motas, ſuo jam ævo plene*

Unpartheiſche Kirchenhiſtorie. *Tom.* 3. *p.* 671.

plene decidit. Aſt hac ipſa de cauſſa Proteſtantes illius opera pro ſuppoſitiis habere malunt. Proh! quam craſſa ignorantia! quam effrons temeritas! Ergone hucusque incognita erant S. Ephræmi opera, quæ tam amplis elogiis jamjam S. Hieronymus, Gregorius Nyſſenus, Sozomenus & alii quam plurimi paſſim celebrant, quorum etiam tot Codices Syriaci & Græci in plurimis Bibliothecis exſtant, tot verſiones latinæ jam 1589. Romæ, Coloniæ, Antverpiæ &c. prodierunt? Et hæc ſolus ignorat tantus Magiſter, tantusque Hiſtoricus; legat ſaltem ſui Cavei Hiſtoriam literariam pag. 149. & de ſua inſcitia erubeſcere & ſaltem fateri diſcat, quod hic ſanctus Scriptor *hæreticos Eccleſiæ Catholicæ doctrinam corrumpentes vehementer deteſtatus ſit, eorumque fraudes & verſutias mira dexteritate & acumine ſæpius redarguerit.* Hæc ſibi ſuisque dicta credat: Quo ruis autem, dum una ex parte negare non audes, fidei Catholicæ dogmata ab hoc Auctore jam ineunte hoc ſæculo IV. ſtabilita fuiſſe, ex altera vero te non pudet affirmare, quod *ea de cauſſa* Proteſtantes, ne ſe a veteris Eccleſiæ doctrina fæde receſſiſſe fateri cogantur, potius hujus Sancti libros pro ſuppoſititiis habere malint, modeſtius & cautius ſane lo-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc XVIII. A. C. 1740.

loquuntur & honori suæ sectæ consulunt Protestantes eruditi, qui duntaxat optant, *ut si non Syriacis (quæ tamen magno numero in Bibliotheca Bodleiana Lugduno-Batava alibique reperiuntur) saltem Græcis frui liceret, sicque ad fontes paulo propius accedendi, & de versionibus, quas habemus, certius judicandi copia daretur.* Hi ne quidem somniant Ephræmi opera ideo suppositiis adscribere, quia ibi nimis aperte propugnantur fidei Catholicæ dogmata, quæ Novatores ex Albo novellæ suæ doctrinæ expunxerunt: Quid enim hoc aliud esset, quam ad plenam lucem meridianam oculos claudere, ne lumen videatur? quid magis expeditum ad stabiliendos novos errores, & elidenda antiquæ veritatis testimonia, quam pro arbitrio dicere, ea esse suppositiia? Ita quondam Lutherus, ne suam doctrinam S. literis adversam esse manibus palparetur, libros & textus, in quibus vera doctrina continetur, vel expunxit, vel depravavit, vel pro apogryphis habuit: si autem ita agere liceret, quodnam veritatis testimonium ab ejusmodi corruptorum petulantia satis tutum erit?

Attamen sub idem tempus alia magis seria ac erudita movebatur controversia inter clarissimum P. Augustinum Cal-

Calmetum Benedictinum, & P. Turneminium agitata: occasionem eruditæ liti dedit ejusdem S. Ephræmi sermo *de resurrectione*, qui etiam inscribitur *in pretiosam & vivificam Crucem.* Ibidem enim versiculus 9. Psalmi nonagesimi quinti ita refertur: *Dominus regnavit a ligno.* Ita quoque Ecclesia in Hymno *Vexilla Regis* &c. qui Theodulpho adscribitur, canit: *Impleta sunt, quæ concinit David fideli carmine dicens in Nationibus regnavit a Ligno Deus.* Jam vero Turneminius hanc particulam *a Ligno* apud ipsum S. Ephræmum legi propugnabat, nec immerito; quippe Gerardus Vossius hujus sermonis Interpres hoc verbum ipsi textui suæ versionis nihil prorsus hæsitans inseruit, & in scholio ad hunc sermonem confidenter affirmavit, *ita apud Authorem hunc* (Ephræm) *haberi, nec non apud S. Augustinum & in Psalterio veteri ac Romano* (a ligno) *addi, uti hic apud Ephræm.* Itaque Vossii testimonio ac lectioni sine ulteriori crisi & ne quidem inspecto ullo Codice Vaticano insistens Turneminius in epistola, quæ Auctori Mercurii Gallici inscripta ad mensem Septemb. an. 1733. recitatur, velut de triumpho certus pronuntiat, quod *nimis audax esset, qui hanc additionem toti Orienti incognitam fuisse diceret: Eandem S. Ephræm Syrus in suo pri-*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Vid. Lyranum in hunc Psalm.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

primo sermone de resurrectione citavit, necesse igitur est, hunc illam legisse in Manuscriptis Codicibus versionis Syriacæ suæ Ecclesiæ, in versione ex septuaginta facta, quæ æque antiqua, ac ipsa est Ecclesia; nec posteriores versiones parem habent auctoritatem. . . . . Dubitari nequit, prætensam hanc additionem jam ante ipsam Christi fidem in quibusdam Syriacis Codicibus extitisse, doctus enim Tryphon Justinum confutasset, falsificationis quod hic S. Doctor Judæis objecit, in Christianos rejiciendo; doctus enim hic Rabbinus Justino dixisset, Codices scriptos, ubi vestra Prophetia legitur, primum post Christianæ Religionis ortum in lucem prodiisse, & Christianorum manibus fuisse inventos; hoc factum proferre ausus non est; notum enim sibi habuit, hanc additionem haud magis antiquam esse, quam Christianismum. Verum Calmeto in citati Psalmi versum ea insedit opinio, illud *a ligno* primum ex Christiana pietate ad marginem libri fuisse adscriptum, ac demum ex margine ad ipsum librum & textum sermonis Syriaci irrepsisse. Huic quoque sententiæ adstipulatur Cardinalis Qurinius, qui huic controversiæ, quæ sua ætate acrius quam unquam revixerat, finem imponere intentus, dum novæ editionis adornandæ studio insudaverat, hanc in rem

rem vetuſtiſſimos omnes Codices Vaticanos, qui hunc S. Ephræmi ſermonem præferebant, ſolertiſſime evolvit, deprehenditque, hæc verba in omnibus (ne uno quidem excepto) Codicibus deſiderari, imo ne quidem in Anglicis, unde editio Oxonienſis operum S. Ephræmi deſumpta eſt, nec etiam in Veneto Codice Bibliothecæ S. Marci reperiri. Inſuper Quirinius in Bibliotheca Monaſterii S. Galli binos Pſalmorum Codices antiquitate atque ornatu præſtantiſſimos ſedulo evolvit, exploraturus, an inde lectio *regnavit a ligno* probari poſſet, cognovit tamen, utrumque Codicem ea lectione carere. Denique rationes, quas Turnemininus in ſuæ ſententiæ favorem attulit, diſcuſſurus, *non aliam*, inquit, *verſionem Syriacam novimus, præter eam, in qua additio illa non comparet; deinde textus Syriacus ejus ſermonis, nec in Vaticana Bibliotheca, nec alibi (quod ſciamus) reperitur; demum manuſcripti Græcum ejusdem textum aſſerentes, ii certe, quos ſuperius laudavi, ea conditione deſtituuntur.*

Sæc.XVIII. A.C. 1740.

Turneminio ultra dabo, additionem lectam fuiſſe a Juſtino in Græco aliquo exemplari. At minime admittam, ex docti Rabini ſilentio arguere licere, eundem confeſſum fuiſſe falſitatis crimen, quod genti

ſuæ

Sæc. XVIII. A. C. 1740

suæ objecit Justinus. Opus illud Justini legenti satis aperte constabit, eum in refutando Tryphone id negotii nequaquam sumsisse, ut quæcumque iste ad retundendas accusationes seu afferret, seu afferre posset, ipse accusationibus iisdem subjungere nunquam omitteret. **Credat Judæus Apella, non ego,** *adeo bonum fuisse Tryphonem, ut fædissimam notam Judæis suis inustam rejicere neglexerit, quandoquidem præsto ei erant Græca exemplaria additionem non præferentia, quibus nimirum Origenes usus fuit in Hexaplis suis contexendis. Præterea non video, quodnam sit adhibitum a Tryphone silentium adversus intentatam suis Principibus a Justino criminationem. Siquidem ad hanc Tryphon illico ex ipso Justino reposuit:* **An pro eo atque eis, in scripturis aliquid detraxerint, aut depravarint principes populi, Deus scire potest; videtur autem hoc incredibile,** ἀπίστῳ δὲ ἐοίκε τὸ τοιοῦτο. *Quibus verbis ea fortasse subdidit, quæ depravationis illius crimen in Christianos transferebant. At nil mirum, Justinum potius, quam illa recitare, suis magis magisque urgere adversarium laborasse; quare statim subjunxit:* **Incredibile profecto, ego dixi, videtur. Magis enim est horrendum,** *quam*

quam vituli consecratio &c. Quid! quod ipse Justinus eam accusationem quodam modo deserit paucis interjectis, haud prorsus abnuens, nunquam audita ab Judæis fuisse in scripturis, quæ inde eosdem antea surripuisse affirmaverat. Quoniam vero neque in eo Origenis opere, neque in Hieronymi Vulgata, neque tandem in Græco veteris Testamenti textu Romæ ad fidem præstantissimorum Codicum Vaticanorum impresso, cura & diligentia Antonii Caraffæ Cardinalis Bibliothecarii anno 1588. additio illa visitur, nemo non videt, quam justa suspicio sit, quam probarunt Faber Stapulensis, Augustinus Justinianus, Simeon Muisius, ac postremo (ut alios omittam) Augustinus Calmetus, ex Christiana devotione primum ad oram libri adnotatum fuisse A LIGNO, deinde ex ea ora in ipsum Psalmi textum irrepsisse.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. II.

Jansenistarum cavillatio documento per Cardinalem Quirinium producto elusa.

Idem Cardinalis propugnandæ veritati semper intentus, Jansenianæ factionis audaciam egregie confutaverat: rem ab alto repetam. Notum est, quod Car-

Sæc. XVIII. A. C. 1740

Cardinalis Noaillius Archiepiſcopus Pariſienſis olim fortiſſimus Janſeniſtarum Achilles, & pertinax Pontificiæ Conſtitutionis oppugnator exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimo vigeſimo octavo ſupra milleſimum plenam eidem Conſtitutioni *Unigenitus* obedientiam, reverentiamque præſtiterit, edito deſuper mandato Paſtorali: illud Cardinalis Quirinius anno ſequenti Romæ publici juris fecit, præfixa Benedicti XIII. imagine. Hoc monumentum non modo in Italia, ſed & in Galliis ubique divulgatum eſt, ac ipſemet Noaillius Cardinalis illud adhuc ante obitum ſuum una cum ejusdem Quirinii literis accepit, & non ſine maxima animi ſui voluptate relegit: prout ipſemet in reſponſo ad eundem Cardinalem dato teſtabatur. Applaudebant etiam non modo Pontifex, totumque ſacrum Collegium, & univerſa Curia Romana, ſed & omnes Franciæ Præſules, ac ipſemet Galliarum Rex, ſoli autem Janſeniſtæ ſibi lethale vulnus fuiſſe inflictum dolebant; cum enim, quem refractarium factionis Ducem ſequi non erubuerant, obedientem Eccleſiæ Filium imitari nollent, omnes aſtutiæ fontes exhauſere, ut tam celebre retractionis documentum enervarent, nil autem magis expeditum cenſebant, quam ſi Noaillii poli-

palinodiam in dubium revocarent, imo hunc Cardinalem paucis ante mortem ſuam diebus omnino factam Conſtitutionis acceptationem retractaſſe, in vulgus ſpargerent; nec eis ſpecioſus hujus calumniæ obtentus deerat; proferebant enim ſcriptum quoddam a Curia Epiſcopali Pariſina, uti fingebant, Menſe Februario anno hujus ſæculi vigeſimo nono emiſſum, illud ergo tanquam prioris acceptationis palinodiam impudenter interpretari non dubitabant. Id ubi intellexerat Cardinalis Quirinius, famam celeberrimi hujus Cardinalis Noaillii tam indigna, tamque palpabili calumnia proſcindi, acerbiſſimo dolore ferebat; nil ergo ad confundendam hanc calumniam efficacius, magisque neceſſarium reputabat, niſi ut conſtantem Noaillii mentem ac obedientiæ ſuæ usque ad obitum continuatæ ſinceritatem ipſismet hujus Cardinalis Archiepiſcopi verbis teſtatam redderet; hunc in finem typis evulgari curavit prius præfatas Ejusdem Purpurati literas, quas prædicti anni die vigeſima prima Martii, proin quadraginta duobus ante obitum ſuum diebus reſponſi loco ad ipſum dederat hujus tenoris: „Eminentia veſtra nec „luculentiori ſigno mihi teſtatum red„dere potuiſſet ſuum erga me affectum, „nec ego majori cum voluptate id reci„pere

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Com. Hiſt. Quir. part. II. l. II. c. 3. & 14.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„pere potuiſſem: ea veneratio, qua ſem-
„per ejus merita jure proſecutus ſum,
„eaque opinio, quam de ejus integri-
„tate mihi cognita ſemper fovi, reci-
„proci mei affectus ſponſores ſunt, no-
„vo autem teſtimonio firmantur nupe-
„ris literis, quas adeo obſequioſas com-
„perio, ut intimo me gratitudinis ſenſu
„afficiant. Millenas rependo grates
„tam pro iis, tam pro ſummi Pontificis
„tabella non minus rara, quam ſpecio-
„ſa, quam mihi dono ſubmittere pla-
„cuit. In illa non minori admiratione,
„quam gaudio conſpexi prodigia Zeli
„vere Apoſtolici, quo Sanctitas ſua er-
„ga ſacri Miniſterii functiones exarde-
„ſcit, hæcque tabella mihi non modo
„chara eſt propter Perſonam repræſen-
„tatam & propter manum donantis, ſed
„vel maxime ob locum, qui in ea mihi
„vendicatur. Hunc benevolo Eminen-
„tiæ veſtræ animo, ſimulque *tenerrimæ*
„*ſubmiſſioni meæ juxta ac doctiſſimo Pon-*
„*tifici pro merito præſtitæ* in acceptis re-
„ferre teneor: ſumma æquitas cum
„hujus actionis meæ ſinceritate con-
„juncta eſt, & *hi ſenſus mei usque ad po-*
„*ſtremum vitæ meæ halitum perdurabunt.*
„Eminentiam veſtram rogo, ut quem-
„admodum *meum obſequium erga ſacram*
„*Sedem, meumque pacis amorem* teſtatum
„publicumque reddere dignata eſt, ita
&

„& meæ mentis candorem palam face- „re velit: utrumque omni data occasio- „ne, prout Episcopum decet, compro- „babo, & ardenter in rem meam ver- „tere studebo illas occasiones, quibus „plenam meam gratitudinem, sinceram- „que observantiam erga Eminentiam „vestram comprobare potero.'"

Sæc.XVIII. A.C. 1740.

Noaillius Cardinalis.

Hujus epistolæ autographum Quirinius Cardinalis Benedicto XIII. Pontifici exhibuit, qui ad primum ejus obtutum in lacrimas, quas paterna amoris viscera exprimebant, erupit, huicque chartæ mille oscula dedit, tandemque Quirinio præcepit, ut hoc documentum mox publicis typis committeret, & quidem unacum epistola, quam ipse ad Noaillium transmittendo præfatam tabellam dedisset: id etiam postea factum est consentiente ipso Noaillio Franciæ Mareschallo: cum ergo hac Noaillii declaratione post suppositiam ejusdem revocationem facta, velut insigni Catholicæ veritatis triumpho, & Noaillianæ acceptationis testimonio Jansenianæ fraudis ac calumniæ falsitas fuisset luculenter detecta, quanta fuit Corradini, Fleurii, aliorumque Cardinalium, & Præsulum, omniumque proborum exultatio, tanta quoque erat

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Refractariorum confusio, & indignatio, cumque rei gestæ veritatem negare haud possent, iram suam in ipsos Noaillii manes effudere, eumque nequidem amplius nominare dignati, illum velut juratum suum hostem, ac veritatis proditorem detestabantur. Ceterum spretis eorum criminationibus, præprimis Quirinius Cardinalis eo intentus erat, ut Colbertum Montpessulanum Episcopum, alterum factionis Jansenianæ fulcrum, qui adhucdum vita superstes erat, ad tam præclari exempli imitationem luculento hoc sui Archiepiscopi testimonio perduceret. Ea gratia præfatam hanc Noaillii declarationem, qua constans ejusdem usque ad obitum voluntas ac submissio comprobata fuit, ad Marchionem de Torcy dicti Montpessulani Præsidis Fratrem transmisit, efflictim petens, ut eundem hortaretur, quatenus in idem hoc Noailli testimonium ceu in speculum inspiceret, ejusque gloriosa premeret vestigia. Annuit Marchio Quirinii votis: ast ab eodem paulopost edoctus fuerat, quod hoc scriptum ad suum Fratrem quidem transmiserit, hic vero eidem responderit, controversias, quæ per tot jam annos motæ, & funestis diffidiis Ecclesiam scinderent, captum laici excedere, potius igitur observandam esse tacitam legem,

legem, qua jam dudum se in mutuis eorum literis de iis nullam facturos mentionem polliciti essent. Quamvis autem Montpessulanus Antistes, ut ad cor rediret, monentis vocem audire noluerit, *certo certius* tamen *constat*, ut ait Quirinius Cardinalis, per idem hoc Noaillii exemplum *inermem redditam esse Jansenistarum audaciam falso jactantium, Noaillium Constitutionis acceptationem ante mortem revocasse.* Præterea Noaillianæ retractationis sinceritas abunde comprobata fuit ex responso, quod Ludovicus Franciæ Rex ad præfati Cardinalis literas dedit, suumque solatium ex percepta ejusdem palinodia testatum reddidit. (*)

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

(*) Regias hasce literas Gallica, in qua scripta erant, lingua adduco, ne versione ab ejus merito quicquam decessisse credatur.

Mon Cousin!

Le mandement, que vous vennez de publier, me donne une si sensible ioye, que ie ne puis m'empecher, de vous marquer moy meme le gré, que ie vous en scay. I'avois toujour desiré ardement, que vous prenniez ce parti, mais ie n'ay pas voulu vous en parler, pour vous entaisser tout le merite. I'espere, que Dieu benira la droiture de vos intentions, et que votre exemple ramenera tous ceux, qui jusqu'icy se

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. III.

Epiſtola Paſtoralis Georgii Lazari Bergeri de Charancy Montpeſſulani Epiſcopi.

Vid. tom. 76. p. 628.

Jam ſupra meminimus, quod poſt obitum Bonnerii famoſi Janſeniſtæ ac Lanſargienſis oppidi Diœceſis Montpeſſulanæ Parochi inter ejus ſcripta fuerit reperta quædam *epiſtola encyclica ad S. Auguſtini Diſcipulos* directa, ſeu ut etiam vocabatur, *arcana Janſenismi ſtatuta*: cum autem hoc ſcriptum ad ſeducendum populum ac præcipue Clerum eſſet aptiſſimum, hinc Georgius Lazarus Berger de Charancy Montpeſſulanus Epiſcopus, in cujus manus hoc ſcriptum inciderat, illud confutare, & Janſeniſtarum artes, fraudes ac impietates, ut Clerum ſuum ab hoc veneno præmuniret, usque ad ultimas fæces detegere aggreſſus eſt, edita hoc anno Epiſtola Paſtorali, cui poſtmodum ad calcem ſub-

---

ſe ſont oppoſés a la paix. Vous pouvés compter en tout ſur ma protection, & ſur ma ſincere affection pour vous. Sur ce ie prie Dieu, mon Couſin, qu'il vous ait en ſa ſainte & digne garde. A Fontaineblau le 22. Octob. 1728.

Louis.

ſubjunxit ipſa *arcana Janſenismi ſtatuta,* ſeu præfatam Epiſtolam encylicam, quæ proprio dicti Parochi chirographo deſcripta reperiebatur. Argumenti gravitas, & rationum efficacia depoſcit, ut eam Lectori noſtro integram exhibeamus. En illius tenorem:

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Chariſſimi Fratres!

„*Diabolus*, ait S. Cyprianus, *videns* „*idola derelicta*, *excogitavit novam fraudem*, *hæreſes invenit & ſchismata.* Hic „pudenda ſcelera foviſſe, & paſſionum „ardorem inflammaſſe, easque ſub Dei„tatis larva ſuis Adoratoribus velut Dei „cultum inſtillaſſe haud contentus erat, „noverat enim hæc ipſa crimina nil niſi „ſceleratorum ruinam, & duntaxat exi„guum ſectatorum & aſſeclarum nume„rum poſt ſe trahere. Aſt majorem lon„ge vaſtitatem agro Dominico infert hæ„reſis, hæc enim in ſingulorum, quos „inficit, cordibus erroris ac proprii ju„dicii idolum erigit, quod integra re„gna ac gentes Chriſto Jeſu eripit.

„Id ipſum eſt, quod infernalis ho„ſtis per Idololatriam, quæ per aliquot „ſæcula in orbe dominabatur, ſat po„tenter effecit. Attamen inter omnes „hæreſes illa omnium perniciosiſſima eſt, „cujus ſectatores, etſi Eccleſiæ deciſio-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„nibus palam resistant, ad tantam ta„men prolabuntur temeritatem, ut in Ec„clesiæ gremio morari satagant, non „alio ex fine, nisi ut eo tutius illius Fi„lios secum in perniciem rapiant: hi, „ut præfatus S. Martyr ait, *intra septa „Ecclesiæ contra Ecclesiam stant*, & inte„stinum velut bellum accendunt, & qui„dem longe crudelius, quam ab aper„tis hostibus timendum foret, *plus nocet*, „ait S. Bernardus, *falsus Catholicus* in „Ecclesiæ sinu latitans, *quam si verus „appareat hæreticus*,

Serm. 65. in Cantic.

„Hæc est, Fratres mei charissimi, „genuina facies Jansenismi; hæresis „illa, quia statim a prima sua origine a „summis Pontificibus & Episcopis, con„currente etiam Regia potestate, ma„ximo Zelo & imperterrito pectore impu„gnata fuit, hucusque tantas vires ac„quirere haud potuit, ut Ecclesiam a„perta fronte aggredi auderet, aut ob „suorum paucitatem universale schisma „ac scissionem a mystico Christi Corpore „moliri posset: enimvero centies ac cen„ties anathemate perculsa fuit, ac pro„pterea contra supremum Ecclesiæ ca„put, æque ac contra ceteros Pastores „furere cæpit, & demum a Catholicis „Principibus exulare jussa cristas suas „promiscue contra quamcunque pote„statem

„ſtatem erexit, in ipſo tamen rebellio- Sæc. XVIII.
„nis ſuæ æſtu quamdam reverentiam A. C. 1740.
„& ſubmiſſionis ſpeciem erga ſacram
„poteſtatem, quam impugnabat, con-
„jungere coacta fuerat. Noviſſime ve-
„ro eadem hæc ſecta Chriſti Vicarium,
„& viſibile Eccleſiæ Caput palam accu-
„ſare auſa eſt, perinde acſi Divinæ om-
„nipotentiæ derogaret, primumque De-
„calogi præceptum eliminaret, uno ver-
„bo, ejus deciſiones tanquam ſenten-
„tias Antichriſto dignas deridet, cum
„tamen ſe in ſummi Pontificis commu-
„nione victuram, morituramque jacti-
„tet, interim vero opere nihil aliud in-
„tendat, quam ut ſimplicibus laqueos
„iniiceret: nil equidem hi Novatores
„frequentius in ore habent, quam ſeve-
„ram diſciplinam, & morum emenda-
„tionem ſedulo procurandam, nilque
„ſæpius inclamant, quam Dei charita-
„tem: venenum tamen ſuum occultant,
„ſectæ dogmata obvelare ſtudent, &
„pro re nata vel illa diſſimulant, vel
„omnino negant, & nemini ſeſe mani-
„feſtant, niſi intimis, fidisque amicis
„ſuis, & nequidem ſemper his, niſi
„prius de cæco eorum obſequio ſat cer-
„ti ſint.

„In hac rerum viciſſitudine vobis ſa-
„lutare illud Salvatoris noſtri monitum

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„inculcamus: *Attendite a falsis Prophe-*
„*tis, qui veniunt ad vos in vestimentis o-*
„*vium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces,*
„Matth. 7. v. 15. Eos dignoscere diffi-
„cillimum est; illorum enim tentatio-
„nes sunt periculosæ, eorum artes sunt
„ad decipiendum efficaces, & simpli-
„ciores summa cautela indigent, ne in
„eorum casses ubique structas incidant.
„Ubi ergo summum obversatur pericu-
„lum, necesse est, ut hisce seductoribus
„detracta larva, Vobis illos manifeste-
„mus, *ut ex fructibus eorum cognosca-*
„*tis eos.* Matth. 7. v. 20.

„Divina providentia nobis ad hoc
„propitiam obtulit occasionem, dum
„casu in manus nostras incidit arcanum
„quoddam illorum scriptum, quo dam-
„nanda Jansenismi doctrina, simulque
„fallaces, quibus ejus sectatores illam
„firmare moliuntur, artes clare dete-
„guntur. Ergo operæ pretium est, ut
„de hoc scripto exactam Vobis relatio-
„nem faciam: hunc autem præsefert
„titulum: *Epistola encyclica ad S. Au-*
„*gustini Discipulos.* Ex tenore elucet,
„quod hujus scripti Auctores sint præ-
„cipua conjuratæ Porturegiæ factionis
„Capita, quorum prima molimina diu
„sub alto silentio contecta delituere, &
„duntaxat Nobis ex cujusdam doctissi-
„mi Præsulis, qui historiam Constitu-
„tio-

„tionis *Unigenitus* edidit, relatione in- Sæc. XVIII.
„notuit, quod hoc ſcriptum a quadam A. C. 1740.
„Moniali anno Chriſti milleſimo ſeptin-
„genteſimo decimo nono D'Aubigneo
„tum Rothomagenſi Archiepiſcopo con- *Lib.* 5. *p.* 87.
„ſignatum fuerit; cum enim præfata
„Virgo factionis ſuæ erroribus pertina-
„citer inhæſiſſet, Pater Quesnellus tan-
„tam in eam repoſuit fiduciam, ut præ-
„fatum ſcriptum unacum alia ſua epi-
„ſtola anno Domini milleſimo ſexcente-
„ſimo nonageſimo nono eidem trade-
„ret: progreſſu autem temporis tam
„hoc ſcriptum, quam præfata epiſtola
„in manus Ducis Aurelianenſis incidit,
„qui utrumque folium diſcuti, & deſu-
„per ad Siſtaricenſem Epiſcopum referri
„juſſit. Ex ſuccincta hujus Præſulis re-
„latione cuilibet ad evidentiam perſua-
„ſum erit, hoc ſcriptum tunc Rothmagi
„editum idem eſſe cum præſenti ſcripto.
„Imo etſi ad ſcripti hujus veritatem
„comprobandam convincens hoc argu-
„mentum non ſufficeret, nulli tamen
„deſuper dubio locus relinquitur, poſt-
„quam illud in ſcriniis Bonnerii Lanſar-
„genſis noſtræ Diæceſis Parochi die
„vigeſima ſeptima Auguſti anno hujus
„ſæculi trigeſimo ſexto repertum, ac in
„lucem proditum fuit. Hic Vir vobis
„ſat cognitus eſt, nec ignoratis, illum
„inter Janſenianos milites præcipuum
„ex-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„extitiſſe Ducem, in ejus ædibus factio„ſorum conventicula fuiſſe habita, inde „*Novellas Eccleſiaſticas* ceterasque hujus „factionis rapſodias in lucem prodiiſſe, „illum præ ceteris fuiſſe conductum, ut „omnia hujus ſectæ negotia ipſus per„tractaret, & collectiones ad ferendas „communes expenſas Confratribus in„dictas faceret.

„Cuncta hæc accuſationum capita „juridice comprobantur ex quodam „ſcripto, quod ex ſupremi Magiſtratus „juſſu interceptum fuit, aliunde etiam „hic Vir ſuos errores tanta intemperie „propugnabat, ut propterea ad Bierren„ſe Seminarium exulare juberetur. Po„ſtea a Novellarum Eccleſiaſticarum Au„ctore pro more hujus gentis inter Jan„ſenianæ factionis Sanctos recenſitus „eſt, ejusque exequiæ ſolemni panegyri „honoratæ fuerunt, quam in Novellarum „folio ad decimam Novembris diem anni „1736. legere poteritis. De obſirmata au„tem ejus mente in errore ſuſcepto nul„lum ſupereſt dubium, poſtquam acta pri„die ante ejus obitum ſcripta idem No„vellarum Auctor ad nos transmiſit, in „quibus appellationem ad futurum Con„cilium innovavit (*). Tranſumptum „vero

(*) *Ego infraſcriptus Sacerdos & Lanſargienſis Parochus quia graviter Infirmus, ac morti*

„vero encylicæ ſuæ epiſtolæ, quam vo- „bis exhibemus, ipſius manu exaratum „eſt, & ab illis ad Nos transmiſſum, qui „illam poſt ejus obitum in ejus ſcriniis „repererunt. In hujus facti veritatem „inquiri, & Nobis præſentibus omnia „a Viris peritis diſcuti juſſimus, quin- „imo ne de hujus ſcripti veritate dubi- „tandi locus eſſet, declaramus vobis, „quod illud ad Domini Gros Regii „Montpeſſulani Notarii acta referri præ- „ceperimus, ubi quivis de rei veritate „certus fieri, & proprio oculorum te- „ſtimonio convinci poterit, dummodo „hoc ſcriptum cum aliis duabus ſcriptu- „ris fide dignis, ibique annexis con- „ferre voluerit: harum prima eſt liber, „in quo Lanſargienſis Parochiæ baptis- „mi,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

morti proximus brevi coram Chriſti Domini tribunal comparere coactus ſum, me ratione officii mei, ac conſcientiæ ſtimulo compulſum ſentio, ut ante mortem meam denuo renovem teſtimonium, quod agnitæ veritati mea appellatione ad proximum Concilium Oecumenicum a Bulla Unigenitus reddere dignatus fueram. Igitur ea ſinceritate, quæ a moribundo exſpectari poteſt, declaro, me interpoſitæ appellationi firmiter inſiſtere. Lanſargii die 26. Aug. 1736.

BONNERY
Lanſargienſis Curio.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„mi, matrimonia & exequiæ annotan
„tur, horumque acta proprio præfat
„D. Bonnery chirographo ſcripta & ſub
„ſignata leguntur. Altera aliquot fo
„liis conſtans complectitur Theologica
„materias itidem propria ejus man
„ſcriptas, quæ in primo earum foli
„ipſius nomen ſcriptum præſeferunt
„Eapropter hoc autographum per inte
„grum Menſem in præfata Parochia pa
„lam exponi juſſimus, ut illud inſpicere
„& cum dicta epiſtola conferre, cuivi
„liberum eſſet.

„De cetero, Fratres mei chariſſimi
„nolite mirari, quod hac agendi ration
„uſi fuerimus; hac cautela uti ob
„ſtricti fuimus, & quamprimum huju
„ſcripti tenorem perlegeritis, de neceſ
„ſitate hujus noſtri conſilii perſuaſi eri
„tis; niſi enim de dicti ſcripti veritat
„certitudinem haberemus, ægre inge
„nui homines ſibi perſuadere poſſent
„poſſibile eſſe, ut tam ſceleratæ adhi
„beantur machinationes, eo duntaxat
„fine, ut hæretica, & toties jamjam
„damnata doctrina ſub nomine S. Au
„guſtini venditaretur. Attamen id haud
„ultra mirum videbitur; quicunque e
„nim de hujus erroris ſectatoribus cre
„dere vellet, eos tam violenti ac ſacri
„legi moliminis incapaces fore, is ſane
„ſe

„ſe hæreticæ pravitatis ſpiritum peni- „tus ignorare manifeſtaret. Hæreticus „nempe omnia moderationis repagula „diffringit, poſtquam ſemel erroris im- „perio in ambitionis ſuæ pœnam tradi- „tus eſt. Enimvero hæreſis in primo „ſuo ortu ignara ac meticuloſa eſt, pro- „greſſu autem temporis audax & teme- „raria evadit, tandemque in rabiem „ferme ſemper degenerat, ſi Deus ad „probandam proborum virtutem permi- „ſerit, ut illa ad ſummum obſtinationis „apicem pertingat. Tum vero in arcto „poſita per ſuos ſectatores totum men- „daciorum, calumniarum, falſitatum, „& confictorum miraculorum appara- „tum in aciem educit, verbo, quicquid „petulans fanatismus excogitare poteſt, „pertentat, prout cujusvis ſæculi Hi- „ſtoria unanimi teſtimonio edocet.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Id equidem, Chariſſimi Fratres, „hodiedum oculis veſtris perſpicitis, for- „te tamen hucusque non ſatis pondera- „ſtis: præprimis ergo, ut rebellionis „ſpiritus inſtilletur, paſſim ubique diſſe- „minabatur ſcriptum hoc calumniis, „probris & cujuscunque poteſtatis con- „temptu a capite ad calcem turgidum: „transmittebatur ad omnia viciniora lo- „ca, ut ſupremum viſibile Caput, omnes- „que Eccleſiæ Paſtores in invidiam tra-

„han-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„hantur, perinde acſi ipſamet veritas „per vias adeo iniquas vindicari poſſet.

„Fruſtra inter hujus erroris (*) aſſe„clas unicus quæreretur, qui ejusmodi „artes Chriſtianæ ſinceritati tantopere „inimicas damnare voluiſſet: ipſa hujus „ſcripti virulentia adeo Lectores ſuos „faſcinat, ut illud avidiſſime conqui„rant; quinimo non ſine maximo ani„mi noſtri mœrore, perlegere coacti ſu„mus ejus apologiam cujusdam etiam E„piſcopi, qui ſe *Jeſu Chriſti Captivum* no„minare præſumit. Certe D. Paulus „dum in vincuils hæſit, fidem iniqui„adeo artibus non propugnaverat.

„Num vobis in memoriam revocem „falſa miracula, utpote dignos hujus „fallaciæ & mendacii fructus, quibus „tamen hi velut propriis armis Eccle„ſiæ, infallibilis hujus Judicis auctori„tatem impugnant? En! proſtituti pu„doris fæmina, ut amiſſæ virginitatis „pænam eluderet, prodigio ſanitatem „recuperaſſe mentitur, & tamen, poſt„quam etiam illa de crimine convicta „factio

(*) Epiſtola Abbatis Duguet Profeſſoris Oratorii de Novellis Eccleſiaſticis aliisque quæſtionibus.

,ac ipsamet lapsum confessa fuerat (*), ,factiosi hanc sanationem divulgare, & ,velut divinæ potentiæ prodigium ven- ,ditare non erubuerunt. Insuper sine ,fronte & pudore producunt epistolam ,alterius fæminæ (**), quæ tamen suæ ,sanationis descriptionem se inscia fa- ,ctam testimonio longe majori fide di- ,gno mendacii & falsitatis arguit. Præ- ,terea velut insigne miraculum jactita- ,bant sanationem valde consuetam ,cujusdam Studiosi ad hoc conducti, ,qui tamen vix metu liber, rei verita- ,tem

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

(*) Hæc Filia vocabatur Elisabetha Laloe, de qua Janseniani Curiones Parisini divulgabant, illam prodigiose meritis Ven. Paridis fuisse sanatam, postea tamen in puerperio constituta die 18. Jan. 1728. crimen confessa est, uti patet ex ipsius proprio chirographo & testimonio Mariæ Sammlerin Nutricis, cui infantum vel expositorum, vel spuriorum curam gerere demandatum fuit.

(**) Maria Anna Dalmaix ex Lemovicensi Diæcesi, cui Auctor Novellarum Ecclesiasticarum miraculum ad diem 23. Octobris anni 1733. affinxit, epistolam eidem falso suppositam fuisse testata est: hujus rei documentum actis Raymundi in minori Parisiensi arce Notarii insertum est, falsique hujus miraculi spuria relatio reposita reperitur.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„tem confessus est. Nihilominus factio„si ab iniquarum artium suarum exer„citio non desistunt (*), sed proterve ceu „prodigium venditant casualem & arte „medica procuratam sanationem cujus„dam exteri Nobilis (**), etsi hic tota„que ejus familia hujus miraculi falsi„tatem testatam reddiderit. Quinimo „ad tantam prorupere petulantiam, ut „surdum & mutum suorum sensuum u„sum miraculose recuperasse propugna„rent, cum tamen ipsum adhuc linguæ „usu destitutum esse lippis & tonsoribus „notum, & juridica inquisitione com„probatum esset, hunc sicut antea adhuc„dum nec audire nec loqui posse (***). „Tan-

(*) Ipse Dominus le Douly in sua epistola ad Laudanensem Episcopum die 22. April. 1732 miram hanc sanationem nullatenus prodigiosam fuisse declarabat.

(**) Hic vocabatur Palaciosus, hunc præfati Parochi in dicto libello supernaturaliter sanatum fuisse fingebant. Vide acta desuper ex Hispaniis huc allata.

(***) Joannes Nivetus erat, qui sanitati restitutus fingebatur; ast post juridicam inquisitionem quadriennio elapso factam deprehensum est, ipsum etiamnum esse mutum & surdum. Vide relationem desuper factam, & Parisiensis Curiæ tabulis insertam.

„Tandem ordinarios casus in miracula „transformare jamjam assueti, etiam „apoplexiæ tactum, quo sicut nihil ma„gis fatale, ita nihil magis commune, pro„digii loco habent, nec tamen quampiam „fæminam deliquio absorptam in hujus „rei testem vocare verentur, eique quæ„dam affingunt verba, quorum tamen „ipsa sibi reddita haud amplius recorda„batur: crimen insuper eidem impu„tant, quod tamen præter ipsam solam „nemo alius scire potuisset, illudque illa „constanter perneget (*). Hæc & plu„ra alia ejusmodi facta non minus sunt „notoria, quam legitime comprobata, „& vos ipsimet his similia propriis ve„stris oculis perspexistis: ast hæ omnes „falsitates adhuc leviores sunt; quippe „deficiente vero miraculo quidam ex „vestris Confratribus (**) recoquere sa„tegit illud, quod aliquot abhinc annis „in quodam Cammerensium Fanatico„rum conventiculo contigit, scena quo„que Convulsionistarum uberem mira„culorum apparatum suppeditat: & „jamjam in consuetudinem abiit, ut si

Sæc.XVIII. A.C. 1740.

 „casu

(*) Delorme Vidua: vide Parisiensis Curiæ & dilucidationem Goulardi Archidiaconi & Counieri Parisiensis Theologi.

(**) Vide Diarium Convulsionistarum a Jansenista editum.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„casu in unam turmam confluunt, eo„rum quilibet cælesti convulsionis spi„ritu afflari desideret, & nec actionum „impudicitia, nec gestuum indecentia „primo obtutu deprehensa eos abster„ret, quo minus diabolicos hosce effe„ctus pro divina virtute habeant. Pas„sim cernuntur prostituti pudoris puel„læ, quæ Ethnicis mulieribus Baccho „dicatis haud absimiles se Vatidicas ja„ctitant, Ecclesiam convitiis proscin„dunt, & in sacratum Regis caput mi„nas exonerant, & quamvis ibi propu„diosa, abominanda, & impia agantur, „nihilominus ad scandalosum hoc spe„ctaculum, velut ad pietatis exercitium „turmatim accurritur, imo etiam hor„rendis sacrilegiis intermiscetur Psal„morum cantus. Nec his etiam parci„tur mysteriis quæ Nobis maxime sa„crosancta habentur, ipsæ etiam mulie„res ad tantam prolabuntur petulan„tiam, ut Sacerdotibus sacrilega teme„titate manus imponant, & tremenda „religionis nostræ mysteria per impiam „cacozeliam profanent, nec non ana„baptismum more Donatistarum ex or„co revocent. Cunctas hasce abomi„nationes Vobis Fratres Charissimi, ex„ponere non auderemus, nisi notoriæ, „& ab ipsis factionis hujus Scriptoribus „contestatæ essent; quippe Deo ad hæ„relis

„resis confusionem ita permittente, non- „nulli ex hisce Novatoribus impias con- „vulsionistarum præstigias reprobarunt, „ac detestati sunt, horrendumque schis- „ma in factiosorum castris inde exor- „tum est, & propterea validius eorum „agmen ad arma clamat, ut abominan- „das hasce convulsiones pro aris & fo- „cis defendant. Incassum Magistratus „Regia auctoritate ac potentia suffultus, „sacrilegos hosce promeritis pænis co- „ercere adlaborat: inundatur totum „Franciæ regnum insanis apologiis, & „adhucdum inter cordis nostri gemitus „ac dolores deploramus, vidisse nos „Virum Episcopali dignitate insignitum, „qui horum auctoritate & nomine opera „diaboli ad Divinæ operationis honores „elevare non erubuit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Ast nondum satis: Fanatismus „tantopere factiosorum corda demen- „tat, ut superiorum temporum hære- „ticos sua insania longius superare vi- „deatur. Convulsionibus insuper ad- „jungunt Figuristarum somnia (*). Fre-

(*) *Silentio haud prætereundum censeo, vobis referre dissidia inter prætensos veritatis pugiles exorta, præsertim circa figuras, quarum recordatio, indeque nata mala mihi horrorem*

Sæc XVIII A. C. 1740.

„quens passim fit sermo de Judæorum „conversione & Eliæ Prophetæ adven„tu: Id e publicis Cathedris velut certa „veritas denuntiatur, ac ipsorum Pro„phetissæ ipsum quoque diem præsa„giunt. Plura ejusmodi deliria recen„sere nolo, reverentia erga Religio„nem, & populi nostri probitas a me de„poscunt, ut omnia hæc tenebrarum „opera ad æternam oblivionem condem„nem: sufficit mihi, ut in cuncta hæc „abo-

rorem incutiunt. Enimvero quorumdam acerbitatem, qua in quædam Figuristarum opera in suis scriptis insurrexere, non approbo . . . . eorum tamen scripta longe solidiora sunt, quam illa Figuristarum, qui sese Prophetiæ dono præditos jactitabant. . . . . Molinistis equidem latissimus aperietur campus, ut libere ceteros Figuristas velut libertinos imposterum exterminare valeant. . . . Res jam eo devenit, ut si pro veritatis defensione novum quid refertur, nonnulli inde se offensos reputent: & id eo pejus est, seductio nihilominus non erit communis. Eliæ adventus ad sera usque tempora differetur, sicut Judæorum conversio, quam speramus. . . . . Rei eventus dependet ab illorum conversione, & Elias, cujus adventus præcedet, omnia ad optimum statum reducet. Ita legitur in epistola Theodorici ad D. Petitpied die 25. April. 1728. scripta, & in Regia Bibliotheca asservata.

„abominanda, quæ ſine horrore audiri „nequeunt, pro veſtra inſtructione quas- „dam utiles reflexiones addam.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Num fieri poterat, tot ſana ratione „præditos homines ſincera mente ſibi „perſuadere voluiſſe, quod novæ hæ fi- „guræ quicquam reale ac verum, & hæ „convulſiones quid Divinum in ſe con- „tineant? Non, non, Chariſſimi Fra- „tres, id nunquam credere poſſumus, „nec volumus; cur autem id fecerint, „in cauſſa eſt, quia ſectæ ſuæ infamiam „proborum oculis ſubducendi neceſſitas „eos ad tantam intemperiem adegit, & „quia jam a longo tempore mendacia & „æquivocationes ſibi eo fine familiares „reddiderunt, ut his armis prætenſam „S. Auguſtini doctrinam propugnarent. „Si vero hac in re mihi fidem adſtruere „hæſitatis, ſaltem audiatis hujus ſectæ „Coriphæos (*), & præſertim teſtimo-

(*) *Audemus dicere, quod nos veritati teſtimonium reddamus, reipſa nil aliud agimus, niſi ut ad mendacia, perfidiam, ſimulationes & hypocriſes anſam præbeamus.* Vid. epiſtolam cujusdam Epiſcopi ad alium Epiſcopum. pag. 164.

Non ſine horrore cogitare poſſum, quod Viri veteroquin a laxa diſciplina vel maxime alieni circa

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„nium famosi Arnaldi, qui suorum Con„fratrum potissimos ob eorum amphilo„gias, mendacia & fallacias palam re„darguit (*).

„Nolite præcipitare vestrum judi„cium, nec plura, quam vobis in hac „nostra epistola referimus, credatis: „uno tamen veluti obtutu cunctas cer„natis artes & dolos, quos ad vos se„ducendos hi Novatores fors jam sæ„pius adhibuere, quamvis desuper non„dum cogitationes vestras impenderitis. „Obruet vos horror, ea tamen non alia „audietis, quam de quibus hæc secta „jam sæpius per testes omni exceptione „majores convicta fuit: officii nostri ra„tio postulat, ut vobis ea in memoriam „revocemus, & sensa illorum detega„mus fanaticorum, qui inter vos de„gunt, omnesque vires suas eo inten„dunt, ut vos ad rebellium castra per„trahant.

„Nisi

circa tremendum, & sacrosanctum juramentum in formulæ subscriptione præstandum prætextibus adeo frivolis conscientiam suam tranquillam reddant. Vid. Authorem præfationis in panegyrin Jansenii fol. 61.

(*) In parte quarta apologiæ pro Religiosis Portu-Regiensibus cap. II. & III.

„Nisi quis ad plenam meridiem cæ- Sæc. XVIII
„cutire velit, in hac epistola facile A. C. 1740.
„deprehendet, in Gallicanæ Ecclesiæ
„gremio conflatam esse clandestinam
„*conjurationem*, quæ unice ad propagan-
„dam Jansenianì erroris auctoritatem
„collimat; quo enim alio, quam *con-*
„*jurationis* nomine insigniri poterit ar-
„ctum illud vinculum, quo existimati
„Discipuli S. Augustini sese obstringere
„jubentur.

„Forte charitatis impulsu Jansenii
„sectatores commune erexerunt æra-
„rium, ex quo suæ factionis pauperi-
„bus subveniunt, & sectæ proselytos
„faciunt? Res patet ex facto & ex en-
„cyclicæ epistolæ testimonio, præterea
„ipsimet Annectotorum Auctores testan-
„tur, integrum millionem & quater cen-
„ties mille libras fuisse mutuo acceptas,
„& quis ignorat, quo fine? nempe ad
„ferendas appellationum expensas (*).
„Si vero tam excessivi sumptus, quibus
„fideles factionis asseclæ male liberales
„penitus exhausti fuere, non fuissent
„impensi, res in meliori statu forent.
„Nunc vero ex Parlamenti Parisiensis
„sententia, qua Servienus ad triremes
„damnatus fuit, evidens eruitur testi-

(*) Vol. III. pag. 243.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„monium de publico furto nuper com„misso, necnon de pudendis sceleribus „illorum, qui horum instinctu sese hujus „infamiæ participes reddiderunt. Om„nibus nota est illa pecuniarum exactio „quæ per universum Franciæ Regnum „ad sustentandos fugitivos Monachos „omnibus sese dicentibus veritatis ami„cis indicta fuit. Id non ita pridem per„cepimus ex ore illius, qui apud hosce „Sectarios magna pollet auctoritate, & „insuper vos certos reddere volumus, „quod paucis abhinc mensibus hujus „factionis thesaurarius nostram Diæce„sin pervagatus sit eo fine, ut neo-con„ductis proselytis sua solveret stipendia. „Denique cunctis satis superque notum „est, quod Jansenistarum ærarium ex „divenditis novellis Ecclesiasticis abun„dantissime augeatur. Jam vobis, Cha„rissimi Fratres, judicandum relinquo, „an ejusmodi media charitas suadeat? „certe non: unitas, quæ ex gratia or„tum trahit, tales ignorat artes, dete„statur cetera omnia molimina, quæ fa„ctionis Antesignani suis colligatis Di„scipulis in epistola, quam ante oculos „vestros ponimus, præscribunt: jam du„dum ipsemet Jansenius harum legum „ideam composuit, & nudum hujus „Proto-Parentis nomen Gallorum bene „affectorum corda concutere deberet.

„Quis

„Quis enim ſine horrore in memoriam „revocet propudioſa & ſanguinolenta „attentata, quæ Janſenius in famoſo „ſuo libello, cui titulus: *Mars Gallicus*, „contra ſacratam Regis noſtri Majeſta„tem excogitare auſus eſt? Eo nempe „temeritatis devenit, ut Regibus no„ſtris honorificum *Chriſtianiſſimi* nomen „controverſum redderet, quo tamen un„animi omnium Eccleſiarum, omnium„que gentium conſenſu jam per pluri„ma ſæcula potiti ſunt: non abhorruit, „eis imputare, quod religionis excidium „in omnibus Europæ regnis promovere „certarint. Et tamen hisce artibus „quodammodo excuſare nitebatur per„duellionem, quæ anno 1633. in Belgi„corum Ordinum comitiis contra Re„gem conflata fuerat (*), in quibus „Belgæ Catholici fœdus cum Batavis „eo fine percutere moliebantur, ut li„beram rempublicam Helveticæ haud „abſimilem erigere poſſent. Hic idem „Janſenius erat illorum Patriarcha, qui „ſeſe noſtræ libertatis Vindices depræ„dicabant. Quis non miretur, tot cri„minum reum apud populum Regi ſuo „tantopere fidum, tanta valuiſſe auctoritate

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

(*) Vid. Epiſt. Abbatis ſancti Germani Eleemoſynarii apud Mariam de Medicis an. 1660. die ſexta Martii.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„ritate? Aſt id datum erat præſtigiis & „dolis, quos eorum artifex adinvenit, „ejusque diſcipuli in opus deduxerunt.

„Jam Vobis Chariſſimi Fratres, an. „1739. die 7. Martii declaravimus, no„tumque fecimus, Janſenium de do„ctrinæ ſuæ novitate jam fuiſſe convi„ctum. Ipſemet in progreſſu ſui libri „fatetur, in eo multa contineri, quæ „hucusque nullus proferre auſus fuiſ„ſet (*). Non modo ſacræ Sedis cen„ſuram pertimeſcebat, ſed etiam librum „ſuum ſummo Pontifici placiturum, „nunquam ſperari poſſe, affirmabat (**). „Id ipſum vero quemcunque Janſenio „minus arrogantem, minusque teme„rarium cohibere debuiſſet, aſt jamjam „ſuæ factioni ſeſe dicaverat, & jam du„dum cum Abbate San-Cyrano conſpi„raverat: nil aliud ultra reliquum erat, „niſi ut quovis pretio novam doctrinam „ſtabiliret, eandemque per novas artes „potentum patrocinio fulciret: nec a„liud Janſenius San-Cyranno inſinua„bat, his verbis (***): *Summopere mihi „placui*

(*) Epiſt. Janſenii ad San-Cyranum an. 1622. die 28. Febr.

(**) Ibid.

(***) Epiſt. Ejusdem ad Eundem die 20. Jan. 1622.

„*placet conatus tuus, quo pium nostrum* „*propositum patrocinio Nobilium secundare adlaboras: id oppido necessarium esse cognosco, atque ad felicem rei exitum singularem prudentiam requiri scio: hac in re nunquam quicquam plus nimio facere possum, & quo profundius rem penetro, eo magis me conatus meus deterret, adeo, ut ad detegendum velamen animus me deficeret, nisi Deum hac in re auxiliatrices manus præbiturum sperarem.* His leno„ciniis Jansenius animum suum ob do„ctrinæ novitatem perturbatum placare, „& jactata in Deum fiducia sopire stu„duit: nec tamen his fulcris se firmiter „inniti, sat manifeste prodidit, dum Ab„batem San-Cyranum hortabatur (*), „ut quarumdam Communitatum patro„cinio ejus librum commendare satage„ret: *haud parum*, ait ille, *interesse existimo, ut quædam Societas Bilenotum* (ita librum suum appellitabat) *protegat, quorsum enim ejusmodi homines semel sese inclinarunt, eo non minus pro se, quam contra suos Adversarios omnem vim exerunt.* Tandem sat aperte Abbati San„Cyrano declarat, quod *ingens hoc opus* (**), scilicet prætensæ doctrinæ S. „Augustini propagatio, *prosperum successum*

(*) Epist. die 2. Junii 1623.
(**) Vid. Epist. Encycl.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

cessum sibi absque plurium patronorum assensu & approbatione polliceri haud posset. „Hæccine est loquela illius, qui veritatem annuntiat? Quis autem in Ecclesia vidit obsequiosos ejus Filios inter se conjurationem conflare, fœderatos conquirere, ut junctis viribus supremi Capitis, omniumque Pastorum minis resistere, eisque insanum ac indocile factiosorum agmen opponere possint? In decursu decantatæ encyclicæ epistolæ, Charissimi Fratres, absque dubio probe animadverteritis, quod Filii præcepta sui Proto Parentis exacte in usum deduxerint, dum juxta sacrati sui fœderis leges nonnisi unum corpus efficiunt, eodem animantur spiritu, uno ore novam doctrinam divulgant, & mutuam opem sibi præstant. Tandem firmiter credunt, sectæ robur a solida inter se unione dependere.

„Experientia etiam docemur, has leges a novis S. Augustini Discipulis fideliter fuisse observatas, quinimo suam auctoritatem magis adhuc auxerunt, eorumque conjuratio, cujus ideam Jansenius & San-Cyranus præscripserant, longe ampliores progressus fecit. Quis enim crederet, nisi propalam notoriumque esset, subditos cum

„suo

„ſuo Rege pacta inire, eique concordiæ „leges præſcribere auſos fuiſſe, & quidem cum Principibus regno inimicis „eo ſub obtentu, ut conſcientiæ libertatem conſequi poſſent? Quis ignorat, „inter P. Quesneli ſcripta inventam „fuiſſe epiſtolam, quam anno 1684. Diſcipuli S. Auguſtini ad Comitem „D'Avaux in comitiis Ratisbonenſibus „Plenipotentiarium perſcripſere. Aſt „hæc leviora ſunt inter Janſeniſtarum „artes: Principem ſuum inſectari haud „contenti, inſuper cum omnibus Europæ Principibus fœdus inire moliebantur. Eo collimaſſe videtur Sueſſionenſe conventiculum, ubi pacem ſtabilire, & controverſias circa Principum jura exortas componere præſumpſerunt. Id Janſenii ſectatores amplectebantur velut medium ſibi a Divina Providentia propinatum ad cæleſtem doctrinam ſuam ubique propagandam: decrevere Conjuratorum capita ſeſe cunctis Legatis opponere (*), „firmum-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

(*) *Veſpere diei Dominicæ de propoſito libello ſupplici ſerio agetur, cui negotio jam antea initium datum eſt. Rem maximi momenti ob ea, quæ inde haud contemnenda ſequentur, vel potius, quæ neceſſario ſequentur, fore cenſet Pater Fraterus; nulli parcetur labori, ut res*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„firmumque ac fixum habuere, eis eo fine, ut appellantium causam in se su„scipiant, libellos porrigere, contra „Jesuitas concitare, Romanæ Curiæ „ab-

res eo deducatur, quatenus propositis prosper accedat successus, decretumque est, hos libellos scriptotenus porrigere, ut cuilibet pateat, illos reipsa ad omnes Plenipotentiarios esse directos. ac in eorum Personis omnes gentes, quarum nomine adsunt, respici: loquendi modus a Divina providentia ortum habuit; illa enim sola adinvenit hunc modum, cum omnibus hisce populis de maximi momenti rebus loquendi. . . . Forte de propriis Principum juribus agetur, v. g. de conservanda legitima eorum potestate & de mediis, quibus sese contra Romanæ Curiæ & Jesuitarum molimina & Politicas æque ac perniciosas artes tueri possint. . . . Simul tamen etiam de altioribus agetur consiliis, quibus commune tam omnium, quam particularium Ecclesiarum bonum promoveri queat. . . . In rem suam vertenda est dispositio illorum, quibus Jesuitarum ambitio & potentia jam satis insensa est, ipsis quoque demonstrandum est, latere abyssum, quem hucusque nonnisi superficietenus agnovissent. . . . Ut circa hoc objectum probe instruatur libellus supplex, nullus omnino labor est superfluus. . . . Complanatis rebus, quæ potissimum Principes concer-

„abusus exaggerare, adversus illius de- „creta insurgere, & contra versutas & „periculosas illius artes politicas media „propinare, ac tandem ingens, quod „ex oppressorum Jansenistarum prote- „ctione haurire possent, emolumentum „suis Patronis exponere. Hæc omnia „docemur ex epistola, quæ in formam „libelli supplicis die 28. Aprilis an. 1728. „instructa, & inter Domini Pepitpied „scrinia fuit reperta.

Sæc.XVIII. A.C. 1740.

„Ponderate quæso, seditiosa hæc „consilia, ac molimina, quæ ab his fa- „ctiosis a prima eorum origine fuere ad- „hibita: num forte Christus Dominus „suos Discipulos ad fundandam suam „Ecclesiam & consolidandam Evangelii „fidem talia media edocuit? Num A- „postoli Evangelii prædicationem cum „temporalibus Principum proventibus „con-

cernunt, eosque ad tuenda eorum jura, uti sunt plures Curiæ Romanæ abusus, concitant, alius adhuc libellus supplex de liberalium artium neglectu confici poterit . . . . præterea alio libello urgendum est, ne deinceps Curia ejusdem Bullas aut decreta promulget, quæ duntaxat condemnant, & non instruunt, tantum tenebras accumulant, & nullam lucem affundunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„conjungere insistunt? An profanos „Principes contra mala, quæ ex Prin„cipis Apostolorum Primatu timenda „forent, præcavere intenti erant? Non, „non, de privatis hisce commodis nihil „omnino prædicarunt, & hæc compa„ratio nimis odiosa foret, si eam ma„gis urgere vellemus: ast versuta ejus„modi consilia nonnisi tali sectæ sunt „propria, quæ ab erroris spiritu anima„tur, & quam in proposito hoc scripto „vivis coloribus Vobis depingimus.

„Videbitis plane, qualiter severio„ris disciplinæ buccinatores omnibus „omnia fiant, non quidem juxta D. Pau„li exemplum, scilicet ut ex Divinæ cha„ritatis impulsu cum hominum infirmi„tate compassionem habeant, sed ut ho„mines in suis erroribus foveant (*), & „se-

(*) *Saltem, si eos novitatis nonnihil cupidos esse deprehendatur, doctrina eis veluti novum quid deprædicanda est . . . . nuptæ & virgines ad amplectendam hanc doctrinam eamque credendam sat idoneæ sunt, eapropter divi Augustini Discipuli hoc vel illo modo earum gratiam captabunt, præcipue si devotionis extraordinariæ speciem præseferant, hic enim sexus maxime variationi & vanitati deditus est, & ad integras Communitates in eam sententiam pertrahendas natus videtur.*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ſequiori atque ad novitates vanitates-
„que proniſſimo ſexui ſatisfaciant, tepi-
„dorum crimina excuſent, eorumque
„culpam in ipſum Deum exonerent (*).
„Abs dubio, Chariſſimi Fratres, ſcan-
„daliſabimini, & tam enormia non ſine
„horrore audietis, & tamen Janſenii
„aſſeclas eorum dogmata, ſyſtema &
„principia ad tantam abominationem
„neceſſario pertrahunt; ſi enim Deus
„infauſtas reproborum animas, quarum
„portio infernus eſt, ſine prævisis eorum
„meritis ad æternam damnationem de-
„ſtinavit, & ſi, uti Janſenius docet, ob
„peccatum originale etiam baptizati
„Chriſtiani in ignem æternum proiici
„merentur, ſique hi propter tremendam
„prædeſtinationem gratia pro adimplen-
„dis præceptis neceſſaria privantur,
„quid aliud ſequitur, niſi quod Deus
„peccatorum, quæ perpetrant, prima
„ſit cauſſa, & quod reprobi nil aliud fa-
„cere valeant, quam æterna Dei de-
„creta adimplere? Nonne ad tam hor-
„rendas conſecutiones etiam Proteſtan-

(*) *Tepidis, Libertinis, atque impiis inſinuabant, a Deo ſalvationis vel damnationis ſortem ab æterno eſſe ſtatutam, ejus decreta eſſe immutabilia, moleſtas duntaxat & ad nihil proficuas eſſe Monachorum exercitationes atque mortificationes.*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„tes per eadem principia prolapsi „sunt (*)? & ipsimet Auctores epistolæ, „quam refellimus, quid amplius præsti„terunt, quam quod sui Magistri do„ctrinam indeque profluentes sequelas „fusius declararint?

„Merito eorum epistola encyclica vo„cari potest Synopsis opinionum, quas „de gratia & prædestinatione propu„gnant: recentiores enim Discipuli S. „Augustini cum suo Magistro tenent (**), „quod *Deus non omnes homines salvos fieri velit*, & quod *Jesus Christus pro reprobis non sit mortuus, nec eis Deus quasdam gratias concedat.* Si autem, „Fratres Charissimi, ita est, profecto „conditio nostra nunquam sat deploran„da erit; haud enim certi sumus, an „Deus nos salvare velit, aut utrum Je„sus Christus nobis paradisum prome„ruerit: ubi ergo est spei nostræ funda„mentum, cum tamen juxta Aposto„lum, *per duas res immobiles, quibus impossibile est Deum mentiri, fortissimum solatium habemus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus, tutam ac firmam,* ad Hebr.

(*) Vid. reflexionem II. Bossueti contra Protestantes.

(**) Epist. Circul.

Hebr. 6. v. 18 & 19. Qua ratione fir- „mam noſtram fiduciam collocare poſ- „ſemus in æterna felicitate, ſi certi non „eſſemus, quod Deus eam nobis imper- „tiri velit. Proch! infauſtam incerti- „tudinem, quæ in nobis nil niſi timo- „rem & deſperationem progerminaret. „Attamen, Chariſſimi Fratres, non ti- „meamus, *nihil eſt damnationis iis, qui vere conſepulti ſunt cum Chriſto per baptismum in mortem . . . . innocentes, immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti effecti ſunt, hæredes quidem Dei; cohæredes autem Chriſti.* Concil. Trid. Seſſ. 5. can. 5. Nil hæſitantes fiducialiter aſſe- „ramus, quod *Filius Dei pro nobis & pro noſtra ſalute deſcenderit de cælo, carnem aſſumpſerit, mortuus ſit, & reſurrexerit.*

Sæc.XVIII. A. C. 1740.

„Hæc eſt vox Concilii Nicæni: non „tantum pro Electis hæc fidei doctrina „ſtabilita eſt, hæc omnium fidelium „eſt communis profeſſio, & Eccleſia, „quæ inter alia tremenda myſteria om- „nibus ſuis Filiis illam inculcat, fallere „non poteſt. Anathema igitur omni- „bus, qui affirmare audent, *Chriſtum non eſſe mortuum pro ſalute perditorum, & Deum illis nullas dare gratias:* rur- „ſus anathema omnibus illis, qui cum „Janſenio docent, quod mandata Dei

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„illis, qui ea transgrediuntur, servare „impossibile sit. Nonne hac ratione „Deus omnium bonorum Largitor in „Tyrannum transformatur, cui voluptas „sit, proprias suas creaturas inique vexare, ac cruciare? Imo quid amplius „adhuc: nonne hoc idem foret, ac cognitionem ab ipsa ratione implantatam „de Deo infinite sapiente extirpare, & „eidem insani Legislatoris, qui simul „velit, & non velit, mandet id, quod „adimpleri haud posse noscit, idolum „substituere. At hoc falsum & impium „est, quippe *fidelis Deus est, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis*, 1. Cor 10. v. 13. & *Deus sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eo prius deseratur*. Concil. Trid. sess. 8. c. 11

„Noto vestro religionis Zelo injuriam inferrem, Fratres Charissimi, „in confutandis ejusmodi blasphemiis „diutius immorarer, eas vobis detexisse „sufficit. Quis enim vestrum credat „*quod*, sicut hujus epistolæ Auctor pro „pugnat, *nulla detur gratia, quæ non sit efficax & victrix, eaque sit sine nostra cooperatione efficax*. Ergo juxta hæc „principia superflua foret cura nostræ „salutis, & Christus Dominus frustra „nos hortatus fuisset, ut *vigilemus, orremus, & contendamus intrare per angustam*

ſtam portam, Luc. 13. v. 24. quippe jux- „ta novam doctrinam *ad pietatis exercitia nullam habemus partem* (*). Fruſtra fide- „libus Paulus inculcaſſet, *mortificate membra veſtra*, Coloſſ. 3. v. 5. in vanum „ipſemet *corpus ſuum caſtigaſſet, ne & ipſe reprobus fiat*; 1. Cor. 9. v. 27. nam „epiſtolæ encyclicæ Authores novo ſpi- „ritu illuſtrati jamjam deciderunt, *mortificationem nil niſi jugum eſſe ad nihil utile* (**). Abs dubio inter maximas „felicitates eſſe, ſi quis in dulci quiete „otioſe contemplari poteſt, *qualiter gratia in nobis omnia operetur, & quidem ſine nobis, cum eam promereri non poſſimus, nec ei reſiſtere, ſed præveniente neceſſitate illam, dummodo eam habemus, ſequi compellamur* (***). Hæc nempe eſt „ſevera illa moralis doctrina novæ hujus „ſectæ: moderatam morum diſcipli- „nam ſimulato Zelo altum incuſant, „& tamen maximis relaxationibus la- „tiſſimum aperiunt campum: *non aliam admittunt libertatem, quam a coactione, ſubiiciunt voluntatem præveniente neceſſitati: doctrinam de meritis annihilare* con- „tendunt, imo affirmant, quod *peccaminoſa ſit ſuperbia credere, quod nobis bonum aliquod imputari valeat.* Hæc

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

 „dogma-

(*) Epiſt. encyclica.
(**) Ibid. (***) Ibid.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„dogmata inter se connecti fatemur; „quippe posito, hominem non esse libe„berum, suamque voluntatem tam ad „bonum quam ad malum necessitate „trahi, sequitur, illum nil promereri „posse, nil boni posse operari, proin „omnia esse indifferentia, talique ho„mini parricidium idem esse ac marty„rium, & infelix Adæ Filius non ma„gis vituperandus esset, si bestialibus „suis passionibus immersus vivit, quam „laudandus, si heroicas exercet virtu„tes. Verbo: sicut necessitas impedit „bonorum operum merita, ita necessa„rio omnia excusat scelera.

„Utique nunc cognoscetis arcanum „illud mysterium, cujus silentium circa „ejusmodi doctrinas Authores epistolæ „encyclicæ tam serio commendant, & „suis Neophytis novæ doctrinæ funda„mentum, nisi de eorum docilitate, & de „illorum sine ulla inquisitione omnia cre„dendi pronitate oppido certi sint, mani„festari severissime prohibent. Ipsemet „Jansenius hac in re inviolabile servavit „silentium solitus dicere: *Secretum meum mihi, occulte propter metum Judæorum.* „Ep. 25. Pariter Sancyranus hanc si„lentii religionem maximi habuit, eam„que Abbati de Prieres (*) serio injun„xit,

(*) Vid. juratum testimonium Abbatis de Prieres.

„xit, *ut de doctrinis eidem propositis ne-* Sæc. XVIII.
„*mini quicquam revelet*, & pariter hæc A. C. 1740.
„verba: *occulte propter metum Judæorum*,
„adhibuit Jansenius æque ac quondam
„Manichæi, doctrinam suam non nisi
„pauciſſimis electis manifestari voluit,
„& si forte quidam in arcto deprehen-
„dantur, suasit, ut ea infucetur, dissi-
„muletur, æquivoce proponatur, ac de-
„nique omnino pernegetur (*), imo ne-
„quidem sibi religioni ducant, Janse-
„nium, si necessitas urget, & aliter Ec-
„clesiasticæ censuræ evitari nequeunt,
„anathematizare. Nempe omnino ne-
„cessarium erat, ut dolosæ artes ad pro-
„pagandam sectam præscriptæ magni

(*) *Religioni sibi non ducant, doctrinam hanc negare ac dicere, se non esse Jansenistas, imo nequidem Iprensem Episcopum nominent in præsentia eorum, qui ejus nomen & doctrinam abhorrent. . . . Primo cavendum est, ne quasdam propositiones, quæ Auditoribus offensioni esse solent, proferant. . . . Congregentur ex fœderatis pauci, quibus subinde ea manifestari possunt, quæ ad firmandam, propagandam, & in variis casibus mutandam doctrinam proficua sunt. . . . Posteriores, qui se occultos discipulos, quales etiam Christus Dominus habuit, nominant, ita se gerant, ac si indifferentes essent, aut etiam si necesse est, perinde acsi adversarii forent.*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„myſterii velamento tegerentur, & ſi „forte epiſtolam circularem (*) in cujus„dam adverſarii manus devenire con„tingeret, unanimi omnium voce illam „ceu confictam proclamare neceſſe erit. „Hac circumſpectione probe uſus erat „San-Cyranus, qui ſi cuipiam hoc my„ſterium confidit, ſedulo eidem inſinua„re ſolitus erat, quod ſi quicquam eo„rum manifeſtaturus eſſet, illum palam „tanquam mendacem proclamaturus „foret: ita caute ſuam perverſam do„ctrinam ſemper ſuis ad aurem inſtil„labat (**).

„Expendite, quæſo, propudioſam „fallaciam, & quid demum judicabitis „de

(*) *Præſens hæc inſtructio fœderatis Diſcipulis tradita fuit . . . hi vero, quibus ea tradetur, rogantur, ne illam ulli communicent, niſi de quibus certi ſunt, eos vero doctrinæ amore, & contra Adverſarios odio firmiter conſpirare. . . . Si vero hæc præcepta in hoſtiles manus incidere contingeret, omnes diſcipuli tam ore quam calamo, ſi ita ſocietatis noſtræ bonum depoſcat, ceu ſuppoſititia pernegabunt.*

(**) Teſte Bellegardio Sanitienſi Archiepiſcopo, dum morti proximus erat, & ex jurato teſtimonio Cauleti Abbatis, poſtea Apamienſis Epiſcopi.

„de ceteris hypocrisis Jansenianæ legi-
„bus, quæ confæderatis discipulis eo
„fine impositæ fuerunt, ut *hominum exi-*
stimationem per simulatam saltem exter-
nam morum honestatem sibi concilient (*),
„Ea arte pariter utebantur Priscillianis-
„stæ, prout Tillemontius ex S. Patri-
„bus testatur: paritas nimium adæqua-
„ta est, nec propterea eam vobis ce-
„lare possumus.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

Eapropter, inquit præfatus Au-
thor (**), *haud obscure dignoscuntur eo-*
rum mores, Priscillianus in facie & in
omnibus suis exterioribus actibus humili-
tatem & modestiam, qua sibi apud omnes
honorem & reverentiam conciliabat, præ-
setulit, verisimile est, ejus sequaces ipsum
in hoc exacte fuisse imitatos; Pricillianistæ
enim pro Viris admodum sanctis, in le-
ctione assiduis, & in corporis maceratione
exercitatis habebantur: idem quoque Au-
„ctor horum hæreticorum petulantias
„& pudenda scelera describit, quæ ta-
„men silentio præterimus, quamvis hor-
„renda crimina Convulsionistarum ap-
„pellantium hujus scriptoris penicillo
„adumbrare possemus: non tamen om-
„nes Adversarios nostros de ejusmodi
„scele-

(*) Epist. Circul.

(**) Libr. VIII. pag. 495.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ſceleribus poſtulamus; utinam! cete-
„ras Tillemontii delineationes illis ap-
„plicare non cogeremur: *Priſcillianiſta*
proſequitur ille, *inter præcipuas leges re-
ponebant, ſufficere, ut fides in corde ſit,
quocirca nil frequentius in ore habebant,
quam* jura, perjura, ſecretum prodere
noli: *ſi cum ſibi ſuſpectis egerunt, nil niſi
probe Catholicum proferebant, nec ſibi con-
ſcientiæ ducebant, ut ſeſe occultarent, in
ipſum Priſcillianum invehere, & cuncta,
quæ alias ceu ſacroſancta ſectæ myſteria
venerabantur, anathematizare . . . . res-
que, quas tamen palam docuerunt, ſim
fronte negare.* Ex his coloribus facile
„quidem dignoſcetis noſtri ævi Novato-
„res, & præſertim epiſtolæ encyclicæ
„Authores: certe tamen in iis minime
„genuinos veritatis defenſores & Chri-
„ſti Diſcipulos deprehendetis. Chriſti
„doctrina, quæ omnino Divina eſt, te-
„nebras non amat, imo potius *ſuper te-
cta prædicandum eſt, quod in aure audi-
tum*, Matth. 10. v. 27. *nemo veſtrum pu-
tiatur, ut homicida, aut fur, ſi autem
Chriſtianus, non erubeſcat*, I. Petr. 4. v. 16.
qui enim male agit, odit lucem. Joan. 3.
v. 20.

„Fallendi ars omnibus hæreticis et
„communis, teſte autem S. Hieronymo
„eſt perniciosiſſima, perſonata enim no-
„vitas celeri greſſu progreditur, qui
„reme-

„remediis præveniri possit: & non sine „dolore experimur, quot ævo nostro „animas exterior virtutis splendor, hy„pocrisis & sectariorum simulatio sedu„xerit: si suas doctrinas palam ex„posuissent, & populo aperte propo„suissent, *& quod in vanum speretur, Christum pro omnibus hominibus esse mortuum, Deum omnes homines salvare velle, manifestassent, & si aperte docuissent, reproborum sortem non prævisis demeritis esse decretam, certe fideles* (ita Auctor epistolæ encyclicæ disertis verbis) *ad sibilum hujus serpentis aures obturassent, non alia ipsis relicta laboris mercede, quam omnium ludibrio.*

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„Hinc merito illis acclamare possu„mus id, quod S. Hieronymus de Pela„gianis epist. ad Cresiph. scripsit: *loquere, quod audis, publice prædica, quod secreto Discipulis loqueris. . . . Aliud audiunt cubiculorum tuorum secreta, aliud rostrorum populi. . . . Non animadvertis, idcirco nos scribere, ut vos respondere cogamini, & aperte aliquando dicere, quod pro tempore, personis & locis vel loquimini vel tacetis. Nolo vobis liberum esse negare, quod semel scripseritis. Ecclesiæ victoria est, vos aperte dicere, quod sen„titis . . . . sententias vestras prodidisse, superasse est. Patet prima fronte blasphemia,*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

phemia, non necesse habet convinci, quod sua statim professione blasphemum est. . . Eunomiani, Ariani, Macedoniani nominibus separati, impietate concordes, nullum nobis laborem faciunt; loquuntur enim, quod sentiunt. Sola hæc hæresis est, quæ publice erubescit loqui, quod secreto docere non metuit. . . . Ideo crevit vestra hæresis, & decepistis plurimos, . . , quia semper docetis, semper negatis.

„Quid vero in Ecclesia magis deplo„randum est? Illa a tali numerosa factio„ne impugnatur, quæ suam doctrinam „variat, & in proprio suo sinu leprosos fi„lios alit: in medio hostium versamur, „quin eos noscere possimus. Quot sim„plices animæ dolosas eorum casses e„vitare nequeunt, quia semper caussari „possunt, se in eis errores imputatos „non deprehendisse: forte id verum est, „non tamen ad legitimam excusatio„nem valet, hæc ipsa enim est seducen„tium lex, suorum doctrinam sedulo „occultare, imo &, si necesse est, per„negare; jam contenti sunt, si in fide„lium cordibus contra debitam submis„sionem erga Ecclesiæ decisiones sal„tem dubium excitare valent, eo enim „obtento in ictu oculi densum aperient „velamentum, sub quo impias suas no„vitates jamjam paratas tenebant.

„His

„His ergo, Fratres Chariſſimi, dif- „fidere diſcatis; *ex fructibus eorum cognoſcetis eos:* attendite, quam fideliter „illi tam veterum, quam recentiorum „hæreticorum veſtigia premant. Quis „unquam ſectariorum acriori odio ſta- „tum Monaſticum a ſanctis Patribus am- „pliſſimis celebratum encomiis inſecta- „tus eſt? nonne quælibet dictæ epiſtolæ „folia tale odium exhalant? Quo enim „impulſu hujus ſtatus vilipenſionem in- „ducere inter ſe decreverunt? certe ex „ſcriptoribus Catholicis nullum reperio, „qui talia molitus eſſet, a primo tamen „ſæculo usque ad Calvinum Sectarios „fuiſſe infenſos Monachorum hoſtes, Hi- „ſtoria nos docet. Id probe obſervavit „Bellarminus (*): *Hæretici*, inquiebat ille, *dum hanc Eccleſiæ partem* (Monachorum inſtitutum) *petunt, ac ut Monaſtiam vituperant, portentoſa mendacia quotidie de Monachis fingunt, & quacunque oblata occaſione in Monachos invehuntur, atque eos in odium vulgi rapiunt, & primarios Antichriſti ſatellites vocant, non eo certe ſpectant, ut ordines ſolum hominum Religioſorum diſſocient, monaſticenque e medio tollant, ſed ut Eccleſiam totam hac ratione perturbent ac lædant, eamque, ſi fieri poſſet, e fundamentis evertant.*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

(*) In Præfat. ad libr. de Monach.

Sæc. XVIII A. C. 1740.

tant. . . . Neque vero novum est hoc haereticorum bellum adversus Monachos, neque recens mali dæmonis artificium . . . sicut enim, quotquot fuerunt unquam pii scriptores tum sermonibus tum scriptis libris hoc genus vitæ laudibus in cælum tollere conati sunt, sic nulli ferme unquam hæretici exstiterunt, qui vel nomen Monachorum patienter audire potuerint. . . . Quæ cum ita sint, intelligi profecto facile potest, ita caussam Monachorum cum Ecclesiæ caussa esse conjunctam, ut nemo unquam Ecclesiæ hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore Monachis omnibus indixerit &c.

„Profecto, Charissimi Fratres, Jan„senistæ, ut Ecclesiam impugnarent, „Monachos diffamarunt, prout sat ma„nifeste apparet ex eorum epistola en„cyclica, & San-Cyrani Abbatis ser„monibus (*) ægris oculis respiciunt „subjectionem, quam Monachi erga Ec„clesiam profitentur, quocirca hos in „novam formam transmutare decreve„runt. Eo collimabat *sacrum* illorum „sy-

(*) Vide juridicum juratumque testimonium Abbatis de Pormorant, qui testatur, se quondam Abbatem San-Cyranum visum iviſſe, ipsumque contra Monachos impotenter insurrexisse.

„*systema* (hæc sunt præfatæ epistolæ, seu „ut melius loquar, suæ factionis verba) „Sed quid hac in re reformare inten- „dunt? forte quosdam abusus, quos „voluntas ad malum prona subinde dis- „seminat, & Ecclesia deplorat? Non, „non, Charissimi Fratres, San-Cyra- „nus Abbas affirmat, quod *corruptela* „*non modo mores, sed & multa doctrinæ* „*capita infecerit* (*). At hæc ipsa do- „ctrina non est alia, quam Ecclesiæ, „quam *sacrum* eorum *systema* petit, „quamque eliminare satagunt. Id sat „aperte declarat epistola encyclica.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Hujus systematis finis est, abusibus & corruptelis, quæ ex ignorantia præstantissimæ doctrinæ S. Augustini subinde in Ecclesiam irrepserunt, obicem ponere. Quid! „Ergone Ecclesia ignoraverit insignem „S. Augustini doctrinam? Ergo Ecclesia „non est *columna & firmamentum veritatis*? Nonne omni tempore, ut *nos om-* „*nem doceret veritatem*, a spiritu sancto „animata fuit? Nonne Christus cum „suis Pastoribus est omnibus diebus, ut „per eos doceret omnes gentes? Ita „est, hanc ideam de Ecclesia nobis tra- „dunt

(*) Vid. testimonium juratum Abbatis de Prieres.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„dunt sacræ scripturæ, Jansenistæ au-
„tem longe aliam nobis ideam de Ec-
„clesia exhibent: id, quod in epistola
„encyclica continetur, nil nisi synopsis
„est eorum, quæ fusius San-Cyranus
„Abbas exposuit: *A Deo mihi revelatum
fuit*, ait ille (*), *nullam amplius exstare
Ecclesiam, quinimo jam plus quam quin-
que vel sex præterfluxere sæcula, a qui-
bus nulla amplius existit Ecclesia: ante
hæc tempora Ecclesia similis erat inge-
ti fluvio limpida aqua uberrimo, nun-
vero, quod Ecclesiam dicimus, lutum est
canalis est quidem idem, non item aqua.
Deus quidem Ecclesiam suam ædificavit
super petram, ast tempus est ædificandi,
& destruendi: antehac erat ejus sponsa,
nunc autem adultera & scortum, quoci-
ci*

(*) Consule vitam S. Vincentii a Paulo a
Abbellio Ruthenarum Episcopo descriptam,
idque de verbo habetur in testimonio Abbatis
de Pieres, & in epistola Abbatis San-Cyrani
ad Dominum de Range: *Nec plura addo, per-
bene quippe scio, moderationem esse salem ve-
ritatis æque ac aliarum virtutum: sufficit, nu
nihil aliud scire velle, quam quod Ecclesia ante
te duodecim sæcula docuit . . . . quapropter
omnis alia doctrina, qualiscunque demum sit,
falsa est & ad nil, quam ad corrumpendos mo-
res apta: & plane corruptos Christianorum
mores nulli alteri caussæ imputare valeo.*

ca eam repudiavit, voluitque, ut fidelior eidem subrogetur. Ad hasce blasphe- „mias contra Christi Sponsam effusas „tinnient ambæ aures vestræ, & Ec- „clesiæ doctrinam emendandi consilium „ab hoc Abbate propositum detestabi- „mini. Jam ad hoc præluserunt Luthe- „rus & Calvinus, & merito ejusdem „loquelæ fuit ille, qui ejusdem mentis „cum ipsis erat, unde haud mirum vo- „bis videbitur, audire encomia, qui- „bus Epistolæ encyclicæ Auctores Pro- „testantium molimina amplissime cele- „brant: hæc enim nil nisi echo sunt eo- „rum, quæ Abbas San Cyranus præci- „nuit: *Synodus Tridentina*, inquiunt illi, *non est legitima* (*); Abbas vero ait: *Nil mihi dicatis de Concilio Tridentino, illud nil nisi Pontificis & Scholasticorum contentionis & factionis spiritu turgidorum congregatio erat.* Enimvero tam præ- „clare de sacrosancta hac Synodo sen- „tire debet ille, qui Dordraceni Con- „ciliabuli decretis de prædestinatione „& reprobatione suffragatur, uti Jan-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

 „se-

(*) Vid. vitam S. Vincentii a Paulo, necnon juridicum testimonium Abbatis de Prieres, & juratum Langenensis Episcopi, & Bellegardi Sanitiensis Archiepiscopi ante obitum suum.

Sæc. XVIII A. C. 1740.

„ſenius in ſua Epiſtola ad San-Cyr
„num (*).

„Horum Prædeceſſorum veſtig
„Poſteri fideliter preſſerunt, atque e
„eorum moribus ſatis elucet, quam b
„ne affecti ſint erga Proteſtantium R
„ligionem. Poſtquam enim ipſi inju
„(ut eorum verbis utar) a Romana Se
„& Epiſcopis damnati, & a Regib
„noſtris *dire* vexati fuere, ad regione
„omnibus ſectis (excepta vera) pervia
„emigrare non erubuerunt. Cur a
„tem hanc, cujus ſchisma & error
„hodiedum amare deflemus, cete
„prætulerunt? Ergone nulla alia
„pererat regio Catholica, in qua ſ
„ctam fidem noſtram profitendi liber
„viguiſſet? Forte veritas nullibi, qu
„in libero errorum diverſorio repe
„poteſt?

„Ergone eo tempore, quo Unive
„Europa contra Galliam conſpirab
„v

(*) *Abſolutum eſt Dordracenum Concili*
cujus decreta jamdudum Belgico idiomate ad
nus habeo, latine autem acquirere non p
Circa prædeſtinationem & reprobationem
Catholica doctrina perfecte conſpirant, cu
aſperiora Calvini eliminant. Vid. Epiſt. S
Cyrani an. 1620.

„veri Catholici tutum nullibi asylum re- Sæc. XVIII.
„perire poterant, quam in hæresis cen- A.C. 1740.
„tro? Ast cedamus Jansenistis, jam o-
„lim cogitabant, & inter se conclusе-
„rant, se ad Insulam Strandiam rever-
„suros (*), notum quoque est, illos
„jam tum supremam jurisdictionem sibi
„vendicare molitos fuisse. Felix plane
„fuisset Ecclesia, si hæc fex populi ad
„unum septentrionalem angulum con-
„fluxisset, ac deinceps Ecclesiam non
„infestasset.

„Attamen in hac Insula eorum Ze-
„lus sat amplum abs dubio non repere-
„rat campum; minus commodus eis vi-
„debatur hic locus ad cælestem suam
„doctrinam ad vota propagandam, ap-
„tior erat asylus Hollandia, ubi quiete
„nullibi speranda potiuntur: ibi eorum
„Sancti alibi vexati a Vaticani fulmine
„tuti sunt, ibi Quesnellus e carcere pro-
„fugus & a Mechlinienſi Archiepiscopo
„damnatus sibi sepulcrum elegit. Hi
„sunt novæ sectæ Martyres & Sancti,
„primævæ tamen Ecclesiæ Sanctis vel
„maxime absimiles: nempe in Hollan-
„diam Monachi Apostatæ non sine ma-

(*) Vid. Codicil. Domini Nicolle ad 4. Jun. 1695. & acta Notariorum Boucheri & Lorimieri de an. 1678.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ximo Christiani Orbis scandalo e suis „Monasteriis profugi secesserunt, per„inde acsi in Ecclesia nulla alia Catho„lica extarent monasteria: ibi tandem, „id est in hæresis centro primæva Jan„senistarum Ecclesia sub Protestantium „patrocinio perfecte erecta fuit (*), & „qui-

(*) *Domine ac amice fidissime!*

Utramque epistolam nuper ad me datam summa lætitia recepi, edoctus ea, quæ Hollandiæ Ordines in Sebasteni favorem agere decreverunt: utinam Romanis ad exemplum deserviret. Epist. P. Vanhamme in judicii actis contra P. Quesnellum p. 135.

Nunc vero salus nostra satis æstimari nequit, postquam Ordines Fœderati nostri Protectores evasere, jamjam edictum promulgarunt, quo eorum subditos Romam evocare inhibitum: Nuntios quoque Pontificios, qui Papæ vices gerunt, ingressu in Hollandiam interdicunt, nisi legitimo modo selecti, & ab eorum Legatis admissi sunt. Epist. Vanerkeli in præfatis actis pag. 135.

Ita ea omnia percepi, quæcunque in Sebasteni favorem percipi possunt. Fœderati Ordines priora mandata atque edicta recentiore firmarunt, quo rursus omnem jurisdictionem Cochio interdicunt. . . . Egregie contra omnes Nuntii assultus hoc propugnaculum erectum fuit. Ep. Drioti ibid. p. 150.

„quidem per ſchismaticam conſecratio-
„nem cujusdam exiſtimati Ultrajecten-
„ſis Archiepiſcopi, adſtipulante quodam
„Epiſcopo jam dudum per Chriſti Vica-
„rium ab omni ſacra functione ſuſpenſo:
„ut vero his robur accederet, communi
„conſilio decretum, ſacræ Sedis man-
„dato edictum Ordinum Fæderatorum
„opponere. *Cras*, ajebat quidam Jan-
ſeniſta (°), *nobis conſignabitur Hollandiæ edictum, quo Breve Pontificium contra Se-baſtenum ceu ſeditioſum & infame ſcrip-*
„*tum ab Ordinibus declarabitur ac pro-ſcribetur. Hollandi*, inquiebat alius (**), *prudentiſſime agunt, quieti incedunt, nec ullo Romanæ Curiæ decreto turbantur, ſi alibi idem fieret, brevi Roma oculos aperiret, & deinceps tales inſaniæ partus non ederet.* Ita nempe Proteſtantium Prin-
„cipum decreta rejectis Pontificum Bul-
„lis ad reſcuſcitandum Ultrajectenſem
„Archiepiſcopatum a ſæculo & amplius
„ſuppreſſum opem ferre debuerunt.
„Hæc perpendite, & videbitis, quali-
„ter hi Novatores tandem ſchismati po-
„ſtremam admoverint manum: quid
„enim aliud, quam Eccleſia ſchismatica

 „eſt

(*) Epiſt. Praweli Secretarii apud P. Quesnel. p. 145.

(**) Epiſtola Domini Lenoix Canonici Pariſienſis ad B. V. ad P. Quesnel. p. 153.

Sæc XVIII. A. C. 1740.

„est illa, quæ cum sacra Sede, omni„busque legitimis Episcopis nullum ha„bet nexum, nec alteri fulcro, quam „Ecclesiæ hostium patrocinio innititur, „quibus nil magis volupe est, quam Al„tare contra Altare erigere, & si fieri „posset, Catholicum nomen penitus e„vertere. Sub horum patrocinio insu„per suum schisma latius diffundere sa„tagunt, dum plures adhuc Episcopos „sibi consecrant. Nec ulli mirum vi„deri debet, Protestantes Principes Jan„senistis favere; utique ejusmodi favor „eis debebatur, ac æqua est retributio „illius existimationis ac indulgentiæ, „qua Jansenistæ opiniones *reformata*, „sic dictæ, Ecclesiæ fovent: ut vero „tanta beneficia demereretur illa secta, „quæ rigidam morum disciplinam us„que ad excessum in Francia deprædi„cat, ad tantam submissionem descen„dit, ut etiam Hollandis usuram con„cederet, & Dominus Thierry, post„quam usuram ex se nihil peccamino„sum esse suppofuerat, nisi proximo v. g. „in necessitate vel paupertate damnum „inferatur, accerrime insectabatur eos „qui tam licitæ negotiationi sese oppo„nendo totam Jansenii sectam diseri„mini, & perdendæ benevolentiæ Or„dinum periculo exponunt. Insuper et „ejus epistolis elucet, hujus quoque

„sen-

„ſententiæ omnes Hollandiæ Janſenia- Sæc. XVIII.
„nos Clericos fuiſſe (*). A. C. 1740.

„Ex eadem fervida erga Proteſtan-
„tium Religionem inclinatione abs du-
„bio pariter oritur, quod Sacramento-
„rum adminiſtratio in nova hac Eccle-
„ſia in idiomate Belgico (**) fiat, &
„transfugæ Monachi, de quibus ſupra
„dictum, unanimi ſuffragio B. V. Ma-

(*) *Van-Erkelus Decanus & quidam Canonici ac Paroſhi acriter urgebant, ut ea, quæ ipſi de hoc argumento. ſcilicet de uſura, pronuntiaſſent, ſcriptotenus vulgarentur. . . Nunc ſermo eſt inter Parochos, decreviſſe Archiepiſcopum, ut in Republica jam dudum per patrias leges in hac republica approbata conſuetudo uſuras accipiendi ſine hæſitatione omnique rigore prohibeatur. . . . Aſt Villierus eidem expoſuit, ſi rei inſiſtant, univerſum Clerum turbatum iri, ſeque omnes Catholicos*, id eſt Janſeniſtas, *a ſe alienaturum, inſuper adverſus ſe omnes Reipublicæ Magiſtratus, & præcipue Ordines excitaturum; inde vero gravia timenda eſſe mala.* Epiſt. Thierry ad D. Petitpied die 7. April. 1728. in Regia Bibliotheca aſſervata.

(**) Vid. epiſt. Domini de Vacel in actis Jud. P. Quesnel. p. 103.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„riæ (*) & defunctorum Officium, ut„pote cujus usus nonnisi mollioris Di„sciplinæ studio in eorum institutum in„vectus fuisset, deinceps penitus abro„gare decreverint. Digni sane suæ A„postasiæ fructus! Jam a prima origine „Jansenistarum secta circa plurimos fi„dei nostræ articulos se Protestantibus „favere ostendit, nec frustraneum erit, „horum quosdam particulariter tangere „simulque observare. Reformatæ Reli„gionis sectatores eis mirifice applau„sisse; hi tamen Jansenistis multo since„riores sunt & circa opinionum nobis „contrariarum discrimen valde consen„tiunt, ac propter eorum candorem lu„bentius cum eis hac in re agimus, eos„que ad Ecclesiam, a qua eorum Majo„res excesserunt, facilius reducimus. „Res longe aliter se habet cum Janseni„stis, hi enim præter contumaciam ha„bent affectatam simulationem, unde „dum eorum errores impugnamus, prius „eos convincere cogimur, quod hæc „vel illa doctrina reipsa ab eis propu„gnetur. Si alteram epistolam ency„clicam, quæ cum illa vobis exhibenda „una eademque erat, & cujus duntaxat „synopsin

(*) Epist. Cellieri ad Cametum die 1. April. 1728. & Epist. Lnigi ad Gaudronum 1. Maii, itidem asservata in Bibl. Reg.

„ſynopſin Author Hiſtoriæ Conſtitutionis „exhibuit, ad manus haberemus, alia „argumenta, quibus Janſeniſtas Proteſtantium religioni eſſe addictiſſimos „probemus, adducere ſuperfluum foret: aſt ex aliis ſectæ libris hanc in „rem multiplex nobis ſuppeditatur argumentum.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

I. „Hamon Porturegienſis Medicus „in ſuo libello per Dominum Nicole approbato Confeſſionis neceſſitatem penitus annihilare videtur; docet enim (*), *Medicinam noſtram eſſe fidem, eamque tam efficacem ſanandi vim habere, ut non modo a peccatis liberet, ſed omnia nobis tribuat, quæ a fructuoſa abſolutione ſperari poſſunt.*

II. „Idem Medicus fidem ad peccatorum noſtrorum abſolutionem ſuffi„cere, ſumma fiducia pronuntiat, *dummodo*, inquit, *cum quodam Viro pio quandoque conferendi opportunitatem habeam, quamdiu vellem, Confeſſario haud opus haberem* (**).

„Vittus quoque in epiſtola ad Ar„noldum die 11. Julii 1681. tradit, *alio tem-*

(*) Tractatus de pietate ad ſolatium Monialium Portu-Regienſium Authore D. Hamon p. 123.

(**) Idem ib. p. 98.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

tempore nil aliud occurrisse, quam exiguum numerum eorum peccatorum, quæ hodie lethalia vocantur, & per Sacramentum pœnitentiæ aboleri solent, cetera peccata per bona opera dimitti.

III. „Et si Arnaldo fides (*) hodie„dum non amplius necesse est numerum „vel circumstantias speciem mutantes „confiteri. Verbo, ex mente hujus Ab„batis, & P. Seguenoti, absolutio sa„cramentalis annexam non habet gra„tiam, sed duntaxat declarat, quod il„lam anima per contritionem recepe„rit (**). Iidem quoque errores circa „pœnitentiam referuntur in synopsi epi„stolæ encyclicæ a Sistaricensi Episcopo „facta (***).

IV. „Non minus abominanda est „doctrina Jansenistarum de Sacramento „Altaris (****); in præfata enim syno„pi

(*) Ep. ad P. Maignardum Oratorii Sacerdotem.

(**) Epist. Abbatis San-Cyrani ad Lageam, P. Seguenot. l. 10. de sancta Virginitate a Sorbona proscripta.

(***) In Sacramento pœnitentiæ clavium potestatem, ejusque efficaciam evertunt, tenent enim, peccata jam ante absolutionem fuisse remissa. pag. 90. lib. 5.

(****) Ib. l. 5. p. 89.

„psi habetur, juxta ipsos *Corpus Christi nec per fidem, nec per signum (uti docent Calvinistæ) nec etiam vere & realiter adesse, uti Romana Ecclesia docet.* Et juxta „Caillyum Cadomensem Parochum, *in hoc Sacramento nil aliud est, quam panis, qui per animæ suæ conjunctionem cum pane fit Corpus Christi* (*).

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

V. „Hamonus vero ad abnegandum „hoc Sacramentum æque dispositus e„rat, ac ad eliminandum Sacramentum „pænitentiæ (**): *toties*, inquit ipse, *ad mensam Domini accedimus, quoties amamus, sed non semper amamus, dum huic mensæ appropinquamus, & quod plus est, dum alios cœlesti hoc cibo frui cernimus, nos in sanctiore animi revolutione sumus, quam illi, qui realiter hunc cibum sumunt, & tunc plus accipimus, quam illi.* „Ex his Delincurtius in sua epistola die „21. Octob. 1690. necessario infert, fre„quentioris Communionis abusum me„rito a probatis Confessariis reiici.

VI. „Non equidem Jansenistæ cum „Calvinistis palam docuerunt, justifica„tionis gratiam nunquam amitti: Bour„daillius

(*) Vid. libr. Cailly sub titulo: Durandus notis illustratus, necnon Nesmondi Bajocensis decreta die 30. Martii 1701.

(**) Lib. cit. p. 226 & 227.

Secc. XVIII. A.C. 1740.

„daillius tamen docuit: *pleraque peccata, de quibus ait Apostolus, quod qui talia agunt, Regnum Dei non possidebunt, & quæ adversantur expresse præceptis Decalogi, mortalia dici posse . . . Id tamen intelligi posse adhibito temperamento, ut qui plane repugnantes ac velut inviti ista perpetrassent, aut gravis mali impendentis metu aut pœna libidinis abrepti, ita ut ab istis angustiis liberati acri dolore tangerentur ob commissum peccatum, tam certo affirmari non posest, excidisse illos gratia aut incurrisse pœnam damnationis. . . . Hoc temperamentum naturaliter consequitur ex doctrina S. Augustini* (*).

VII. „Pariter statum Monachalem „non penitus reprobarunt, Seguenotus „tamen decidit, statum Matrimonialem „æque purum ac perfectum esse quam „Virginalem, & Religiosa vota nil per„fectius quam communem perfectionem „complecti (**).

VIII. „Nec etiam venerationem „Sanctorum omnino extirparunt, Ca„storiensis tamen Episcopus docuit, nos „San-

(*) Hæc propositio est centesima decima quarta ex illis, quas Clerus Gallicanus anno 1700. damnavit.

(**) Vid. tractatum de sancta Virginitate a Sorbona damnatum, pag. 6 & 18.

„Sanctis in cælo regnantibus eundem „debere cultum, quem justis in hac ter- „ra agentibus deferimus (*). Beata „Virgo juxta hos sectarios non amplius „tanquam Mediatrix & Advocata invo- „cetur, nec dicatur *illam esse Matrem misericordiæ, nec respiciatur ad excessiva encomia eidem a S. Patribus attributa* (**). „Tandem juxta D. Di Ligny epistolam „die 2. Oct. 1699. *Ecclesiæ acceptissimum foret, si omnes coronæ Marianæ, scapularia, ceteræque confraternitates non modo reformarentur, sed penitus exulare juberentur, cum nonnisi insanæ sint devotiunculæ, quæ magis de comico, quam de solida pietate habent.*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

IX. „Insuper ex synopsi epistolæ en- „cyclicæ ad Rothomagensem Monialem „a P. Quesnello transmissæ elucet (***), *novos hosce Discipulos privatis Missis nuntium mittere, nec dari preces pro defunctis, quæ non item essent pro vivis: in altera vita non dari purgatorium, sceleratos Sacerdotes desinere esse Sacerdotes.*

X. „Affirmat San-Cyranus ep. 93. *per Ordinem Sacerdotalem non imprimi characterem indelebilem,* Tandem etiam

XI. „Im-

(*) Tract. de cultu Sanctorum.

(**) Salutaria monita B. V. ad indiscretos suos cultores.

(***) Historia Constitutionis p. 89 & 90. l. 5.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

XI. „Impetunt indulgentias, quas „quidam Jansenianus Scriptor fabulo„sas liberalitates appellat (*).

„Hæccine est vox Ecclesiæ Catho„licæ, vel non potius recentiorum hæ„resum loquela? Ast prosequamur pa„ralellum; agitur enim de re maxim„momenti.

XII. „Etsi Jansenistæ summo Ponti„fici Primatum nondum palam abnega„re ausi sint, Jansenius tamen sine hæ„sitatione illum habuit *pro re nullius se„me momenti.* ep. 22. ejusque sectatores „jam centies ac centies propugnarunt „Papam nil amplius esse quam inter Epi„scopos primum (**). Tantum ab eis ab„est, ut Divinam ejus jurisdictionem, „cujus omnes Christiani ei obedire tenen„tur, agnoscant, ut potius visibilis Capitis „supremi dignitatem usque ad officium „*Generalis Inspectoris* deprimerent (***) „Equidem nondum aperte pro mon„Protestantium asseruerunt, Papam esse „Antichristum, Vittus tamen in sua ap„pella

(*) Theses Theologicæ Francisci de Va Vianen.

(**) Vid. appellationem ad universam Eccle siam & Synodum Domini Thierry, quæ a servatur in Regia Bibliotheca.

(***) Thierry ibid.

„pellatione Bullam *vineam Domini* appel- Sæc. XVIII.
„lare non erubuit, *dignam, cui adveniens* A. C. 1740.
„*Antichristus coronidem imponat.* Hunc
„etiam Dominus Thierry petulantia su-
„peravit, dum Alexandri VII. formu-
„lam nuncupavit *schedam diabolicam* (*),
„& Constitutionem *opus Diaboli*, qui
„per os Pontificis locutus est.

XIII. „Hucusque Jansenistæ haberi
„gestiebant, perinde acsi de infallibili-
„tate Ecclesiæ plane persuasi essent: ast
„æque indociles ac Protestantes affir-
„mant, *abominationem nostro ævo in Ec-
clesia omnino communem esse, Christum
unacum veritate sua a Papa & Episco-
pis anathemate perculsum esse, prout olim
Caiphas fecisset*, nullum aliud remedium
„præveniendi excidium Ecclesiæ super-
„esse, quam *conversionem Judæorum*, qui
„veram fidem ad suam puritatem revo-
„cabunt. Ejusmodi blasphemiis turget
„illud scriptum, quod sub titulo: *Ex-
„ercitationes pro veritatis amicis*, non ita
„pridem in nostra Diæcesi divulgatum
„est. Longius adhuc processit animosi-
„tas San-Cyrani; ait enim, sexto ab-
„hinc sæculo Ecclesiam in sua desola-
, tione

(*) Idem in epistola ad Generale Definitorium Congregationis S. Vitoni.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„tione fordescere (*), nec dubitat pr
„ferre, quod ipsemet Deus illius sit Au
„thor, & eam ipsus everterit (**). A
„que ac olim Protestantes a Papa & E
„piscopis proscripti, etiam Jansenist
„ad œcumenicum provocant Concilium
„nec hi illis ad subjectionem proniore
„sunt; docent enim, *Concilii decision*
metiendas esse juxta effectus, quos in o
teris Ecclesiis operantur, eoquod Episc
palis confirmationis auctoritas a suorum
fidelium consensu dependeat (***). Ea
„caussa postulant, ut *Synodus suarum d*
cisionum argumenta ex S. literis & tr
ditione petita adjungat, cum illa ad fideliu
instructionem oppido necessaria sint (****
„nempe ad hoc erunt necessaria, ut S
„nodi decisionem ad arbitrium suum v
„approbare, vel reiicere valeant.

XIV. „Etsi Jansenistæ Ecclesiæ d
„sciplinam aggredi nondum præsumpsi
„rint, majori tamen audacia propugn
„runt, *nunc gratiam & beneficium d*
anathematizari: hoc solatio suos *veritat*
amicos lactabant. Denique Jansenist
„su

(*) Idem in epist. 18. Jun.

(**) Abellyus in vita S. Vincentii a Paul

(***) Vid. juramentum Abbatis de Prier
& Cauleti & ep. SanCyrani supra citatam.

(****) Libr. de testimonio veritatis p. 95 &

„ſuis Regibus bellum inferre nondum „auſi ſunt, *conantur tamen* (uti patet ex „epiſtola D. Thierry ad Petitpied 1. Sept. „1712.) *Reges noſtros eo adigere, ut nec ipſi nec eorum Prætores ultra S. Auguſtini Diſcipulos tam inique vexare valeant, uti hactenus feciſſent* (*), quinimo Lovar„dus ſuæ factionis hominibus inſinua„bat, rem jam eo deductam eſſe, ut ſe„ſe adverſus tempora & Principes ferro „& igne armare, neceſſarium ſit (**). „Ut vero ad hanc ſeditionem ſubdito„rum animi magis inflammarentur, „Groſſus in famoſo ſuo libro *de excidio libertatum Eccleſiæ Gallicanæ* pag. 344. „aſſeruit, *poteſtatem ad adminiſtrandum Regnum neceſſariam verius penes Communitatem quam Regem eſſe*, & populum pro „novæ doctrinæ defenſione armatum nil „aliud moliri, quam poteſtatis ſibi jam „aliunde competentis uſum. Nonne „hæc ſapiunt illum ſeditionis ſpiritum, „quem Boſſuetus jam olim Calviniſtis „tam ſolide exprobrabat? *Annot. V. in „Proteſt.*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Et quandonam finis foret, ſi pa„ralellum noſtrum usque ad ſuum ter-

 „mi-

(*) Epiſt. Thierry aſſervata in Bibl. Reg.

(**) Idem ad D. Petitpied 1. Sept. 1712. & epiſt. Lovardi die 29. Oct. 1727. quæ in Bibl. Reg. aſſervatur.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„minum producere vellemus; nec ta„men præterire valeo memorabilem ca„sum, quem ipsemet didici a Viro, qui „ipsus hujus conjurationis olim com„plex erat, priusquam Deus ipsius ocu„los ad erroris cognitionem aperuerat: „rem propriis docti hujus Præsulis, qui „Historiam Constitutionis conscripsit, „verbis referam, ut narrationi major „constet fides. *Aliud*, sunt ipsius verba, *vobis narrabo, quod vix credi posset, nisi acta authenthica loquerentur. Iniere consilium Appellantes se cum Anglicana Ecclesia conjungendi, Dupinus ob exotica sua principia famosus Sorbonæ Doctor hanc in rem integrum conscripsit tractatum. Jam dudum innotuerat, arctum fœdus & frequens epistolare commercium cum Cantuariensi Archiepiscopo foveri: tandem detecta fuit abominanda conjuratio, qua magis detestandam Catholicus Doctor in fidei rebus nunquam conflare potuisset. Die* 10. *Junii* 1719. *me præsente in mandatis datum, ut in Dupini ædes irrumperetur, omniaque ejus scripta interciperentur, quæ, cum illico fuissent collecta, ad Regium Palatium, ubi tum præsens eram, delata fuere. In his legebatur, quod Catholici nostri Principes, salva sanæ doctrinæ integritate, sese cum Ecclesia Anglicana conjungere valerent, quod auricularis Confessio abrogari, realis transsubstantiatio in Eucharistia dissimulari*

ſimulari, Religioſorum vota diſſolvi, cœlibatum Sacerdotum tolli, quadrageſimale jejunium & abſtinentia aboleri, Pontifici obſequium abnegari, omne commercium cum eo, ac obedientia erga ejus deciſiones abdicari queat. Hoc conſilium Janſeniſtæ „adhucdum in ſinu fovent, & Thierryus „in ſua Epiſtola die 24. April. 1718. excogitabat *media, quibus Lutherani, Calviniſtæ, Angli & Græci Schismatici cum Eccleſia conciliari, & impedimenta, quæ Romana Curia opponit, e medio tolli poſſent* Nonne bene diximus, Chariſſimi „Fratres, Janſenii Aſſeclas Proteſtan„tium religioni valde propenſos eſſe? „imo parum adhuc diximus, Calvinia„næ enim ſectæ Miniſtelli præfatum Jan„ſenianæ factionis affectum erga Prote„ſtantes, æque ac hujus ſectæ affinita„tem cum altera probe cognoverunt, & „inſuperhabitis levibus velitationibus „quandoque inter ſe commiſſis appro„barunt, ac ſeſe obſtrictos propterea „profeſſi ſunt: ipſa etiam encomia, qui„bus Janſenii doctrinam, ejusque aſſe„clas honorarunt, luculentum ſunt præ„ſtitæ gratitudinis teſtimonium. In rei „veritatem nonnulla adducam ſpecimi„na, ſi enim veſtrum nonnulli forte de „hac ſecta nimis honorifice ſentirent, ſua „præjudicia hoc remedio corrigere po„terunt. *Videtur quidem*, inquit Delin-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„curtius Præco Calvinianus in responso „ad Hassiæ Landgravium pag. 340. *quod Jansenismus horrenda sit hæresis, Divinæ gratiæ capitalis hostis: ast reipsa nil aliud nisi purum est Evangelium de gratia Dei in Christo Jesu, prout eam Paulus Apostolus annuntiavit. . . Hæc Jansenismus insulse & contumeliose vocatur, cum tamen Jansenius Yprensis Episcopus omnia ea, quæ sparsim in variis D. Augustini libris habentur, duntaxat in unum collegerit.* Nec minus benigne sese ex„pressit Labadius, dum in quadam epi„stola ad Jansenistas sic scribit: *proposita doctrina de prædestinatione & gratia, prout eam Jansenius explicat, & eam solis fidelibus competere ait, vera, pura & genuina est reformatæ Ecclesiæ doctrina: difficultas a Jansenistis adhuc superanda non in eo versatur, ut cum Calvinistis fraternam ineant unionem, sed ut fateri cogantur, se jam esse Fratres.*

„Nemo ignorat fatum, quod a quo„dam factionis Antesignano compositus „Catechismus de gratia subiit: vix e„nim famosus hic liber in lucem prodiit, „cum illum mox Samuel Maretsius Gro„ninganus Præco in suum idioma trans„tulit, & in præfatione libello præfixa „hujus doctrinam velut propriam suam „adoptavit, nilque hæsitans dixit, ea,

„quæ

„quæ in hoc Catechismo contineren- Sæc. XVIII.
„tur, eandem, quam reformata Eccle- A.C. 1740.
„sia profiteretur, esse doctrinam: & sa-
„ne id nemo alius ipso certius dicere
„poterat, unde etiam hunc librum stre-
„nue defendit: *nemo miretur*, ait ille (*), *quod ego Calvinista & juratus Sedis Romanæ hostis, illorum, qui specietenus huic Sedi sunt addicti, caussam in me suscipiam . . . . non modo erga Jansenistas hac in re indulgentes sumus, sed & Reformatis favetur, utpote qui circa quinque propositiones ejusdem sunt sententiæ; quippe hac in re iisdem utimur fontibus, scilicet S. Scriptura & S. Augustino, qui in hac controversia æque pro nobis ac pro vobis stat, postquam Jansenius illum ad suam pertraxit sententiam.* Alibi Samuel „Maretsius Jansenistas modo, quo sane „plus æquo hodie in rem suam utuntur, „adhortatur, eisque acclamat (**): *Macte animo, eruditi ac generosi Jansenistæ! in faciem resistere ausi estis Pontificibus, qui in Jesuitarum suorum gratiam totum Pelagii errorem impie ac nefarie patrocinio suo dignati sunt, dam-*

 nan-

(*) Postrema apologia Samuelis Marets in defensionem S. Augustini & Jansenistarum contra Papam & Jesuitas.

(**) Synopsis veræ & Catholicæ doctrinæ de gratia.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

nantes doctrinam, quæ fidei Divinæ est. „Nec aliter de Pontifice sensit Malpai„sius, qui illum *Generalem Præpositum Semipelagianorum* appellitabat (*). Ea„dem effatus est Henricus Otius Tigu„rinus Præco ac Theologus, dum in „suo sermone, typis edito Jansenistas suos ita alloquitur: *Legite attente Lugdunensem fidei confessionem .... facile certoque perspicietis, quod vester Catechismus de gratia nec plus nec minus asserat: si vestra subsistit doctrina, peribit Papa. Nonne iisdem armis impugnatis Jesuitas, quibus Pelagianos? nonne verissimum est, Papam & Jesuitas nonnisi unum corpus & animam esse?* Ita nempe Jesuitæ ad Pro„testantium dicteria jam ita obcallue„runt, ut hodiedum injurias, quibus „eos Jansenistæ unacum suo grege im„petunt, tranquilla mente devorare as„suescant. Beati sunt, quamdiu ea„dem patiuntur, quæ supremum Eccle„siæ Caput & totum Pastorum Corpus „sufferre coguntur. Jurieus Ministellus „ægerrime fert, quod Jansenistæ suam „doctrinam cum Calviniana consentire „negent: *Jansenistæ*, inquit ille (**), *circa doctrinam de gratia nobiscum perfecte sentiunt, dum autem nobis appropinquant, nos*

(*) Vid. librum, cui titulus: *Clavis arcana.*

(**) Spiritus Arnaldi pag. 4. tom. II.

nos ab ipsis avertere quærunt, utque se non esse Calvinistas persuadeant, ejusmodi opiniones nobis affingunt, quas non modo non tenemus, sed & quas ipsimet a nobis oppido alienas esse non ignorant. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Jansenistæ, inquit Bayle (*), *omni contentione propugnant, se non esse Calvinistas, omnesque artium fontes & discriminis modos excogitant, ut id saltem verosimiliter persuadeant.*

„Denique in uniuersa Europa nostro „ævo notum est, quanto applausu liber „de *testimonio veritatis* a Protestantibus „fuerit receptus; doctus etiam Basna„gius, qui utique Calvinistarum dog„mata sibi sat perspecta habuit, lucu„lenter demonstrabat, hujus libri Au„ctorem Reformatorum doctrinas omni„no tanquam suas adoptasse: hinc in „ejus rei argumentum librum edidit, „inscriptum: *Unitas, visibilitas & aucto„ritas Ecclesiæ & veritatis per Constitu„tionem eversa.* In hoc libro hic Præco „fusius, & luce meridiana clarius osten„dit, quod Auctor libri de *testimonio ve„ritatis* omnia Catholicorum dogmata „*de infallibilitate Ecclesiæ* evertat. Quid „validius his elogiis excogitari poterit?

 „sed

(*) Vid. vita S. Vincentii a Paulo descripta ab Abellio.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„ſed quid ad hæc reſpondeant Diſcipul
„S. Auguſtini, ignoro: Vos ſaltem, Cha
„riſſimi Fratres, hunc inde reportabitis
„fructum, quod ceu novum non reſpi
„cietis quicquid in ſcripto vobis mo
„proponendo in Proteſtantium favore
„ampliſſime dictum reperietis, indequ
„plenius cognoſcetis genuinas opinio
„nes, quas ſectæ Anteſignani propu
„gnant. Tandem ergo veſtros aperi
„oculos, Vos omnes, qui adhuc ab hi
„Sectatoribus faſcinati creditis, in Ja
„ſenii libro nil niſi puram D. Auguſti
„doctrinam contineri, ac propterea E
„cleſiæ, quæ hoc opus damnavit, d
„ciſionibus fidem adhibere hæſitati
„Si vero Vicarii Chriſti Domini, q
„omnium Paſtorum Paſtor eſt, vox
„cordium veſtrorum aures, prout i
„fuiſſet, nondum penetravit, ſalte
„credite hisce haud ſuſpectæ fidei te
„bus, ut ab ipſis diſcatis deponere fal
„veſtra præjudicia, quæ vos hucusq
„a debita ſubjectione revocarunt. Pr
„fecto Proteſtantes ideo, ut Pontific
„bus Romanis adularentur, Janſeniu
„tam amplis ac magnificis laudibus n
„celebrarunt; allegata enim eoru
„verba nil niſi atram bilem, quam
„corde ſuo in Romanam Eccleſiam ev
„munt, demonſtrant. Quid ergo alio
„niſi conformitas ibi detecta doctrinæ
„er

„ergo ipſos ſincere fuiſſe locutos, dubium „non eſt, quippe Janſenii doctrinam pro „ſua habent, & ſectæ catechismum „pro inſtructione ſuis affectis tradunt. „Janſenius quoque Dordracenæ Synodi „deciſiones propugnat, & San-Cyra„nus fatetur, Calvinum *hac in re bene „egiſſe:* certiſſimum igitur eſt, quod Jan„ſeniſtæ circa prædeſtinationem & gra„tiam cum Proteſtantibus conſentiant. „Quis ergo jure non dubitat, an vos Ca„tholici ſitis, ſi ulterius Janſenii librum „pro Catholico habere pergitis? Quis „non merito ſuſpicetur, vos ad Prote„ſtantium dogmata inclinare?

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„Aſt melius de vobis ſentimus; ve„ſtrum enim potiſſimi longe ab ejusmo„di opinione abhorrent: & ex hujus „ſectæ Anteſignanis pauci quidam ve„ſtra confidentia abuſi, per ſuos dolos „& illecebras vos eo deduxerunt, ut „contra veſtros ſupremos Eccleſiæ Pa„ſtores inique inſurgeretis: falſo vobis „perſuaſere, veritatem opprimi & fidem „peſſumdari. Nunc vero ſapite; ſi enim „Janſenii doctrina de gratia eſt vere Ca„tholica, tunc Proteſtantes quoad hunc „articulum erunt vere Catholici. Num „autem id affirmare audebitis? nonne „id vel cogitare abhorretis? Vultis ve„ro Tridentinæ Synodi deciſiones & „avi-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„avitam vestram fidei confessionem abne-
„gare, ut e contrario Dordraceno Con-
„ciliabulo cum Jansenio thus adolere
„possitis?

„Si Bonneryus adhuc vita superstes
„foret, abs dubio illum numero sancto-
„rum Sacerdotum, qui persecutionem
„passi sunt, accenseretis, & si ipsum pro-
„meritis pænis propter suam rebellio-
„nem contra Ecclesiæ decisiones casti-
„gare vellemus, exclamaretis utique:
„Proch quanta iniquitas! vestri ejula-
„tus, lamenta & querelæ, quibus no-
„stram severitatem adversus *imaginariam*
„*sectam* accusaretis, aures nostras inde-
„finenter pulsarent. Ast putatisne, *phan-*
„*tasma* vocari posse illam sectam, quæ
„ipsam quoque Ecclesiæ doctrinam
„transformare & corrigere præsumit!
„sectam, quæ sua dogmata occultat &
„obvelat? sectam, quæ omnes fraudum
„machinas admovet, ut suorum nume-
„rum augeat? sectam, quæ illis stipen-
„dia assignat, quos conducit? sectam,
„quæ de suis actionibus severissimum
„imponit silentium, & quamprimum de
„arcanis ejus molitionibus vel mini-
„mum ex incircumspectione forte trans-
„pirat, mox ad pernegandum confugere
„præcipit? sectam, quæ dogmata de
„*meritis & Salvatoris morte pro omni-*
„*bus*

„*bus, & de sufficienti gratia & libertate* „extirpare conspiravit? sectam, quæ „solam gratiæ coactionem, impossibi- „litatem servandi Dei præcepta, dam- „nationem sine ullis demeritis in bapti- „zatos fideles decretam stabilire, unice „intenta est? sectam denique, quæ im- „piissimos habet Ductores, quibus cæco „obsequio paret? Quesnellus ex illis e- „rat princeps, pro cujus defensione hi „factiosi junctis viribus sese Sacræ Sedi „& omnibus Episcopis pertinaciter op- „posuere. Hic idem, ut supra memi- „nimus, hoc diabolicum scriptum cui- „dam Moniali tradidit, illius autem „Auctor præprimis asseruit, quod illud „a se compositum perneget, nec illius „Auctor esse velit. Haud plura addi- „mus, sufficiat enim errores & hujus „scripti impietatem ponderasse; vene- „num est, & quidem venenum, exclu- „dens omne fortissimum antidotum, „quod ad sanandam vestram infectio- „nem, qua mala sorte abrepti fuistis, „adhiberi potuisset.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Supremus Pastor, cujus benevo- „lentia, immeriti licet, huic Ecclesiæ „præsumus, nobis pro vestra salute ra- „tionem reddendi onus imposuit; dum „nos ad sublimem hanc & tremendam „dignitatem evexit, nos vigilare jussit,

„ut

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ut vos ab imminenti periculo eripere-
„mus. Igitur officii nostri ratione per-
„moti decrevimus, periculosum hoc
„scriptum nobis traditum vobis quoque
„notum facere; & dum insidias fidei
„vestræ structas serio perpendimus, tan-
„to horrore concussi sumus, ut illas vo-
„bis sine mora detegere necessarium du-
„ceremus: quamprimum enim vidimus
„hostilem gladium venientem super vos
„Pastorali cecinimus buccina, ut quæ
„vobis annuntiamus, in rem vestram
„vertatis; ait enim Propheta: *Audiens
quisquis ille est, sonitum buccinæ & non
se observaverit, veneritque gladius, & in-
lerit eum, sanguis ipsius super caput ipsi-
erit.*

„Eja ergo, Charissimi Fratres, ei-
„ne cor vestrum animatum illa subje-
„ctione, quam Religio erga Apostoli-
„cam illam Ecclesiam, a qua fidem hau-
„simus, vobis inspirat? Num in vobis
„reviviscit omnis illa obedientia, quam
„Christiana humilitas docet erga illam
„Ecclesiam, quam ceu Matrem vestram
„omniumque Ecclesiarum Magistram
„agnoscitis? Num tandem sentitis in
„vobis omnem illam obsequendi volun-
„tatem, quam erga Christi Vicarium
„charitas deposcit? Mementote primæ
„vestræ institutionis, qua a teneris didi-
„cis-

„cistis venerando obsequio erga Eccle- Sæc. XVIII.
„siæ Caput ejusque Pastores instillato A.C. 1740.
„confundere odium, quo Protestantes,
„quamvis eorum consortio (cum inter
„eos vivatis) jam assueti sitis, summos
„Pontifices insectantur. In hac humili
„submissione tutam animarum vestra-
„rum requiem invenietis, vosque con-
„tra hostium nostrorum insultus valide
„protegetis.

„Vos vero, Fratres Charissimi, qui
„semper vocem Ecclesiæ Matris vestræ
, humili obsequio audistis, & vestro Ze-
„lo contra novitates accenso cor no-
„strum quotidie majore repletis solatio,
„grates rependite Deo, qui vos ab eo-
„rum insidiis præservavit. Obiicite ve-
„stris oculis periculum, quod vobis im-
„minet, & receptæ gratiæ magnitudo
„æquabit vestram gratitudinem, & si
„vos sacræ ac charitativæ miserationis
„sensus erga seductos vestros Con-Fra-
„tres tangit, humiliamini respicientes
„ad crebras occasiones, in quibus homi-
„num intellectus obfuscari, & impingere
„potest. Insuper non scandalizet vos
„benignitas ac patientia, qua hostes no-
„stros supportamus, eisque duntaxat
„debitæ animadversionis speciem oppo-
„suisse contenti sumus, ut saltem aliqua-
„tenus graviores agnoscant castigatio-

„nes,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„nes, quas ob suam erga Ecclesiæ deci-
„siones rebellionem promeriti fuissent.

„Quam acerbo enim dolore crucia-
„tur Patris ac Pastoris animus, si suos
„Filios extrema pænarum severitate co-
„ercere, & rebelles oviculas a grege se-
„gregare cogitur? Faxit Deus, ut nostra
„benignitas erga obstinatos non repu-
„tetur pro criminosa indulgentia. Si
„vero eorum emendationem ac submis-
„sionem sperare licebit, maximum inde
„gaudium erit pro vobis & pro me, si
„vota nostra adimpleta videbimus. Hanc
„ergo gratiam a Deo imploremus, eique
„supplicemus, ut ab alto suos emittat
„radios, & illuminet eos, qui in tene-
„bris & umbra mortis sedent. Obsecro
„autem vos, Fratres Charissimi, per No-
„men Domini nostri Jesu Christi, ut non
„sint inter nos schismata, sed ut unani-
„mes uno ore honorificemus Deum &
„Patrem Domini nostri Jesu Christi, cui
„immortali, solique Deo, sit honor &
„gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Montis Pessulani e Pa-
latio nostro Episcopali die 24
Sept. 1740.

Georgius Lazarus,
Montpessulanus Episcopus.

§. IV.

§. IV.

Sæc.XVIII. A.C. 1740.

Ipsa epistola apud præfatum Parochum reperta, seu Jansenismi arcana.

Postquam igitur Zelosissimus hic Præsul suam instructionem absolverat, eidem ipsam epistolam Jansenianam, de qua ibidem frequens ei erat sermo, adjunxit, eamque suo Clero, utpote ad detegendas Sectariorum fraudes aptissimam, ob oculos posuit. Erat eidem præfixus duplex titulus, & quidem I. *Secreta Jansenismi Statuta.* II. *Epistola encyclica ad S. Augustini Discipulos, qua ignorantia manifestatur eorum, qui diversam ab Ecclesia doctrinam profitentur.* Tenor hujus scripti erat sequens:

HONORATISSIMI DOMINI!

„Insignes, recentesque Augustinianæ „doctrinæ progressus, & vestram con„stantiam ac fortitudinem adversus ho„stium nostrorum rabiem, non sine ma„ximo cordis nostri jubilo percepimus: „quoniam vero inimici nostri ex nostra „oppressione opimum reportant spo„lium, hinc eorum sitim magis adhuc „acuendam fore merito timemus: quo„circa bene nobis visum est, vos adhor„tari, ne in certamine & crudelissima-

Sæc. XVIII A. C. 1740.

„rum vexationum, quas propter justi„tiam sustinetis, tolerantia succumbatis.

„Jam dudum charitatis vinculum, „quo compaginati sumus, cor nostrum „excitavit, ut ante Dei conspectum po„siti hanc ab Eo gratiam exoremus: „precum vero nostrarum ardore aliquam„diu continuato, tandem Deus nos illu„minavit, ut divini luminis ductu do„ctrinam nostram hic loci feliciter firmi„terque stabilire potuerimus.

„Cum autem id vobis communicari „haud injucundum fore arbitremur, „hinc præcipuas, juxta quas nos imi„tamini, regulas vobis proponimus, mi„nime dubii, quin his semel probe hau„stis, ipsimet pro vestra prudentia ac „sagacitate plura alia adhuc magis pro„ficua adinvenire intenti eritis.

„Præprimis vero necessarium erit, „ut Nobiliores, magisque Zelosi inter „se fædus in Christo Jesu ineant, & al„ter alterum adjuvet, ut unaomnes eo„dem spiritu animati opus perficiant; „hac enim ratione in bene cæptis sem„per magis magisque proficient, con„stantiores evadent, & ad firmandas „suas partes retundendosque adversa„rios suos longe potentiores erunt: quo„niam vero ex hisce præceptis nunc

„pro-

„proponendis forte unum alterumve oc- Sæc. XVIII.
„curret, quod ſimplicioribus offenſioni A. C. 1740.
„eſſe poſſet, hinc probe conſiderandum
„eſt, quod ſicuti Deus ad noſtram ſalu-
„tem ea etiam adhibuit media, quæ ini-
„qua eſſe videntur, eoquod altiſſimi fi-
„nes & rationes, quibus Deus ad id per-
„movetur, humano intellectui incogni-
„tæ ſunt, ita etiam noſtra præcepta ta-
„lis ſunt conditionis, ut illis, quibus
„virtus Zeli cognita non eſt, forte ini-
„qua videri queant.

„Plerumque Deus ter optimus nos
„per obſtruſas ducit vias, ut nos etiam
„contra noſtram voluntatem ad Beati-
„tudinem pertrahat: decipiendi ſunt
„homines, ut ſanentur. Quinimo ſi hac
„in re Reformatos, uti vocari amant,
„ſequimur, id non ideo fit, perinde acſi
„eorum hæreſin non damnaremus, ſed
„quia, ſicut nulla herba adeo eſt noxia,
„quin adhuc utilis eſſe poſſit, ita quo-
„que nobis licet innoxia adhibere me-
„dia, quibus ipſi ad ſuam Religionem
„cordibus populorum implantandam uſi
„ſunt, quamvis ipſorum cauſſa ob pra-
„vos fines in interitum degenerarit.
„Ceterum ſi eorum Protoparens Mona-
„chorum ambitionem non impugnaſſet,
„& pedanticas illorum doctrinas de e-
„leemoſynis & meritis, ex quibus quæ-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ſtum ceperunt. non annihilaſſet, certe „doctrinæ ſuæ integritas non tam altas „egiſſet radices, uti tamen factum eſt.

„Eapropter inoffenſo pede eandem „ſemitam calcare poſſumus, non quaſi „eorum errori patrocinantes, ſed ut Ec„cleſiam in primæva ſua diſciplina ſar„tam ſervemus, prout & ipſi hunc fi„nem obtendebant, & collapſam pro„fanæ poteſtatis auctoritatem majeſta„temque rurſus ſe erecturos jactitabant.

„inſuper etiam fateri cogimur, quod „Calviniſtæ in ſtabiliendo erroris ſui „propoſito admodum prudentes fuerint; „ſpeciatim quippe circa Euchariſtiæ ſa„cramentum ſuam ſententiam non pa„lam produnt, ſed provide tam obſcu„ris exponunt verbis, ut eam ad om„nes temporis, aliarumque circumſtan„tiarum rationes & ad Auditorum ſuo„rum capacitatem accommodent. In„de & nos inferimus, quod quandoque „diſſimulare, & præcipua doctrinæ no„ſtræ dogmata occultare, nec ea obvie „cuicunque, nec quovis tempore ma„niſeſtare, neceſſarium ſit; tam ferreum „enim vivimus ſæculum, ut hominum „potiſſimi ad aſſequendam hanc doctri„nam incapaces ſint.

„Ex his, Viri honorandi, jam pro„ſpicitis præcipua capita, de quibus vo„bis-

„biscum, Deo dante, conferre aggre- Sæc. XVIII.
„dimur, impense tamen rogamus, ut A. C. 1740.
„nos precum vestrarum suffragio adju-
„vetis, nosque in sacro vestro fœdere
„junctos servetis, sumus enim

Nostrorum DD. Confratrum

Humillimi in Christo addictissimi Portu-Regienses Presbyteri. S. Augustini Discipuli.

Fœderis nostri scopus.

„Hujus Societatis scopus non alius
„est, nisi ut corruptelas & abusus a tem-
„pore D. Augustini ex ignorantia pu-
„rioris suæ doctrinæ in Ecclesiam irre-
„pentes emendemus, & Presbyteris sæ-
„cularibus aliisque Clericis debitam po-
„puli venerationem, pastoralemque cu-
„ram, quam non sine eorum injuria Mo-
„nachi ad se rapuerunt, denuo vindice-
„mus. Igitur nimiam fiduciam, qua
„plebs Monachos veneratur, imminuere
„poterimus, si populo persuaserimus,
„Regulares a severiore disciplina defi-
„cere, corruptos habere mores, usita-
„tam eorum animas dirigendi metho-
„dum esse noxiam, illos doctrinam S.
„Augustini doctrinæ recta contrariam,
„& quidem in re omnino ad salutem ne-
„cessaria, scilicet de prædestinatione &
„gratia profiteri.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

Primum famam aucupandi medium.

„Ad captandam populi existimatio-
„nem omnino necessarium est, ut nostri
„mores suos saltem exterius ita compo-
„nant, ut pii probique appareant, necnon
„plebs de eorum eruditione & sinceritate
„præclare sentiat. Incumbant certis
„externæ pietatis exercitiis, pariter-
„que ad eadem populum incitare cu-
„rent, v. g. ut captivis opem ferant,
„infirmos visitent, sacratissimum Alta-
„ris Sacramentum adorent &c. ejus-
„modi enim actiones plurimum eo con-
„ferunt, ut e rudium cordibus sinistram
„eliminent opinionem, perinde acti S
„Augustini doctrina affinis foret doctri-
„næ Calvini.

„Præterea populo insinuent, ho
„diernam Ecclesiæ disciplinam esse rela
„xatam, impositas pænitentias nimium
„leves, nec peccatorum gravitati com
„mensuratas esse, Eucharistiam quoque
„prout hodie recipitur, potius profana
„ri, quam adorari, hosce abusus pe
„depravatos Monachorum mores in Ec
„clesiam irrepsisse, vel etiam per insi
„nam eorum ambitionem, qua Monaci
„non sine Parochorum aliorumque vi
„rorum ac propriorum Pastorum pra
„judicio sibi indies plures Patronos
„fa

„fautores conciliare nitebantur: e con- Sæc.XVIII.
„trario noſtri ſe invicem amplis honorent A. C. 1740.
„elogiis & acquirendæ eruditioni inſu-
„dent, ut in ore omnium ceu Viri docti
„deprædicentur: frequenter etiam tam
„ex ſuggeſtu quam in privatis ſuis collo-
„quiis ſermonem inſpergant de præde-
„ſtinatione, de gratia & de S. Auguſtino.

Medium II. Monachos opprimendi.

„Sedulo omnia, quæ in Mona-
„chorum contumeliam ſcripta prodie-
„runt, conquirant, & in ſua adverſaria
„minutim referant, ut ea in promptu
„quavis occaſione habeant, adeo ta-
„men circumſpecte, ut unice ex Zelo,
„non autem ex invidia egiſſe videantur.

„Rem adeo dextre gerant, ut popu-
„lis Monachorum inſcitiam & rudita-
„tem ſenſim patefaciant, illam venera-
„tionem, qua rudes laici eos colunt,
„& Patrum nomine honorant, ex eo-
„rum cordibus eliminent. Ea de cauſ-
„ſa opportunæ captandæ ſunt occaſio-
„nes, in quibus ſine populi offenſione
„hæc regula in uſum deduci poterit
„Supprimenda eſt doctrina de meritis
„ad cælos vero extollenda victrix gra
„tia. Experientia edocti ſumus, quo
„Monachi per doctrinam de meritis jux
„ta hodiernam extenſionem & Eccleſia

Sæc XVIII A. C. 1740.

„praxin potissimum ditescant, & ea ex „præcipuis redditibus sit, unde Mona„chi sustentantur. Quamdiu enim cre„ditur, Deum nunquam sufficientem „denegare gratiam, hancque per no„stram cooperationem fieri efficacem, „semper fideles suæ salutis studiosi scire „desiderabunt, quæ sit Dei voluntas, ut „eam adimpleant, proin Monachos, „quos velut mysteriorum Dei dispensa„tores respiciunt, consultabunt, eisque „abundanter eleemosynas elargientur, „hacque ratione Monachi sibi ingentem „famam conciliabunt. Haud parum „ergo interest, ut D. Augustini Disci„puli hanc doctrinam, quæ sub speciosa „conservandæ libertatis obtentu animas „occupat, suspectam reddant.

„In summa: nonnisi delectabilem & „victricem gratiam, per quam electorum „voluntas a cooperationis labore sublevatur, in ore habeant, doceantque „superfluam esse omnem sollicitudinem „qua Deo *per nostra bona opera* servire „conamur.

„Nec Deum plus a nobis requirere „nisi ut gratiam in nobis operari sinamus „& quidem eo magis, quo minus suavi„ejus necessitati resistere possumus: „quinimo hanc gratiam semper conjun„ctam habere ejusmodi suavitatem, ta„lem

„lemque efficaciam, ut id omne, quic- Sæc. XVIII.
„quid de ea dici poſſet, infinities ſupe- A.C. 1740.
„ret, hanc quoque gratiam ex certis,
„& non cuilibet cognitis indiciis depre-
„hendi, & parce admodum commu-
„nicari.

„Caveant tamen, ne ſtatim ab ini-
„tio prodant, qualia ſint hujus gratiæ
„ſigna, hinc duntaxat inſinuent, hanc
„ſcientiam unice eſſe pro illis, qui ejus
„capaces ſunt. Hæc agendi ratio om-
„nium eſt opportuniſſima, ut populi a-
„viditas acuatur, ac propterea ex ſa-
„lutis ſuæ deſiderio a Vobis conſilium
„expoſcat.

Variæ inſtructiones circa concionandi modum.

„Prudentis eſt, animi diſpoſitionem
„illius, quocum converſamur, probe
„expiſcari, maxima autem prudentia
„opus eſt, ut cum illis, quos a noſtra
„doctrina alienos eſſe ſuſpicamur, fru-
„ctuoſe agere poſſimus. Eapropter om-
„nes noſtri fœderati ſumma utantur
„circumſpectione, ſi cum illis agere o-
„portuerit, quos vel ſciunt, vel audie-
„runt, eos a Viris noſtræ ſocietati ad-
„verſis fuiſſe inſtructos: tum vero ſuum
„Zelum moderari, ſedulo ſtudeant, ne
„S. Auguſtini doctrinam, quam intem-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„pestive propugnare voluerunt, in di-
„scrimen adducant.

„Jurent ac perjurent, se contra pro-
„bos Monachos nil habere, quod car-
„pant, nec etiam religioni sibi ducant,
„suam abnegare doctrinam, & se Janse-
„nistas non esse asserere, imo nequidem
„Yprensis Episcopi nomen proferant, s
„cum ejusmodi agant hominibus, qui
„ejus nomen & doctrinam abhorrent,
„potius ergo opportuniorem occasionem
„patienter præstolentur.

„Suam quoque mentem palam non
„prodant, sed tam artificiosis verbis ob-
„velent, ut suas doctrinas communi de-
„ctrinæ haud absimiles esse, credatur
„ne audientium animi statim ab initio
„irritentur, sed potius sensim ad hau-
„riendam S. Augustini doctrinam di-
„sponantur.

„In primo colloquio dici poterit
„Deum quidem etiam reprobis gratias
„impertiri, eas tamen suo effectu ca-
„rere: nec tamen asserant, nec propu-
„gnent id ex defectu præfatæ gratiæ ac
„cooperandum necessariæ in reprobis e
„venire. Item, quamvis non aliam
„quam *libertatem a coactione* admitta-
„mus, nomen tamen libertatis depræ-
„dicare, nosque liberos esse, nostras
„qua

„que actiones laude vel vituperio esse „dignas, plenis buccis crepare, necessarium erit.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„Insuper quamvis gratia, voluntatem „præveniente necessitate obruat, non „tamen verbo *necessitatis* palam uti „decet, nec dicendum, quod gratia „voluntatem necessitet, sed illius loco dici potest, quod victrix gratia „voluntatem in suavem triumphum ducat, quin ei vim vel coactionem inferat. Ab initio etiam sedulo cavendum, „ne ejusmodi proferantur sententiæ, „quæ audientium aures offendere possent, aut nobis objectandi ansam præberent, perinde acsi statueretur, *Christum pro omnibus non esse mortuum*, „*præcepta Dei prævaricantibus non esse possibilia*, *non dari sufficientem gratiam*, „*Deum non velle omnes homines salvos* „*fieri &c.*

„Verbo: satis erit, de gratia victrice „& prædestinatione sermonem insper„gere, omniaque media, ad utrumque „hoc caput audientibus inculcandum „apta adhibere, quin inde ullus ex ad„stantibus offendatur: ea autem mode„ratione ideo utimur, ut semel hoc ad„misso, quilibet facillime ea, quæ ex „utraque hac sententia per se profluunt, „inde inferre queat.

„Præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Præterea asserere poterunt, controversias inter Jansenistas & Molinistas inde oriri, quod inter se duntaxat circa verba disputent, in ipsa tamen rei substantia conveniant, & nec hi nec illi pro hæreticis habendi sint, cum tantum de quæstione scholastica agatur, de cetero autem S. Augustinus conformius ad Dei magnitudinem locutus fuerit.

„Jactent, se esse pacis amantes, nilque magis quam dissensiones abominari & clamores eorum, qui ejusmodi altercationes in Ecclesia concitant, id autem eo collimat, ne pro schismatis Authoribus habeamur: hinc etiam suadeant, ut de ejusmodi controversiis nec pro, nec contra disputetur.

„Si autem mentem suam coram sibi suspectis candide aperire voluerint, id mere *narrative* faciant, dicendo, v. g. hoc vel illud propugnant Jansenistæ: eo etiam modo agere poterunt illi ex nostris, qui coram incognitis Viris suas opiniones fortiter propugnando impares sunt, si forte suspicentur, in eorum consortio quosdam reperiri, qui in eos tela retorquere noverint.

„Provocati autem, ut suam doctrinam argumentis stabiliant, optime facient,

„cient, si de ejusmodi argumentis pa- Sæc. XVIII.
„rum solliciti quandoque exclament: *O* A.C. 1740.
„*Altitudo* &c. vel etiam sine hæsitatio-
„ne afferant: *hoc idem S. Augustinus di-*
„*sertis verbis docuit:* & hoc satis erit.

Quilibet in promptu habeat copio-
„sum apparatum encomiorum, quæ Ec-
„clesia D. Augustino attribuit, inde in-
„ferent, quantæ auctoritatis S. hic Do-
„ctor, quanta quoque veneratione di-
„gnus sit, quam merito etiam nostrum
„intellectum ei subicere oporteat, nec
„suorum verborum sensum perscrutari
„liberum sit. Potissimi ex iis, qui vel
„suspecti, vel huic doctrinæ infensi sunt,
„illam ideo velut novam respiciunt, quia
„recens in lucem prodiit, ac ideo eis
„persuadendum, illam non aliam esse,
„quam omnium fere sæculorum anti-
„quitate venerandam.

Modus agendi cum simplicibus.

„Dantur homines probi ac simplices,
„qui de quodam doctrinæ systemate nil
„omnino norunt: hi autem, quia suæ
„salutis admodum cupidi sunt, & fa-
„cilius capi poterunt, cum eadem
„tamen circumspectione, quæ circa
„suspectos adhibetur, cum illis agen-
„dum erit, quamvis paulo apertius eis
„doctrina proponi valeat: attente etiam

„eo-

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„eorum inclinatio, quam in tali collo„quio produnt, obſervanda eſt, & ſe„dulo inſpiciendum, an dictis aſſentiri „videantur; inde enim fructum ex no„ſtro ore hauſtum agnoſcere poterimus.

„Si igitur novitatis hamo vix non „captos eſſe deprehendetur, audacter „ipſis proponenda eſt doctrina eo ſaltem „modo, quo hodiedum in Eccleſia & in „ſcholis imo etiam in Conciliis tempore „S. Auguſtini habitis propoſita fuit.

„Nuptæ imo etiam nubiles Virgines „ad amplectendam hanc doctrinam, fi„demque deſuper ſtruendam ſat idoneæ „ſunt: hinc S. Auguſtini Diſcipuli om„ni, quo poſſunt modo, ejusmodi mu„lierum amorem ſibi conciliare ſtu„deant, idque haud facilius, quam fi„mulata quadam ſingulari pietate aſſe„quentur: nil enim huic ſexui acceptius „eſt, quam ſingularitas, & novitas: „harum quoque mulierum ope facili „negotio integræ familiæ ad eandem o„pinionem pertrahi poterunt. Hæc „præcepta non modo exacte adimplean„tur, ſed etiam ſedulo curetur, ut ad „has fæminas facilem aditum habeant, „eisque præfatam doctrinam tam in pri„vato colloquio, quam in publicis con„cionibus intime inſtillare queant.

„Si

„Si quidam liber huic doctrinæ fa- Sæc. XVIII.
„vens, & ad persuadendum aptus pro- A. C. 1740.
„dierit, ex nostris ditiores illum fæmi-
„nis procurare rogantur, habeantque
„in promptu plura illius exemplaria di-
„verso modo compacta, quæ illis dono
„dare, aut saltem ad tempus commo-
„dare, haud cunctentur, prout eis be-
„ne visum fuerit, aut major fructus spe-
„rari poterit.

„Si vero alicubi ejusmodi expensis
„ferendo impares essent, ex communi
„ærario, de quo sicut & de salariis plura
„inferius, necessaria suppeditabuntur.

Modus conversandi cum indifferentibus.

„Non raro fæderati Discipuli S. Au-
„gustini occasionem habebunt agendi
„cum illis, qui nec nobis nec nostris
„adversariis favere videbuntur: cum
„his eodem modo, quo cum simplici-
„bus & suspectis pro cujuscunque pru-
„dentia agendum erit.

„Præterea in Nobilium ædes scri-
„ptos vel typis editos libros velut sin-
„gularis raritatis opera spargant, vel ad
„Urbium Primores transmittant, ut le-
„gendi aviditate pellecti inde suo Marte
„instructionem hauriant, quæ ipsis ore-
„tenus non semper, nec tam facile da-
„ri posset.

„Ut

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Ut vero eorum aviditas magis ad„huc acuatur, præcipua nostræ doctri„næ capita tanquam *arcana oracula* sunt „deprædicanda. Si vero Adversario„rum nostrorum quispiam vel doctri„nam vel personam cujuspiam ex no„stris fuerit aggressus, tunc enimvero „vel maxime necessarium est, ut apo„logias quaquaversum emittamus, qui„bus id efficiamus, ut una ex parte ad„versarii nostri deprimantur, ex altera „nos super eorum ruinas triumphum e„rigamus, illis ad ignominiam, nobis „ad tutelam.

„Coram illis, quos S. Augustini do„ctrinæ paulo benignius affectos norunt, „apertius in Molinæ sectatores inve„here, illosque ceu meros Pelagianos „vel Semi-Pelagianos traducere pote„runt: quoniam vero Deus reprobis suf„ficientem denegat gratiam, inde an„sam arripiant declarandi, quod Deus id „ad justitiæ suæ exercitium permittat.

Modus agendi cum fervidis & devotis.

„His proponant, solidiorem illam „esse doctrinam, quam S. Augustinus „tradidit, multas quoque requiri con„ditiones, ut actio quædam vel pecca„tum

„tum Deo *displiceat* (*), gratiam præ- Sæc. XVIII.
„cipuam esse caussam, propter quam A. C. 1740.
„optimæ actiones in peccatum degene-
„rant, & non raro superbiam actus om-
„nium meritissimos inficere.

„Nec magis peccaminosam dari su-
„perbiam, quam si quis credat, quod
„nos ad pietatis actus, quos Deus in
„nobis operatur, cooperemur, & cujus-
„dam meriti capaces simus.

„Summus autem honor, & præstan-
„tissima virtus in eo consistat, ut homo
„totaliter a gratia dependens quiescat,
„eaque omnia in nobis & sine nobis o-
„peretur.

Methodus agendi cum iis, qui virtutis cultum negligunt.

„His, quibus vel pietas incognita,
„vel qui dissolutam vitam agunt, aut
„ad vitæ licentiam inclinant, Deum ab
„æter-

(*) In manuscripto apud hunc Parochum reperto ly *displiceat*, seu *desagreable* linea quadam vix non erat deletum, unde probabilius hæc propositio ita emendari debuisset: *multæ requiruntur conditiones, ut nostræ actiones & preces Deo sint acceptæ, ingratitudo autem pro gratia præcipua est caussa, propter quam etiam optimæ actiones nil nisi peccatum sunt.*

Sæc. XVIII A. C. 1740.

„æterno nos vel ad ſalutem vel ad dam-
„nationem præordinaſſe . . . ipſius de-
„cretum per nos immutari haud poſſe,
„arduas eſſe Monachorum actiones &
„mortificationes, ſed ad nihil utiles, ſi
„in gratia conſtituti ſumus, per gratiam
„& non per bona opera meritum no-
„ſtrum conquiri (ſi tamen meritum da-
„tur) ſi vero in ſtatu gratiæ non ſumus,
„tunc bona opera non tantum nihil no-
„bis prodeſſe, ſed totidem eſſe peccata
„mortalia.

„Si vero ex Concilio Tridentino con-
„trarium oſtendatur, replicent, hoc
„Concilium non fuiſſe legitimum, ſed
„duntaxat ex furioſis Monachis confla-
„tum: omnes, qui docti & ingenio ſa-
„gaces audiunt, eſſe Janſeniſtas; hæc
„pluraque alia hominibus diſſolutis ſine
„omni tergiverſatione palam proponant,
„aliis autem, qui horum incapaces ſunt,
„caute occultanda, uti ſunt: Deum pro
„reprobis non eſſe mortuum, eisque ne-
„quidem ſufficientem dare gratiam, cum
„probe ſciat, eos illa abuſuros: nullam
„omnino dari gratiam, quæ non ſit efi-
„ficax & victrix, efficacem autem fieri
„ſine ulla cooperatione noſtra; hanc
„gratiam, ſi ſemel cuidam eſt data, præ-
„deſtinationis ſignum eſſe & maximæ
„lætitiæ argumentum, illam vero non
„niſi ex certis ſignis cognoſci &c.

Modo

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Modus agendi cum Præſulibus, Presbyteris, aliisque Clericis ſæcularibus.

„Fæderati Diſcipuli S. Auguſtini „ſpecialiter curent, ut noſtræ factionis „Præſules ſumma ſubjectione, Sacerdo„tes vero omni amore & veneratione „proſequantur, ut hi convincantur, quod „Nos ſacerdotalem dignitatem melius „quam Monachi æſtimemus & honore„mus: ipſis quoque inculcent, quod „Presbyteri a Monachis paſſim vilipen„dantur: ipſis vero ſolis animarum di„rectionem & Divini Verbi diſpenſatio„nem jure competere, excluſis aliis qui„buscunque: Monachos enim hoc mu„nus illegitime ac violenter uſurpaſſe. „Religioſos ad nullum Hierarchiæ Ec„cleſiaſticæ gradum ſpectare: nec eos „ad aliud eſſe vocatos, niſi ut Deum ex„orent, & in ſua ſolitudine gemant, „non autem concionentur: illos eſſe „vanos, ambitioſos, ſæculariſantes & „vindictæ cupidos homines, & ubi de „proprio commodo agitur, eos quidem „Dei honorem obtendere, Dei tamen „cultum in rebus abominandis conſti„tuere, ac unice eo intendere, ut ſacer„dotalem ſtatum contemptibilem red„derent, & populos in horum contem„ptu nutrirent.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„Eapropter Presbyteros sæculares a-
„niment, ut in publicis pulpitis compare-
„re audeant, eisque nostri ad hoc munus
„cum decore obeundum auxiliatrices
„manus porrigant, seque, quantum fieri
„poterit, eis associent, ut in vinculo
„charitatis conjuncti ad deprimendos
„Monachos validum exercitum conflare
„queant. Præterea nullis sumptibus,
„nullisque viribus parcant, ut illos, qui
„vel suis libris, vel suis concionibus fa-
„bi nomen compararunt, S. Augustini
„doctrinæ propensos reddant.

De modo invicem agendi.

„Confœderati Discipuli tam arctum
„inter se fœdus sacratum habeant, ut
„nihil in mundo eos separare valeat.
„persuasissimum enim eis sit, totum ro-
„bur adversus eorum hostes unice in
„arcta hac concordia consistere: ac pro-
„pterea cunctos, qui præfatam doctri-
„nam profitentur, *D. Augustini Discipu-*
„*los* vocent: *fœderati* autem *Discipu-*
„duntaxat erunt illi, quibus præsens
„instructio fuerit communicata: cura-
„bunt autem, ut unicum illius trans-
„sumptum in quavis urbe, & in quovis
„nobiliore Regni pago habeatur.

„Rogantur autem illi, quibus hæc
„instructio concredita est, ut eam nulli
„exhi-

„exhibeant, nisi eos huic doctrinæ opti- Sæc. XVIII.
„me affectos, & nostris hostibus ap- A. C. 1740.
„prime infensos esse certe noverint. Ex
„his pauci eligantur, quibus, si vel sub
„officiosæ salutationis vel honestæ de-
„ambulationis prætextu erunt una con-
„gregati, poterunt subinde ea commu-
„nicari, quæ ad hujus doctrinæ stabi-
„limentum, progressum, aut ad alia
„his annexa negotia spectare videntur.

„Insuper ex fœderatis illi, qui in-
„genii acie vel capacitate eminent, in
„foro publico comparere, hostesque
„suos doctrinæ armis instructa acie de-
„bellare poterunt, qui vero *secreti* vo-
„cantur *Discipuli*, quales ipse etiam Dei
„Filius habuit, quiete subsistant, & se-
„se ita gerant, acsi indifferentes vel om-
„nino, si opus fuerit, adversæ par-
„tis Patroni essent, ut eo facilius ani-
„mi dispositiones, horumque propen-
„sionem erga doctrinam in conventibus,
„quos vel ideo sæpissime frequentent,
„exspiscari valeant.

„Curabunt insuper, ut commune e-
„rigant ærarium, ex quo necessariæ
„solvantur expensæ, & instruantur ty-
„pographiæ pro edendis scriptis volan-
„tibus, necnon salaria pendantur tam
„pro iis, qui nonnisi auro conduci po-
„terunt, quam iis, qui jam conducti

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„alios clam ad nostram doctrinam per„trahunt. His amplissima solvantur sti„pendia, dummodo ærarium non exhau„riatur.

„Altissimum servabitur silentium „non tantum de hac instructione nun„quam publicis typis edenda, sed & de „conclusis aliisque occurrentibus, quæ „in præfatis Conventibus secreto agita„buntur. Si Episcopi vel Presbyteri „aut Nobiles nostræ doctrinæ infensi aut „minus propensi erunt, nostri quiete „subsistant, & ab omni strepitu abstine„neant, in secreto tamen agere pergant „jam contenti, quod sensim animos ad „rectam semitam deducturi sint.

„Fœderati Discipuli vicissim sese ad „ludendum invitent, & in secretis lo„cis cohabitent, ut semper sese arctiori „vinculo conjungant, firmiusque con„glutinent. Excipiuntur tamen occulti „Discipuli, qui nonnisi sat raro & se„creto cum palam prodeuntibus sese ad„quales haberi prætendant. Si qui Ep„piscopis inferiores doctrinam impu„gnaverint, modeste eos monebunt, si „autem nihil profecerint, nec eos a sua „pertinacia revocare potuerint, tum „exacte in omnes eorum mores inqui„retur, eisque bonorum & dignitatum „jactura interminabitur: priusquam „te-

„tamen eo res deducatur, ingens ad- „hibenda eſt circumſpectio, nihilque „ſine prævia explorata fœderatorum „ſententia aggrediendum eſt.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„Sacerdotes congrua ſuſtentatione „in eorum terris carentes rogantur, ut „ad publicos Diſcipulos Pariſiis agentes „recurrant, qui eis omnia ad victum & „veſtitum neceſſaria ſuppeditabunt.

Pro converſatione in particulari.

„Qui ſæculum, & promiſcua om- „nium conſortia frequentare ſolent, ſem- „per in decenti habitu compareant, & „tam in ſuis colloquiis, quam etiam in „exteriori cultu ſuavitatem redoleant, „ſemperque quamdam animi celſitudi- „nem, ſacramque ſpiritus libertatem „præſeferant, quin ſeſe uni rei alligari „patiantur, & quamvis mortificationes „aliaque opera pœnalia coram Deo ni- „hil proſint, ea tamen quandoque ex- „erceri permittant iis, qui hoc modo „in partes ſuas trahi, aut probæ vitæ „exemplo in doctrina firmari ſperantur.

„Hæc præcepta, adjuvante Deo, ex- „acte ad opus deducent, quin tamen ſe „ad ea ſub peccato obſtringi credant: ſi „vero hæc transſumpta ſors in hoſtiles „manus infauſta ſorte inciderent, ea „omnes Diſcipuli ore & calamo deteſta-

Sæc. XVIII. A. C. 1740. „buntur, si id nostri fœderis bonum ac „necessitas postulaverit.

§. V.

Jurisdictionis Ecclesiasticæ usurpatio Regiis edictis suppressa.

Nunquam Ecclesia Gallicana concussionibus magis periculosis agitata fuit, quam dum temerarios Jansenianæ sectionis ausus ipsa Parlamenti auctoritas pro aris & focis fulcire adlaborabat. Tum enimvero omnia sus deque miscebantur, & dum potestas Ecclesiastica suos limites transiliisse falcemque in alienam messem immisisse incusabatur, vicissim Laica potestas ad Sanctuarium profanas manus iniicere haud reformidabat, ad id eidem ac præprimis Parlamento Parisiensi portam aperientibus ipsis Ecclesiasticis; horum enim non pauci, &, quod pudendum est, etiam Episcopi, cum supremo Pastori ejusque voci obedire ac sese subiicere recusabant, ut contra Apostolicam Ecclesiæ severitatem se suæque sectæ monstra in tuto collocarent, ad ipsum Parlamenti tribunal supplices advolabant, hacque agendi ratione, ipsoque facto suasque caussas laico huic Senatui subjecerunt, ac ita in laico Tribunali jurisdictio-

dictionem in Ecclesiasticos tacite agnovere. Nec otiose hoc præpostero indulto Parlamentum potiri voluit; mox enim, quippe jam illo ævo jurisdictionis imperium latius præsertim in res, Personas & caussas Ecclesiasticas protendere, ingens erat illecebra, quoscunque ab Ecclesiæ sententia appellantes expansis ulnis excepit, & cum hosce Ecclesiasticos de *abusu* laicæ potestatis jure redarguere posset, illos tanquam appellantes *ab abusu* jurisdictionis Ecclesiasticæ commendavit, fovit, protexit; nec hic stetit usurpationis corruptela; semel enim impune tentato ad Ecclesiasticorum caussas gressu, Parlamentum pro vindicanda refractariorum multitudine sibi jus soli Ecclesiæ proprium arrogavit, & de ipsa Sacramentorum administratione cognoscendi, ac judicandi potestatem sibi attribuit, non tamen sine omni mordentis conscientiæ convitio; ut ergo Parlamenti Patres usurpatæ jurisdictionis calumniam declinarent, ajebant se nullatenus interiorem Sacramentorum administrationem, utpote quæ sine controversia res sacra esset, sed duntaxat in externam seu materialem jus sibi vindicare, perinde acsi ulla Sacramentorum administratio excogitari posset, quæ non simul ac essentialiter externa esset. Nihilominus tam vo-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Synops. act. Cler. Gall. V. Sacram.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

frivolæ distinctionis fulcro subnixi de materia cum essentia Religionis arctissime conjuncta cognoscendi auctoritatem sibi attribuerunt. Quid enim in Religione vera ad res sacras proximius accedit, quam ipsa Sacramentorum administratio, a primo fundatæ fidei momento Ecclesiæ Ministris ac Judicibus reservata? Ipse Deus jam in veteri fœdere de lepra cognoscendi jus & leprosos a castris Israel excludendi vel admittendi judicium solis Levitis eorumque ministerio adjudicavit. Et quis credat? novissime in hoc sæculo Catholici ac Regii Senatus Patres & quidem Laici, quod ante Jansenistarum motus contra Sedis Apostolicæ definitionem concitatos abhorruissent, nunc audacter dijudicant, pronuntiant, & definiunt, in quibus casibus Sacramenta Parochianis administranda sint. Quinimo ipsos etiam legitimos animarum Pastores arrogata sua auctoritate, adhibitis minis & pœnis compellunt, ut palam indignis, obstinatis, ac in sua rebellione notorie obduratis adorandum Christi Corpus & Sanguinem, non sine maxima Catholicorum offensione & Calviniſtarum ludibrio ac triumpho administrent. Et ad hanc sacrilegam usurpationem ac violentiam ipsa etiam sibi a Rege Christianissimo concessa Magistra

ſtratus auctoritate abutebantur, quod ſane ſanguineis lacrymis deplorabant probi Franciæ Præſules, qui cum ex Parlamenti decretis manifeſte intelligerent, non modo pretioſum ſacræ poteſtatis depoſitum ſibi per vim eripi, ſed etiam ſuos Miniſtros ſanctum dare canibus compelli, querulas voces & manus contra hosce uſurpatores ad ipſum ſacratiſſimum Regis tanquam Eccleſiæ Advocati ſolium extenderunt. Horum primus erat Aurelianenſis Epiſcopus, quem facti indignitas ad hunc recurſum adegit. Res ita contigit.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Jam anno hujus ſæculi trigeſimo primo die decima tertia Aprilis Aurelianenſis Parochus ad S. Catharinam a quodam Viro nomine Dupleix vocabatur, ut infirmæ ejus conjugi Sacramenta ſalutis propinaret: ad nutum comparet ille, ſolatur afflictam, eamque de animæ ſuæ ſtatu paterne admonet: brevi tamen ex ægrotantis declaratione agnoſcit, eam non modo a Conſtitutione, quæ pro Eccleſiæ ac Regni lege toties recepta erat, appellaſſe, ſed inſuper pertinaciter interpoſitæ appellationi ſuæ inhærere, nec ullis rationum momentis ad debitam ſubmiſſionem flecti poſſe. Igitur huic Sacramentum porrigere, conſcientiæ ſibi duxit, & admi-

Sæc. XVIII
A. C. 1740

administrationem omnino differendam esse censuit. Mox Maritus ad Criminalis fori Præfectum caussam defert: hinc contra hunc Parochum judicii acta instruuntur: vicissim vero caussæ Ecclesiasticæ Judex, quem Galli *Promotorem* vocant, hoc negotium ad Episcopale forum revocat: quo facto Episcopus præcepit, ut infirma ad judicium vocaretur: ea vero nec per se nec per alium comparente, ex Episcopali Curia denuo decretum emanavit, vi cujus Parocho injunctum, ut paternis suis monitis infirmam rursus ad saniora reducere niteretur, ac tandem ad Sacramenta digne recipienda disponeret. Interim vero ad preces Mariti ac suæ Conjugis die decima octava Aprilis Parlamentum dictum evulgavit, quo ambo tanquam appellantes ab abusu contra primam Episcopi sententiam fuere admissi, & omnino prohibitum, ne Episcopale decretum executioni daretur: quoniam vero Maritus in suo libello supplici infirmo Sacramenta administrari petiit, hinc quod pejus erat, a Parlamento injunctum est, ut supplices ea ab ipso Aurelianensi Episcopo peterent. Obtenta hac Parlamenti sententia Maritus Episcopum accessit, a quo tamen suum libellum supplicem Promotori exhibere jussus est: altera autem die Aurelia-

nen-

nensis Episcopus decretum suum edidit, quo Paracho ad S. Catharinam injunctum, ut ab infirma vocatus, & de ejus submissione erga Ecclesiæ leges certior factus, confestim eidem Sacramenta administret. Verum ejusdem Mensis die vigesima octava Dupleix Orator a Parlamento aliud obtinuit decretum, quo declaratum, quod tam ipse quam ejus conjux jure appellaverint a revocationis sententia per Promotorem lata, necnon ab Episcopalis Curiæ sententiis, & Episcopi decretis; quinimo circa administrationem Sacramentorum Parlamentum juxta priorem suam die decima octava Aprilis pronuntiatam sententiam præcepit, ut Appellantes Aurelianensem Episcopum convenirent simul etiam Parlamenti Senatores suo Episcopo (scilicet oves Pastori) injunxerunt, ut quantum in ipso esset, invigilaret, ne in sua Diæcesi, quo Ecclesiæ statusque tranquillitas turbari posset, quicquam attentaret, præsertim vero totis viribus impediret, ne Sacerdotum quispiam in Sacramentorum administratione ullam declarationem exigat circa Constitutionem *Unigenitus*. Hoc Laici Magistratus interdictum & quidem circa rem mere sacram Episcopum compulit, ut Ludovicum Franciæ Regem adiret, supplex, quatenus utrumque hoc Parlamenti

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

lamenti decretum irritare vellet. Æquis hujus Præsulis precibus propositisque Ejusdem rationibus expugnatus Rex die vigesima sexta Maii sacrationis sui Senatus edicto Episcopi postulata ad Commissarios remitti jussit, ut relatione ab eis facta, quod æquum esset, Rex decerneret.

Paucis post diebus omnino similis controversia contra eundem Parochum a Castillonia Nobili Matrona fuit mota; res ita se habuit. Hæc mulier querelas suas ad Præfecturæ Rectores defert, qui ejus precibus anuunt, ac in rei statum inquirunt: confestim igitur tam Parochus quam Episcopus in jus vocatur. Episcopus vero, priusquam hujus caussæ conditio per Parlamenti violentias pejor fieret, ad Regem supplex recurrit, a quo etiam die vigesima prima Junii sanctioris sui Consilii decretum obtinuit, vi cujus Regia sua Majestas Episcopi libellum supplicem ad eosdem Commissarios in nupero decreto nominatos remisit, eo fine, ut de toto hoc negotio suum judicium ferrent. Percepta tandem horum relatione Rex sententiam die sexta Julii pronuntiavit, vi cujus Parlamenti decretum die vigesima octava Aprilis emanatum tanquam irritum atque nullum ea ex parte declaratum

ratum eſt, qua Parlamentum in materia ſpirituali ac Sacramentorum Epiſcopo Aurelianenſi quicquam præcipere præſumpſit: eadem quoque ſententia Rex ad ſe ſuumque Conſilium has cauſſas apud Parlamentum pendentes, proin decreta in eodem foro die decima octava & vigeſima octava Aprilis condita, ſicut & querulas preces & inquiſitionem ad præfatæ Nobilis Caſtilloniæ petitionem coram Criminalium Prætore contra Parochum factam evocavit: quod etiam dein effectui datum eſt.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Verum Regis hæc edicta, quantumvis veris Eccleſiæ Legibus omnino conſona eſſent, nondum tamen laicos Judices etiam inferiores refrænare poterant, quo minus in Sanctuarium involarent, & contra Sacerdotes edicta conderent, quinimo eo temeritatis prolapſi ſunt, ut propria auctoritate ſibi nequiter attributa Presbyteros conſtituerent, qui ſuæ factionis ægrotantibus Sacramenta adminiſtrarent, incaſſum reclamantibus Epiſcopis ac Parochis, cum ergo ejusmodi attentata Divinæ inſtitutioni, Hieracchiæ Eccleſiaſticæ, S. Canonibus, cunctisque Eccleſiæ legibus adverſarentur, Rex proprio motu per ſuum ſanctius Conſilium anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo nono horum

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

rum Judicum usurpationem per duo decreta repressit.

Primi decreti occasio erat hæc: Bajocensis Præfectus dicti anni die vigesima prima Aprilis contra præfatæ urbis Parochum ad S. Salvatorem mandatum edidit, vi cujus Parochus Regium Procuratorem, qui ob suam infirmitatem in hujus Præfecti ædibus hærebat, tempore Paschali Sacramenta administrare, quamprimum requireretur, jussus erat, secus si parere renueret, in dicti Præfecti curia compareret, suæ renitentiæ rationem caussamque reddituros. Attamen Rex totam hujus facti seriem edoctus, die vigesima septima Maii sui Senatus edicto Præfecti mandatum irritum, nulliusque valoris esse declaravit, simulque huic Præfecto, & ceteris omnibus laicis Judicibus severe & sub pæna suspensionis, aliisque pœnis severioribus ad terrorem aliorum infligendis ejusmodi mandata deinceps condere inhibuit, jussitque, ut Regium hoc edictum exacte descriptum ad Præfecturæ acta reponatur.

Vid. supra tom. 26. p. 275.

Alterum Regis edictum extorsit temeritas Boularti Criminalium Præfecti & in Sennonensi Diœcesi Villænovæ Regiæ Prætoris, qui pariter die vigesima quinta Augusti præfato anno mandatum

datum edidit, quo cum loci Parochus Houſſetæ Virgini periculoſe decumbenti Sacramenta adminiſtrare denegaret, propria ſua auctoritate vicini ſuburbii Parocho in mandatis dedit, ut prædictam fæminam Sacramentis morientium muniret. Verum hoc attentatum quantocius Rex motu proprio per Conſilii ſui decretum die octava Septembris emanatum repreſſit, & Prætoris mandatum, utpote ab incompetente Judice ac foro datum, tanquam impium attentatum adverſus jura ſacræ jurisdictionis, penitus irritum nullumque declaravit, dictumque Præfectum per trimeſtre omnibus officii ſui functionibus interdixit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Eodem anno ſupremus Aurelianenſis Præfecturæ Prætor plura condidit decreta, quibus indicta etiam temporalium bonorum privatione Capitulum Cathedrale compellere attentabat, ut Sellierio ejusdem Eccleſiæ Canonico ad mortem decumbenti Sacramenta adminiſtraret: huic vero mandato, cum a judice incompetente emanaſſet, Capitulum morem gerere conſtanter recuſavit, quapropter vi prioris edicti a præfato Prætore promulgati omnes Capituli redditus intercipiuntur. Attamen Aurelianenſis Epiſcopus Capituli ſui ju-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ra defensurus, juncta opera a præfa tis edictis omnibusque inde secuturis utpote a Judice incompetente attentati provocavit. Comperta hac appellatione Selliera Canonici Neptis ad Parisiensi Parlamentum recurrit, quod etiam ejus appellationem tanquam ab abusu pro pter Capituli provocationem interpos tam recepit. Ast Franciæ Rex die de cima tertia Novembris per secretiori sui Senatus sententiam appellationes tam simplices quam ab abusu interpo sitas & apud Parisiense Parlamentum pendentes ad se evocavit, moxque a tera sententia die decima octava Mart anno Christi millesimo septingentesim quadragesimo interim occupata pra fati Capituli bona a sequestro liberari e restitui præcepit, & Prætori sub pæna pro merito culpæ infligendis inhibu ne deinceps ejusmodi edicta conde præsumeret. Quomodo autem ide Religiosissimus Rex hac in caussa d sexta Septembris mentem suam decl rarit, jam supra retulimus.

§. VI.

Levis contentio inter Papæ Nuntiu & Coloniensem Magistratum.

Jam per plures annos dissensio inte Curiam Romanam & Colonienses Ma

Magiſtratum fervebat: res autem ita contigit. Anno hnjus ſæculi trigeſimo primo Fabritius Serbellonius, Oddio Venetias revocato, a Clemente XII. Nuntius Apoſtolicus Coloniam venerat, atque Clementi Auguſto Colonienſi Archiepiſcopo S. R. I. Electori demandatæ legationis literas teſtes, quas vulgo *Credentiales* vocant, tradiderat: erat pariter inſtructus ejusmodi quoque literis, quas ad inclytum Colonienſis urbis Magiſtratum Papa direxerat: quo minus tamen illas huic exhiberet, a quibusdam ſerio monebatur; horum igitur rationibus cedens, retentis hisce literis ſuum ad urbem adventum duntaxat Magiſtratui per quemdam Præſulem nuntiari, eumque de commiſſa ſibi legatione Apoſtolica certiorem reddi curavit. Hucusque Magiſtratus hunc honorifici officii neglectum diſſimulandum cenſuit, ac viciſſim eidem tanquam Pontificis Nuntio omnem venerationem Legatis debitam, conſuetosque honores detulit, ſimul tamen credentiales pro more exhiberi, ſingulari humanitatis ſtudio rogavit. Id ſibi haud integrum eſſe, repoſuit Nuntius, eoquod moris eſſet, ut Legatus ac Nuntius Apoſtolicus ſolis Archiepiſcopis Moguntino, Trevirenſi & Colonienſi, necnon Palatino Electori ejusmodi Breve Apoſtolicum ſeu lite-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ras testes exhiberet, aliunde etiam hæ ab Alexandri VII. P. temporibus usque ad Clementem XII. a Magistratu Coloniensi nunquam fuissent exactæ. His vero tum consulatus fasces moderante celeberrimo Domino de Heresdorf opposuit Magistratus, urbem suam esse liberam Imperii Civitatem & Magistratum utpote Imperii statum suprema gaudere jurisdictione &c. Attamen his insuper habitis Romana Curia petitas literas expedire recusabat, vicissim quoque Magistratus haud ultra Serbellonio consuetos honores exhibuit, nec illum pro Pontificis Nuntio agnovit, minus vero illum a tributi onere exemptum esse voluit. Tenuit hæc dissensio usque ad annum hujus sæculi trigesimum nonum, quo Ignatius Crivellius, Serbellonio ad Polonicam Legationem destinatus Nuntius Coloniensis & die trigesima Septembris Cæsariensis Archiepiscopus nominabatur. Hic Coloniam delatus cum adhuc Magistratum suo postulato insistere cerneret, & petitis literis munitus non esset, tempori cedendum ratus, ad Braunwillanam Benedictinorum Abbatiam uno lapide Colonia dissitam secessit, ubi a duobus Archiepiscopi Coloniensis atque Electoris Cubicularii eo decretis, nec non a toto Clero, Universitate, ac primæ Coloniensis Nobilitatis

tatis Viris officiosa salutatione honorabatur. Hæserat ibidem novem omnino mensibus usque ad annum reparatæ salutis millesimum septingentesimum quadragesimum primum, quo tandem res mutuo consensu ad transactionem spectare videbatur, proposito hoc temperamento, ut Magistratus ad Benedictum XIV. Neo-electum Pontificem gratulatorias daret literas, & vicissim Pontifex in suo responso de legatione Coloniensi Crivellio demandata mentionem inspergeret, simulque polliceretur, imposterum Nuntios Pontificios petitas literas amplissimo Magistratui exhibituros. Lætabatur Pontifex pacis amantissimus de oblato conciliationis modo, unde confestim literas paterno affectu plenas ad Magistratum dedit, in iisque Crivelii tanquam Nuntii sui mentionem fecit. His ita dispositis Magistratus Crivellium tanquam Nuntium Apostolicum debitis honoribus prosequebatur, qui demum ex Abbatia ad Urbem in Palatio sibi destinato sedem collocavit. Verum haud diuturna erat hæc animorum consensio; fervente enim pristino dissidio Apostolicum indultum, quo Universitati præbendas in Mensibus Martio, Julio & Novembri vacantes conferre concessum est, expiraverat; petebatur ejus innovatio, quæ tamen a Ro-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII
A. C. 1740.

mana Curia omnino denegata eſt. Inde novæ litis materies, quæ tantis incrementis exarſerat, ut Nuntius ſuam Curiam Colonia Aquisgranum ſe delaturum comminaretur. Aliquamdiu ſcriptis ultro citroque diſceptatum, cauſſa demum non modo Romam ad Pontificis, ſed & ad Cæſaris Tribunal Viennam delata, quin tamen adhuc diſcordia in tranquillum inclinare videretur. Fluxerat annus hujus ſæculi quadrageſimus quartus, quo Crivellius Nuntius ad Pontificiam Bruxellenſem Legationem promotus, Menſe Martio Coloniam diſceſſerat, in ejus locum ſubrogatus Hieronymo Marchione Spinola Laodicenſi Archiepiſcopo, qui pariter anno ſequenti Coloniam delatus, literas credentiales Magiſtratui exhibere tergiverſabatur: unde recrudeſcente diſſidio Magiſtratus Nuntio conſuetas honorum teſtificationes deferre denuo recuſabat. Tandem vero Franciſcus I. Imperator huic liti finem imponere intentus, per Comitem de Seydewitz Imperialis Aulico-Cæſarei Conſilii Præſidem Colonienſi Magiſtratui Cæſareum reſcriptum tradi juſſit, in quo ſignificatum, gratum acceptumque fore ſacræ ſuæ Majeſtati, ſi inter Papæ Nuntium & Magiſtratum circa illius receptionem & prærogativas ipſius dignitati congruas ex-

orta

orta & per plures annos continuata diſſidia ex æquo componerentur. Ad hæc Coloniensis Magiſtratus ſeſe haud difficilem reddidit, moxque habita inter ſe conſultatione in has reconciliationis leges pronus abiit, I. Ut Hieronymus Spinola Papæ Nuntius adventum ſuum Magiſtratui debito ritu nuntiaret, II. hoc facto Magiſtratus eundem tanquam Legatum Apoſtolicum veneraretur, & ut tali conſuetos honores deferret, eumque ſolitis privilegiis ea lege augeret, ut III. Nuntius intra ſemeſtre Pontificium Breve *Notificatorium & requiſitorium* ad inclytum Magiſtratum transmitti procuraret, ac reipſa eidem exhiberet. His pactis utrinque integra fide adimpletis priſtina concordia inter Magiſtratum & ſubſequentes Papæ Nuntios usque ad hanc diem immote conſervata eſt.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. VII.

Seditioſi motus Toggenburgenſium Calviniſtarum contra legitimum ſuum Dominum.

Poſtquam Joſephus Princeps & Abbas S. Galli fatis functus erat, & in ejus locum P. Cæleſtinus Gugger de Staudach antea Imperialis hujus Eccleſiæ Superior electus fuerat, hic paulopoſt Cantones ſibi obnoxios invitabat, ut die de-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

cima quarta Maii Rosbachium suos ab-legarent Deputatos, qui clientelare obsequium ac fidelitatis juramentum Neo-electo exsolverent. Præstituta die ad-venerant omnes, atque inter eos etiam Toggenburgenses Calvinistæ, more tamen prorsus insolito, & ejusmodi apparatu, qui adeo non subditi ad obsequium fidemque præstandam docilis, sed potius aut jugum excutere, aut Domino suo imperare parati speciem præ-ferebat; quippe unaomnes velut de parta præda ovantes expansis vexillis & sonantibus tubis ac tympanis, & quod insolentius erat, sclopis plumbea glandes oneratis muniti Urbem ingressi sunt: dum vero ad forum pervenerant, ubi præstandi juramenti formula prælege-batur, eorum potissimi raucis vocibus exclamabant, neminem ex suis fidei sa-cramentum Abbati dicturum, nisi prius ipsemet per suam vitam & honorem ju-raverit, se patriæ jura ac libertates omnino intactas servaturum, ac pro vi-ribus contra quoscunque protecturum. Horum igitur petulantia factum, ut Princeps Abbas obsequium fidemque ab armatis ac seditiosis subditis in con-sortio fidelium honestorumque civium accipere recusaret, eosque repelleret. Attamen Tigurini ac Bernenses Calvi-nistæ, cum a suis sociis acerbiores pœ-nas

nas exigi vererentur, extremos omnino conatus adhibebant, ut Toggenburgicos ad fidei ſacramentum legitimo ſuo Principi & Abbati exſolvendum adigerent, quod tamen nonniſi poſt longas tergiverſationes a pervicaci eorum ingenio obtinere poterant. Sæc.XVIII. A. C. 1740.

§. VIII.

Salisburgenſium motuum origo.

Hoc item anno Salisburgi nova inter Eruditos exorta eſt contentio, quæ tamen plus offenſionis, quam periculi habuit: rem ab alto repetam. Advenerant Salisburgum Nobiles aliquot Juvenes, Joannes Chriſtianius, Vigilius Firmianus, & Joſephus Comes de Thun, ambo ipſius Leopoldi Firmiani Archiepiſcopi & Principis Salisburgenſis Nepotes, qui Roma ceterisque Italiæ urbibus perluſtratis cum amplo cultiorum literarum fœnore, variisque, ac inter alios Muratorii libris locupletati Salisburgum reverſi ſunt, ne vero in umbra aut otio deliteſcere viderentur, induſtriam, tempusque in perſcrutandis utriusque Hiſtoriæ abditis inſumpſere. Eo fine frequentes habebant Conventus, in quibus de antiquitatibus, arte critica, & Hiſtoria Eccleſiaſtica, aliisque argumentis pro re nata eruditos inſtitue-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

bant ſermones. His paulopoſt acceſſere alii Juvenes, qui novitatis ſtudio liberiusque ſentiendi deſiderio incenſi horum colloquia, quo frequentius & familiarius, eo jucundius ambire non deſierant. Quid eo utilius, quid honeſtius, quid Nobili Juvene dignius, præſertim ſi accedat in Religionis ſtudio animi docilitas, humilitas veritatis Magiſtra, & prudentia curioſitatis moderatrix; *curioſitate* enim, inquit Tertullianus, *opus non eſt poſt natum Jeſum, nec inquiſitione poſt Evangelium, cui tantum credendum, quantum præſcribit Eccleſia*; hinc periculoſiſſimum eſt præſens ævum, in quo, cum olim nonniſi ſeptem fuerint Sapientes, nunc vix ſeptem rudes inveniuntur, qui non Sapientibus ſapientiores eſſe ſibi videntur, ambulant in magnis, & mirabilibus ſuper ſe, aliorum omnia judicia contemnunt, proprio judicio omnia tribuunt, & quaſi ipſi ſoli ſaperent, deſipuerint omnes, qui ante tot ſæcula ſanctitate & doctrina floruere. An ex horum juvenum conventu ac collegiis quid ſiniſtri ſuſpicatum fuerit, in dubio relinquimus, id tamen omnino certum eſt, quod hujus rei fama per urbem invaleſcente, non paucis diſplicceret, in hisce converſationibus variae Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ quæſtiones, majorisque momenti controverſias immoderatæ

deratiori crisi dijudicari, facta antiquitatis venerandæ sigillo firmata velut annosas fabulas explodi, & quicquid vel non ad captum, vel non ad cujusque palatum esset, temere contemni, vel perfricte negari. Hoc erat non paucorum de nova hac Eruditorum schola judicium, quod plurium præcipue doctiorum Universitatis Professorum vigilantiam curamque excitabat, imo etiam non paucos timoratæ mentis Viros absterrebat, ne huic conventui nomen darent. Creverat suspicio, cum compertum esset, quod quidam Juvenis nomine Joannes Baptista de Gaspari patria Tridentinus eruditionis fama clarus (*), hanc Nobilium Academiam moderaretur, & Ludovici Muratorii libros, id est, ejus *exercitationes sacras*, necnon librum *de moderatione ingeniorum in Religionis negotio* prælegeret, ad astra extolleret, & studiose non sine sanæ crisis abusu divulgaret: enimvero hic Auctor nec B. Virgini, nec Sanctis debitum honorem ac cultum denegabat, sed duntaxat irrepentes corruptelas suggillare, & fideles a superstitionis periculo ex nimia credulitate timendo præmunire

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

(*) Hic idem postea anno 1768. Viennæ Historiæ Professor, & politicarum literarum studii Director obierat.

Sæc. XVIII
A. C. 1740.

re intenderat, cum tamen eo jam tempore non pauci scriptores nec ii prorsus contemnendi in larvatum Lambridium Pritanium, Antonium Lampridium, Ferdinandum Valdesium &c. suos calamos acuissent, eumque in fide suspectum, quicquid Protestantes palam contra B. V. & Sanctorum cultum effutiunt, sub specioso vitandi fanatismi, superstitionis ac temeritatis obtentu adoptasse, & coacervasse &c. criminarentur. Inde alti clamores, tristes querelæ & vani timores de fide Catholica Salisburgo exulanda, de novitatibus in Religionis perniciem, & juventutis corruptionem invehendis, & de Luthero ex alpibus ejecto, ac inde in Metropolin immigrante. Ita Lutherani victoriam ante triumphum canebant, sed plane immerito; horum enim error omnem cultum B. V. & Sanctis tanquam superstitiosum, & idololatricum abnegat, Catholici autem omnes pro fidei articulo tenent, erroneum in fide esse, asserere, cultum & invocationem Sanctorum esse rem malam ac divinitus prohibitam: profitentur autem unaomnes illam esse maxime utilem & proficuam. Hæc fidei Catholicæ doctrina est, de qua inter omnes Catholicos convenit, & quam universa Ecclesia amplectitur: an vero de hoc cultu præceptum exstet, hicque ad salutem

lutem ſit omnino neceſſarius, quæſtio eſt inter Scholaſticos controverſa, quam ſalvo fidei dogmate negare vel affirmare (*) unoquoque in ſuo ſenſu abundante neſas non eſt, eodem ferme modo, quo Proteſtantes confeſſionem, abſolutionem ac ſedem confeſſionalem &c. alii divinitus inſtitutam, ac omnino neceſſariam eſſe propugnabant, alii e contrario velut Prædicantium jocum, Sathanæ ſedem, humanum illicitumque inventum deteſtabantur.

Sæc. XVIII A. C. 1740.

Aſt redeamus, unde digreſſi ſumus. Aucto indies præcipue inter cives rumore, ac tumultus periculo apertior indignatio in Joannem Gaſpari exarſit, quem rudiores totius novitatis auctorem, & cultus antiqui erga B. Virginem juratum hoſtem traducebant. Plurimum tamen hic idem gratia valebat apud Archiepiſcopi Nepotes, quorum favore & aſſidua converſatione ſibi ipſius Principis benevolentiam tam dextere conciliabat, ut hic eidem injungeret, qua-

Vid. ſupra tom. 74. p. 343.

(*) *In problematicis, ut libet, ſentiendum: in iis vero, quæ ad veritatis definitæ quæſtiones pertinent, ne recte ſentiendo fidem ludere videamur, cautiſſime loquendum eſt.* Ita Cardinalis Richelius in epiſtola ad Robertum Conſtantin anno 1640.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

quatenus Historiam de ortu, progressu & occasione hæresis in Salisburgensem ditionem invectæ calamo suo pertexeret, ac rebellium Lutheranorum expulsionem vindicaret. Nec tamen propterea Benedictini Salisburgensis Universitatis Professores crescente periculo tacendum esse censebant, sed potius toto studio præpedire nitebantur, ne invalescente effrænata sentiendi libertate grave damnum Religioni inferretur: cum autem nobilissimos juveres, qui eruditæ suæ Academiæ socii erant, aliena potius quam propria malitia malos palam aggredi, intempestivum videretur, gravior impetus in Muratorii doctrinas passim disseminatas factus est; hoc ipso autem Zelo PP. Benedictini sibi adversæ partis invidiam accersebant, quæ præter omnium opinionem fomentum accepit ex Patris Vitalis, qui in Salisburgensi S. Petri Monasterio Professus erat, Historia Campiduni edita, ubi Juvaviensem Ecclesiam primo a D. Ruperto conditam, atque ab eo Benedictinos Salisburgum accitos longa serie Episcopos atque Archiepiscopos designasse &c. retulerat: occasione inde arrepta Benedictinæ gloriæ æmuli altum inclamare cæperant, relata ab hoc Monacho nonnisi fabulas esse, hunc Scriptorem sui Ordinis & Monasterii gloriam verbis arrogan-

rogantiſſimis extollere, multa in Archiepiſcopos & Capitulum Cathedrale petulanter ac injurioſe effundere, ac denique, ſi ejus dicta vera forent, Archiepiſcopos ac Principes Salisburgenſes totum ſuum ſplendorem, opes, dignitatesque ſolis Benedictinis debere &c. Hæc argumentis ex invidia petitis ultra modum exaggerata Archiepiſcopum permovere, ut Joanni Andreæ Chriſtianio, qui ex numero horum Criticorum erat, falſa a veris ſecernendi, necnon ad Monachi arbitrium fors excogitata refellendi provinciam daret. Attamen hoc conſilium nonniſi anno hujus ſæculi ſeptuageſimo primo ipſis etiam auſpiciis glorioſiſſime regnantis Archiepiſcopi & Principis Salisburgenſis, Sigismundi Chriſtophori Comitis de Schrattenbach, & quidem a Monachis Benedictinis Monaſterii S. Petri perfecte ad exitum eſt deductum (*).

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Cæterum hæc controverſia ſemper magis magisque inflammata fuit contentione utrinque immoderata, qua recentiores hi Critici opera & opiniones La-

(*) Vid. noviſſimum Chronicon Monaſterii ad S. Petrum Salisb. unacum disquiſitione Hiſtorico-Chronologica de adventu, fundatione & obitu S. Ruperti. Auguſtæ anno 1772.

Sæc. XVIII A.C. 1740.

Lamindi Pritanii ad astra extollere, ali vero ad orcum deprimere certabant. His præter Benedictinos suffragabantur etiam PP. Capuccini Salisburgenses, quorum aliqui in Ecclesia Cathedrali Concionatorum munere fungebantur: ex his quidam de damno ex Muratori libris pertimescendo suum Ordinis Præpositum Generalem certiorem reddidit, ac ab ejus Secretario Michaele Tugieni hoc responsum (*) Roma die quarta Febr. tulit.

Multum Venerande in Christo observandissime P. Lector!

„Ex Commissione Reverendissimi Pa„tris Generalis jam per aliquot dies en„tra conventum degentis, & moribun„do summo Pontifici assistentis M. V. P. „vestræ significo, quod etiamsi *Lamin„dus Pritanius* in librorum prohibitorum „catalogo necdum inveniatur, illius tu„men propositiones ceu æquivocæ, en„oticæ ac periculosæ debeant abhorren„Nec dubitandum, quin Curia Romana „si illas manuteneri sentiret, violento „medio illius vel illarum lectionem in„hiberet. Quæ cum laconice ita jus„sus repono, ad talia æque, ac alia „quæcunque mea obsequia M. V. P. ve„stra

(*) Vid. Benedicti XIV. P. epistolam ad Joseph Principem Augustanum Episcopum.

„ſtræ oblata cupio, ſacrisque commen- Sæc. XVIII.
„datus perſiſto. A. C. 1740.

Divulgatis hisce literis haud parum apud non paucos præcipue Nobiles Matronas crevit averſio a Muratorii libris, necnon timor extinguendæ pietatis erga Deiparam Virginem: acceſſit etiam P. Eberhardus Rudorfer Benedictinus ad S. Petri Profeſſus & Facultatis Theologicæ in Univerſitate Decanus, qui palam querebatur, „ſicut gangrænam ma„lam aut herpetem, ita Pſeudo-critico„rum ſectam maxime impiam tota Urbe „ſerpere, præcipuum vero pravorum „dogmatum ſuggeſtorem & Magiſtrum „eſſe Muratorium brevi Romæ nigro „calculo notandum, tantam vero tam„que noxiam ſentiendi libertatem in Ca„tholica cumprimis ac Archiepiſcopali „Civitate haud ferendam.“ Eapropter hic idem Decanus, cum in feſto D. Thomæ Aquinatis e ſuperiore loco ad Academicos de more diceret, recentes hos Eruditos *Pſeudo-Criticorum* nomine traducere, ac mordere haud dubitabat. Præterea importuno admodum tempore P. Athanaſius Koffler Oenipontanus Capuccinus in feſto B. Mariæ ab Angelo ſalutatæ in concionem aſcendit, atque inter amplas B. Virginis laudes *diviſum eſſe inter Deum & Mariam juſtitiæ & mi-*

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

ſerationis imperium dixit. Ea res ſum-
mopere offenderat Joannem Baptiſtam
Caſperium ſuamque indignationem pre-
mendo impar, coram Georgio Comite
de Arco aliisque ſpectatis Viris hunc
Concionatorem tanquam hominum ſtul-
tiſſimum, idiotam &c. traduxit: hæc
ipſa tamen Viri intemperies ex ipſo hoc
conſeſſu diſplicuit non paucis, ex qui-
bus Georgius Comes de Arco cuidam
Nobili Matronæ, quæ ceteris pietate,
prudentia & moderatione præſtare re-
debatur, retulit, in nupero colloquio
Caſparium indigno prorſus modo in
hunc Concionatorem fuiſſe debacchan-
tum: Hæc vero P. Georgio Horner Be-
nedictino tum Univerſitatis Rectori ma-
gnifico, præſente Patre Stanislao et
Baronibus de Stein Capuccino tum Fe-
ſtivali Concionatori, totam rei ſeriem, et
iniquam Caſperii Cenſuram narrabat.
Ea res præfato Patri Stanislao occaſio-
nem præbuit, ut proximo feſto vehe-
mentius e ſuggeſtu contra eos declama-
ret, qui Beatiſſimæ Virgini prærogati-
vam *Matris miſericordiæ* invidere, & ma-
le ſana criſi ſua piiſſimam Antiphonam
Salve Regina (*) allatrare videbantur.

§. II.

(*) Auctor hujus Antiphonæ Gavantus Pe-
trum Compoſtellanum, certius autem Tribe-
mius

§. IX.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

Acrioris contentionis argumentum.

Sub idem tempus Carolus Comes de Herberſtein Græciæ in Styria natus, atque Archiepiſcopi ac Principis Salisburgenſis Ephebus Juvavii die S. Ivoni ſacra ad Academicos orationem habuit, in qua ſtudiorum ac diſciplinarum rationem, quam Benedictini in ſcholis tenerent, multis iisque æquo acerbioribus verbis infectabatur; Eruditi equidem hi Critici *ſe inſciis*, in publico omnium, & ipſorum quoque Univerſitatis Profeſſorum conſeſſu hanc declamationem a Nobiliſſimo hoc juvene habitam fuiſſe, perſuadere nitebantur; id vero nequidem credidit Judæus Apella. Forte huic juveni præluſit, armaque ſuppeditavit Raymundus Cecchetus, qui Romæ in ſua funebri oratione, qua defuncto Erneſto Emmanueli Comiti Harrachio Nitrienſi Epiſcopo (*) parentabat, retu-

mius credit fuiſſe Hermanum contractum Reichenaviæ in Suevia Monachum, qui ob membra ab incunabulis contracta ſic dictus obiit anno 1054.

(*) Hic Salisburgenſis Canonicus & Auditor Romæ anno ætatis 34 Romæ die 17. Decembris an. 1739. variolis deceſſerat.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

retulerunt, hunc Episcopum deplorasse quod Benedictini *in Germania solis vocularum captionibus & quæstiunculis plane supervacuis sine sua aliorumque utilitate occuparentur: hinc eum constituisse ex Germania quosdam juvenes Monachos ingenio eximios Romam accersere, ut his solidiori doctrina imbutis, ac in patriam reversis optima studiorum ratio primo in Salisburgensem Academiam his Monachis commissam, dein non solum in Nitriensem Ecclesiam, sed paulatim in totam Germaniam propagaretur.* Hæc Cecchetus quæ tamen utpote a convitiis alienis nemini stomachum movere; illa vero Salisburgensis declamatio jure meritis clarissimos illius ævi Professores gravissime offenderat, cum hujus celeberrimi Instituti Doctores scientia & pietate longe præstantissimi jam per integrum seculum hanc Universitatem cum tanta laude ac proventu moderati fuissent, ut eorum industria, eruditionis ubertate & laboris assiduitate pene innumeri Viri in omni disciplinarum genere doctissimi omni tempore ex hoc scientiarum emporio prodiissent. Igitur ut inclyti hi Professores celebrem hanc Sapientiæ scholam, simulque honorem famamque suam adversus hunc declamatorem, quem a novis hisce Criticis conductum existimabant, vindicarent, sui muneris

ris esse censebant. Illuxerat autem dies secunda Julii, qua pro veteri more solemnis supplicatio ad B. V. Imaginem prodigiis claram in Plain prope Salisburgum quot annis habetur. Ea igitur die P. Placidus Böckhn Ord. S. Benedicti SS. Theologiæ & Juris Utriusque Doctor, Principis Archiepiscopi Salisburgensis, & Abbatis Principis Fuldensis Consiliarius Ecclesiasticus & Universitatis Pro Cancellarius, S. Scripturæ & SS. Canonum Professor ad Marianam Sodalitatem orationem habuit, assumpto themate: *Ecce Mater tua* Joan. 19. v. 27. cum autem in ea adversus Muratorium demonstrare contenderet, non modo bonum ac utile esse B. Virginem Mariam Sanctosque venerari ac invocare, sed & *necessarium* ac *præceptum* esse, oleum flammis affusum videbatur, præcipue cum Orator haud obscure pluribus in locis novellos Criticos impetiisse, Muratorio injuriam intulisse, & criminationem de Miseratricis prærogativa B. Virgini denegata a Capuccino objectam recoxisse argueretur: integram ejus orationem huc adducere, haud abs re erit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. X.

P. Placidi Böckhn oratio de B. V. cultu.

Hæc oratio hujus erat tenoris: „Quo-

 „ties-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„tiescunque honestissimam & eruditiss-
„mam multitudinem, Archiepiscopalem
„scilicet Universitatem, quæ mei au-
„diendi caussa huc convenit, considero,
„plane me ignorare profiteor, oporteat-
„ne me orationem habere, loco huic, an
„meo Doctoris muneri, aut Academiæ
„& scholæ consuetudini consentaneam.
„Rebus ita constitutis mediam viam e-
„legi, idque dicendi argumentum sum-
„psi, quod tum sacræ allocutioni, tum
„scholasticæ disputationi commune est,
„& præsertim Marianis atque Academi-
„cis Auditoribus accommodatum."

„In ipso autem limine profiteor, ne-
„mini me maledicere velle, verum ea
„tantum libertate eoque jure uti, quod
„hodie Literatus orbis sibi tribuit. Id
„vero præstabo ea tantum de caussa, ut
„unice Mariæ honorem & proximi sa-
„lutem promoveam. Itaque, ut ad pro-
„positum propius accedam, certissimum
„est, ut ex divinis scripturis, sanctis Pa-
„tribus, perspicuis, & falli nesciis sum-
„morum Pontificum decretis, Concilii-
„que demum œcumenicis, Tridentino
„præcipue, satis demonstrata Doctrina
„Religionis nostræ capitibus annume-
„randa, bonum & utile esse Sanctorum
„in cœlo regnantium, imprimis vero B.
„Virginis Mariæ Matris nostræ per-
„quam

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

„quam efficacem opem atque patroci-
„nium ad Deum pia invocatione & ve-
„neratione nobis procurare. Attamen,
„quum quidam exſtant, qui etſi ipſi-
„met Mariam ceterosque Sanctos ſedu-
„lo venerentur & implorent, ambigere
„ſe tamen ajunt, ſitne id nobis lege a-
„liqua mandatum, atque num is, qui
„hos nunquam veneraretur & impliora-
„ret, dummodo nihil, quod eorum ho-
„nori adverſaretur, patraret, neque a-
„liorum criminum reus eſſet, æternam
„tamen ſalutem conſequi poſſet: ſen-
„tentiam meam absque ulla hæſitatione
„hac de re explicare decrevi. Con-
„tendo igitur, eum, qui præ ceteris
„Mariam, Servatoris noſtri Matrem
„Sacro-Sanctam venerari & implorare
„omitteret, ea ipſa de cauſſa criminis
„reum futurum & æternæ ſalutis mini-
„me participem, quam opinionem meam
„paucis demonſtrare conſtitui. Quod
„ſi argumenta, quæ in medium allatu-
„rus ſum, præter exſpectationem mi-
„nime neceſſaria & apodictica reputa-
„buntur, quod quidem non cauſſæ &
„meliorum argumentorum inopiæ, ſed
„mihi ſoli, viriumque mearum imbe-
„cillitati tribui velim: illud ſaltem inde
„conſequeretur, quum tutior pars ſem-
„per ſit eligenda, non minor haurietur
„Deo dante ex hac oratione mea, quam

Sæc XVIII A. C. 1740.

„ex aliis sacris allocutionibus, utilita
„Quare verba illa, *Ecce Mater tua*, qu
„initio posui, atque sub finem ampli
„explicaturus sum, rursus repe
„Quemadmodum vero benevolos mi
„futuros Marianos & Academicos S
„dales confido, ita omnium nomine,
„mentes nostras illustrare dignetu
„Deum omnipotentem supplex accedi
„cui rei impetrandæ Beatissimæ etia
„Virginis Mariæ opem & intercessione
„quanta possum animi demissione i
„ploro.

„Qui opinionem de necessitate i
„vocandorum Sanctorum, quam e
„propugno, in dubitationem revoca
„moventur præcipue Tridentini Con
„lii verbis *Sess.* 25. *in decreto de invoca*
„*catione Sanctorum*, ubi Catholicis D
„ctoribus mandatur, ut populum in
„tuant, doceantque, *bonum ac utile*
„*eos invocare*. Ex quo loco consequi e
„istimant, quum hic consulat tantu
„Concilium, atque opus bonum & uti
„esse dicat, justos limites eos exceder
„qui id necessarium & præceptum e
„volunt. Verum hæc arguendi rati
„ubi ex decreto quodam, quo circa
„num duntaxat caput definitio contin
„tur, contrarium illi circa alia capita
„quæ argumentum a contrario impro
„pri

„prie vocatur, plerumque exigui mo- Sæc. XVIII.
„menti esse solet, imprimis ubi de Re- A.C. 1740.
„ligionis capitibus agitur. Solent enim
„Romani Pontifices aut Concilia pro
„temporum opportunitate rei cujusdam
„partem aliquam definire, atque ut in-
„ter Religionis capita reputetur man-
„dare, neque tamen reliquam partem,
„quæ prætermissa est, ullo modo dam-
„nant, aut rejiciunt, sed virorum in
„Theologia exercitatorum ulteriori exa-
„mini permittunt. Hisce de caussis
„consecutionem, quam mihi adversan-
„tes deducere volunt, minime proban-
„dam censeo. Est enim & illud consi-
„derandum, Tridentini Concilii Patres,
„qui ubique verbis ex adverso pugnan-
„tibus definitiones suas contra hæretica
„dogmata ediderunt, ea solum de caussa
„Sanctorum venerationem & invocatio-
„nem ut bonam & utilem commendasse,
„quod Hæretici eam duabus de caussis
„impugnarent, primum quod invocatio
„hæc impia sit idololatria, deinde, quod
„Sancti nullam nobis opem aut utilita-
„tem præstare possint. At si rationem,
„qua Concilium movetur, ut nobis ve-
„nerationem & invocationem Sancto-
„rum adeo inculcet, perpendamus: sa-
„tis mentem suam declarat Concilium,
„nempe oportere nos iisdem supplicare
„ea, qua decet, veneratione, atque a-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„nimi demissione, ad obtinendas salu-
„tis nostræ consequendæ necessarias
„gratias, tanquam Christi voluntate et
„jussu regnantibus. Id vero manifeste
„rursus continetur in Fidei Catholicæ
„Formula ex eodem Concilio ducta, om-
„nibusque præscripta, ubi dicitur, *San-*
„ctos unacum Christo regnantes venerandos
„& invocandos esse. Præterea Conci-
„lium, cui & eadem Formula confes-
„tit, damnat atque diris devovet *affir-*
„mantes Sanctorum reliquiis veneration
„atque honorem non deberi. Quin & ad-
„dit de Sanctorum imaginibus, *eis de-*
„bitum honorem & venerationem imperti-
„dam. Itaque, si juxta Tridentini de-
„ctrinam necesse est, ut demortua cor-
„pora aut ossa, atque vitæ expertes
„Sanctorum imagines ipsorum cauſa
„veneremur: extabit utique necessario
„Sanctos ipsos unacum Christo nos
„dominantes venerandi multo major
„ratione a Concilio imposita.

„Magni præterea est ponderis argu-
„mentum illud, quod Angelicus noster
„Doctor S. Thomas Aquinas 2. 2. q.
„83. art. II. *in corp.* nobis suggerit: *Hi-*
bet enim hoc divinus ordo, inquit, *ut*
superiorum excellentia in inferiora refun-
datur, sicut ex claritate Solis in aerem
„Hoc posito ad. 4. rem ita claudit: *Do-*

vult inferiora per omnia superiora juvari, & ideo oportet, non solum superiores, sed etiam inferiores Sanctos implorare. Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„Mea quidem sententia, satis perspicue „docet hoc loco S. Thomas, exstare in„evitabilem necessitatem Sanctos invo„candi ex divina distributione rerum „creatarum, quæ cælos & terram in„colunt, earumque inter se nexu, at„que inde satis apparente Dei volun„tate. Quemadmodum enim Sapien„tissimum Numen sapientissime omnia „ita distribuit, ut quidquid inferius est, „pendeat a superiorum dominatu, tu„tela, &, quam in ea exerit, efficaci„tate, quod in naturalibus rebus quo„tidiana docet experientia, eadem ra„tione idem mandavit, ut nos in mi„serrimo vitæ hujus cursu illos duces, „defensores, opitulatores ad cælestem „gratiam obtinendam habeamus, qui„bus tanquam in Empyreo lucidissimis, „& quod salutem nostram spectat, effi„cacissimis stellis magis subjicimur, „quam terrena corpora nostra Planetis, „ceterisque astris. Etenim ut Divina „Sapientia in cælis, in terra hac, atque „utroque loco Hierarchiam aliquam in„stituit, qua inferiora a superioribus „circa capita quædam necessario pen„dent, illisque adhærent: eadem ra„tione utramque Hierarchiam commu-

„ni

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ni quadam ſubordinatione & diſpo-
„tione, qua ſuperiora ab inferioribus
„pendent, inter ſe conjunxit. Hoc in-
„de amplius explicatur, ſi perpendi-
„mus Deum Optimum Maximumque
„partim, ut immenſam Majeſtatem
„ſuam nobis indicaret, tum ut Sanctos
„in regni partem adſciſceret, atque ho-
„noribus cumularet; partim vero, ut
„nos ad eam, quæ decet, animi de-
„miſſionem incitaret, atque infirmitatis
„noſtræ hoc pacto nos admoneret; ne
„temere nimis infinitæ ejus Majeſtati
„confidamus, neque etiam ab eadem
„deterreamur, eam, quam diximus
„diſtributionem conſtituiſſe, juxta quam
„nobis non liceat familiarius atque ſine
„ullo mediatore cum ipſa ſola agere;
„verum etiam ut preces noſtras per
„Sanctos ad hanc rem conſtitutos po-
„rumque offerri curemus, fere, ut idem
„ordo apud Cæſares, Reges, & Prin-
„cipes ſervatur. Hæc eſt ergo lex illa,
„quam ſanctus Thomas Aquinas po-
„mus non excogitavit, verum univer-
„ſancti Patres exemplo & ſcriptis docue-
„runt. Id ipſum nos docet & Eccleſia
„Catholica in precibus ab ea in Sancto-
„rum honorem inſtitutis, illis præcipue,
„quæ a Clero quotidie perſolvuntur, ea-
„que in diebus eisdem ſacris, & ſervan-
„mandatis. In hac eadem lege, ut mi-
„bi

„hi videtur, ſita eſt *Communio* illa *San-* Sæc. XVIII.
„*ctorum* cum noſtra Eccleſia, quæ in A. C. 1740.
„Apoſtolico Symbolo continetur. Ita-
„que dubium mihi minime eſt, eum,
„qui hactenus demonſtratam Dei legem,
„adverſus SS. omnium & Eccleſiæ ipſius
„ubique ſervatam conſuetudinem San-
„ctos penitus negligendo non ſervaret
(cujus rei prudens cauſſa nulla eſſe po-
teſt) ſatis manifeſte indicare, ſe tam
„Sanctos, quam divinum mandatum,
„atque Eccleſiæ mores contemnere, quæ
„res in ſcholis *contemtus virtualis & in-*
„*terpretativus* vocari ſolet. His jure me-
„rito illud Auguſtini Serm. 26. de San-
„ctis accomodari poteſt: *Cum dicat ad Sanctos ſuos omnipotens Deus, qui vos honorat, me honorat, & qui vos ſpernit, me ſpernit: quisquis ergo honorat Martyres, honorat & Chriſtum, & qui ſpernit Sanctos, ſpernit & Chriſtum Dominum noſtrum.* Quibus & illud adiicere
„ſolet, qui Sanctos non veneratur, &
„in pretio non habet. Hæc omnia bre-
„vi quodam compendio continentur ver-
„bis Euſebii Alex. apud Jodocum Coc-
„cium lib. 5. de Sanctis art. 4. obviis.
„Eſt Euſebius hic Scriptor, qui tertio
„Eccleſiæ ſæculo labente florebat. Ait
„igitur ille homilia de Sanctis colendis:
Præcepit nobis Deus memorias Sanctorum celebrare, ut acceptis hymnis & auditis

iau-

Sæc. XVIII. A. C. 1740. *laudibus Deum exorent, ut preces nostr caducas admittat.*

„Hæc de necessitate & lege Sanct
„venerandi, atque eorum opem imp
„randi dicta sint. Quodsi vero quispi
„contra exspectationem nostram h
„parvi faciens, de his dubitare, aut a
„versam sententiam ferre velit: a
„men ea argumenta de gloriosiss
„Sanctorum Regina, atque indulge
„tissima Matre nostra Maria, ad qu
„præcipue oratio nostra hodierna
„stat, peculialiter, præter hactenus
„prolata, in medium adducam, ut
„ea tanto verius, quod posui, pron
„tiari possit, quanto majoribus & sing
„laribus privilegiis supra ceteros omn
„jureque merito illa est exornata. I
„tium duco a sanctis Ecclesiæ Patri
„& Doctoribus, habita sæculorum, q
„bus scripserunt, ratione. Quum v
„primi sæculi, quo Maria ipsa vi
„pauci exstent, præsertim legitimi S
„ptores, illud interea præteribo, ver
„eodem sæculo exeunte ex Evange
„ipso præcipuum meum argument
„sumam. Alterius Ecclesiæ sæculi
„no octogesimo celeberrimus fidei
„straæ defensor Episcopus & Martyr I
„næus lib. 5. adversus hæreses cap.
„comparationem instituit inter co
„

„munem mortalium omnium Matrem „Evam, virginem adhuc a diabolo in „perniciem nostram seductam, atque „Mariam, quæ Angelo nuntiante ad „nos redimendos Mater nostra, servata „virginitate, constituta est. *Sicut illa*, inquit, *seducta est, ut effugeret Deum, sic hæc suasa est obedire Deo, uti virgininis Evæ Virgo Maria fieret Advocata.* Quæso, cur vocat Irenæus Mariam *Evæ* „*Advocatam?* Certe non propter eam „ipsam solam, sed per metonymiam „propter universos Evæ liberos, sive „propter omne hominum genus, quod „& consequentia demonstrant. Hunc „itaque locum si, ut decet, perpenda„mus, nihil aliud, ait Irenæus, quam, „quemadmodum omnes Evæ filii pro„pter eandem æterna salute excide„runt: ita contra omnes Evæ filios per „Mariam, ad hunc finem Advocatam „a Deo constitutam (ut verba illa innuunt, *ut fieret Advocata*) ad salutem „pervenire debere. Quæ cum ita sint, „summo itaque jure constringimur, ut „Mariam maxima cum animi demissio„ne veneremur, atque adeo necessa„riam ejus opem imploremus. Verum „enimvero, si nulla nos lege ad eam in„vocandam constringi putemus, illa „quoque cogi se non posse existimabit, „ut pro nobis intercedat. Eadem plane

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ra-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ratione tertio sæculo Tertullianus & „Origenes Evam & Mariam inter se con„tulerunt, atque per illam nos in ma„lorum abyssum præcipites actos, at „hac vero rursus liberatos docuerunt. „Tertulliani verba libr. de Carne Christi „cap. 17. hæc sunt: *In virginem adhuc Evam irrepserat verbum ædificatorium mortis, quo per ejusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem: crediderat Eva serpenti, credidit Maria Gabrieli; quod illa credendo reliquit, hæc credendo delevit.* Origines vero homilia I. ex diversis Ma„riam constitutam esse ait *ad inobedientiam Evæ per Mariæ obedientiam excindendam, ad erigendum jacentium genus, quod per mulieris credulitatem fuerat in tea abjectum.* Quare salus omnis nostra „quam quidem a Christo Servatore no„stro præcipue consecuti sumus, adhi„bitur tamen primis Ecclesiæ sæculis „etiam Mariæ, tanquam hujus operis „sociæ, atque, ut ajunt, *caussæ cooperantis.* Unde plane consequitur, summopere nos adstringi, ut grato animo „atque ipso opere eamdem veneremur. „Præterea, cum Tertullianus & Origenes eadem plane ratione atque Ire„næus loquantur, facile inde conjicere „licet, eos non minus ac Irenæum Ma„riam agnovisse Advocatam esse omni„bus

„bis ad ſalutem conſequendam conſti- Sæc. XVIII.
„tutam. Etenim quemadmodum Deus A. C. 1740.
„ſibi cariſſimam & maxima in venera-
„tione habitam Matrem partem aliquam
„in univerſorum redemtione habere vo-
„luit, ita ad ejus honorem augendum
„adeo nos illi ſubjecit, ut ſine ejus ope
„ad Redemtionis fructus capiendos ſive
„æternam felicitatem pervenire non
„poſſimus, veluti a pluribus aliis ſanctis
„Patribus eſt obſervatum, quorum ali-
„quos paullo poſt in medium profere-
„mus. Si quartum ſæculum percurras,
„complura invenies dogmata memora-
„tu digniſſima. Ita Athanaſius Serm.
„de Deipara poſt Chriſtum Mariam eo
„pacto nobis proponit, quaſi illa carere
„nullo modo poſſimus *Sicut ergo*, in-
quit, *quum ipſum reſpicimus, Regem, Do-
minum, & Deum appellamus, ita quoque,
quum ad eam oculos coniicimus: REGI-
NAM, DOMINAM & Deiparam eſſe
animadvertimus.* Eadem ratione & ſan-
„ctus Baſilius in Liturgia Deum invo-
„cat per interceſſionem *Dominatricis no-
„ſtræ Dei Genitricis & ſemper Virginis
„Mariæ.* Quis vero exiſtimet, neceſſe
„non eſſe, Reginæ noſtræ & Domina-
„trici ullum honorem opere præſtare,
„aut ejus opis ſe non egere putare?
„Hujus rei mentio paulopoſt rurſus fiet.
„Sanctus Epiphanius de laudib. Deipa-

Sæc. XVIII A. C. 1740.

„ræ, quum inter cetera Mariæ elog
„commemorasset favores ab ea in n
„manantes, *quæ sitientes perennis fon*
„*dulcedine satias*, hujus rei caussam a
„dit: *Ipsa enim est cœli & terræ M*
diatrix, quæ unionem naturaliter pere
„His verbis, quod antea a me est
„servatum, magis confirmatur, Mari
„a Deo *Mediatricem* nostram constitut
„non sub ipsum tantum exordium
„implendum Incarnationis & Rede
„tionis opus, verum etiam non min
„ad gratias ceteras inde provenien
„obtinendas, idque arbitrio nostro
„nime permisisse. Afferam nunc H
„ronymi sive Sophronii Serm. de
sumpt. testimonium: *Hæc est Virgo,*
sola interemit universam hæreticam pra
tem, sola post Deum, quæ nos confirmet
ritate, suisque commendet meritis & pro
auxilietur. Quid hoc aliud est, quam,
„ceteri Sancti pro nobis orent, nobis
„auxilientur, atque nos illos omnes,
„unusquisque peculiarem suum Pa
„num invocare debere: solam tamen
„omnibus Mariam esse, quam omnes
„mine excepto singulariter de ope o
„no implorare debeant? Ex quinti sæc
„Scriptoribus sufficiat magnum illum
„clesiæ Doctorem Augustinum adduc
„Serm. 2. de Annunciat. sive Serm. 10
„Sanctis, cujus Mariam alloquentis S
„ipso clarior doctrina hæc est: *Tu es*

unica peccatorum, per Te speramus veniam delictorum, in Te nostrorum est exspectatio præmiorum. His accedit, quod sanctus Augustinus Serm. 35. de Sanctis „Mariam appellet *Patronam Paradisi & „Scalam cælestem.* Itaque omnino oportet, ut januam hanc pulsemus, & per „scalam hanc ascendamus. Andreas „Cretensis encom. 2. Dormitionis Deiparæ cap. 8. sexti sæculi Scriptor, Mariam *commune propitiatorium* vocat. Noster vero sanctus Pontifex Gregorius „Magnus non modo pestilentiæ tempore Dei Matris gratiarum plenæ Imaginem tanquam Arcam Fœderis solemni „pompa circumferri curavit, atque ea „ratione exitialem luem admirandum „in modum avertit: verum etiam Serm. de Annunciat. eidem *Arcæ Sanctificationis* appellationem tribuit. Quo loco „est animadvertendum, quemadmodum „Jeremias Propheta c.3. v. 16. populo Judaico exitium eo tempore imminere „prænunciavit, quo Arca amplius non „coleretur, sed penitus neglecta jaceret: „ita nullum esse certius indicium perditionis homini cuidam aut toti Catholicæ Provinciæ imminentis, atque „si novi Fœderis Arcam Mariam venerari, atque ad eam confugere desinant. „Hujus rei funestum nobis præbet exemplum haud procul hinc sita montana regio nostra in hæresim olim lapsa,

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Sæc. XVIII
A. C. 1740

„hodie vero Deo & Maria juvantibus
„penitus fere expurgata, eaque de cau-
„sa providentissimi Principis mandato
„Mariæ cultus illis in locis rursus resti-
„tutus, atque velut Symbolum, quo
„veri Catholici fidem suam conspicuam
„præbeant, mandatus est. Quin & ipse
„Celsissimus Princeps atque supremus
„Pastor in allocutione quadam, Divi-
„nam Sapientiam atque ardorem un-
„dique spirante, ab eo habita de Ma-
„ria, hæresi illa adhuc grassante, cla-
„rissimum hoc testimonium pronuncia-
„vit: *Hujus solius patrocinio adscribendum*
esse, quod nos ab hac lue tam prosper
liberati simus. A nostris itaque tempo-
„ribus, atque a diverticulo hoc, quo
„argumento ita poscente ingressus fue-
„ram, revovo me rursus ad superiorem
„atque transitum facio ad septimum sæ-
„culum. Ea tempestate S. Pontifex
„Martinus I., ut videre est in Actis de
„ejus exilio, ita loquitur: *Quisquis hoc*
tam super omnem creaturam, & naturam
humanam absque eo, qui genitus est ex ea
venerabilem semper Virginem, Matrem vi-
delicet Domini nostri non honorat, atque
adorat, Anathema sit in præsenti sæculo
& in futuro. Execratio hæc non ad-
„eos tantum pertinet, qui Mariam igno-
„minia afficiunt, verum etiam ad illos
„qui eam ipso opere non venerantur, &
„nullos

„nullas ad eamdem preces fundunt. „Noſter quoque ſanctus Ildephonſus To- „letanus Archiepiſcopus Serm. 4. de Aſ- „ſumpt. Mariam agnoſcit eſſe *in omnibus* „*Auxiliatricem.* Octavo autem ſæculo „Germanus Conſtantinopolitanus Pa- „triarcha in Serm. de Zona ait: *Nullus eſt, qui ſalvus fiat, niſi per Te, o Sanctiſſima.* Ita & noſter ſanctus Joannes „Damaſcenus in Menæis Græcorum ex- „clamat: *Tu tanquam Regina veriſſimo dominatu potiris.* Si aliquando eveniat, „Reginam quamdam nullam revera in „regno gubernando partem habere, ſed „meram tantum dignitatem atque ho- „norem; facilius fiet, poſſe eam præ- „teriri, atque nullas ei preces offerri. „Verum ſi quæ Regina reipſa domine- „tur, atque regnum revera poſſideat, „longe utique alia hujus ratio eſt. Præ- „terea ab eodem S. Damaſceno in Pa- „racl. B. Virginis dicitur Maria *Mediatrix noſtra apud Deum, quam precari debemus, ut ab omni neceſſitate, atque ab æterno ſupplicio liberemur.* Accedimus „nunc ad nonum ſæculum, ſapientiſſi- „mus Idiota lib. de Virg. Maria in pro- „log. nos docet: *Per ipſam, & in ipſa, & cum ipſa, & ab ipſa habet mundus, & habiturus eſt omne bonum.* Itaque ſi bo- „num omne, quod mundus habet, per „ipſam atque ab ipſa proficiſcitur, col-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„ligere inde est necesse, oportere eam „summa cum veneratione invocare. De„cimo labente sæculo & undecimo in„eunte floruit sanctus Odilo noster Clu„niacensis Abbas, qui Mariam stellæ „maris, sive cynosuræ his verbis assimi„lat Serm. de Incarnat. *Quisquis hujus sæculi periculoso naufragio periclitatur, necesse est, ut ad contemplationem istius stellæ aciem mentis dirigat, per cujus meritum & gratiam se ab omni periculo liberari non dubitat.* Vides hic neminem excipi „cum nemo periculo vacet, neque tan„tum bonum & utile esse, ad eam con„fugere, sed & necessarium. Eodem „undecimo sæculo sanctus Petrus Da„mianus noster Episcopus & Cardinalis „Serm. de Nativit. ita Mariam alloqui„tur: *Fecit in Te magna, qui potens est & data est Tibi OMNIS POTESTAS in cœlo & in terra.* Quo loco voces „illas *omnis potestas* animadversione di„gnas censeo. Sanctus quoque Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus Ordinis nostri Sodalis lib. de excellentia „B. V. cap. 2. Mariam ita invocat, ejusque favorem ita sibi conciliat: *Cur non juvabis nos peccatores, quando PROPTER NOS in tantam celsitudinem es elevata, UT TE DOMINAM HABEAT, ET VENERETUR OMNIS PARITER CREATURA.* Quæ postrema verba „pla-

„plurimum mihi conſideranda videntur. Sæc. XVIII.
„Ejusdem ponderis ſunt, quæ idem ha- A. C. 1740.
„bet in oration. ad Beatam Virginem: *Sicut omnis peccator a Te averſus & a Te deſpectus neceſſe eſt, ut intereat, ita omnis peccator a Te reſpectus, impoſſibile eſt, ut pereat.* Inter duodecimi ſæculi „Scriptores melliſluus Bernardus no- „ſter, qui una cum Mariæ lacte verum „quoque ejus cultum imbibit, ita Mo- „nachos ſuos Serm. de aquæductu allo- „quitur: *Altius intueamini, Fratres, quanto devotionis affectu a nobis eam VOLUERIT HONORARI, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria, ut proinde, SI QUID SPEI IN NOBIS EST, SI QUID GRATIÆ, SI QUID SALUTIS, AB EA NOVERIMUS REDUNDARE.* Quare idem in Serm. „de Aſſumptione ita ait: *Opus eſt MEDIATORE ad MEDIATOREM (præcipuum ſcilicet, ſive Jeſum Chriſtum & Deum) nec alter nobis utilior, quam Maria.* Hic videre eſt, quo pacto Bern- „ardus urilitatem & neceſſitatem con- „jungat, quod noſtræ Concilii Triden- „tini, ad quod Adverſarii provocant, „explicationi magis confirmandæ inſer- „vit. Sanctus Richardus a S. Larentio „lib. 5. de laudibus Virg. Mariam auro- „ræ comparat, atque ita audacter pro- „nuntiat: *Sicut impoſſibile eſt, de tene-*

Sæc. XVIII. A. C. 1740

bris noctis venire ad lucem, nisi mediante aurora: SIC IMPOSSIBILE EST de tenebris vitiorum venire ad lucem gratiæ, NISI INTERVENTIONE MARIÆ. Hoc ipsum alia similitudine explicat lib. 5.: *Sicut corpus, nisi caput adhæreat, non potest capiti adhærere: sic qui Mariæ non adhæret vera dilectione non potest adhærere Christo, qui caput est sanctæ Ecclessæ.* Eadem hac similitudine utitur decimo tertio sæculo Albertus Magnus, qui sapientiam suam omnem singulari prodigio a Maria acceperat, Serm. 2. in Assumpt Virg.: *Sicut a capite*, inquit, *mediante collo in corpus descendunt omnia nutrimenta: SIC ET A CHRISTO PER VIRGINEM IN NOS VENIUNT OMNIA DIVINA DONA.* Hac eadem de re sanctus Bonaventura Doctor Seraphicus hæc severanter docet in speculo: *Cognoscat quod nemo possit esse pudicus, nisi dante Deo & MARIA INTERVENIENTE.* Quin & in Psalterio Virginis Psal. 111. ita ait. *Qui digne coluerit illam, justificabitur, ET QUI NEGLEXERIT ILLAM, morietur in peccatis suis.* Voces hæ, *qui neglexerit eam*, manifeste ostendunt, non tantum qui contemnunt & contumelia afficiunt, sed & qui durantaxat negligunt, sive curam ejus non gerunt. Sanctorum Patrum agnitio

„clar

„claudat ſanctus Thomas Aquinas, cu- Sæc.XVIII.
„jus veſtigiis, tanquam Angelico Do- A.C. 1740.
„ctori noſtro, alias nos inſiſtere oportet.
„Hic opuſc. 8. verba illa Eccleſiaſtici
„cap. 24. ad Mariam transfert: *In me omnis ſpes vitæ & virtutis*, Reſtat igi-
„tur, ut ſine Maria niſi eam veneremur
„& invocemus, nulla nobis ſpes ſuper-
„ſit, ut virtutem, vitam, & æternam
„felicitatem conſequi poſſimus.

„His ita conſtitutis firma mihi ſe-
„det ſententia ex perpetua hac teſtimo-
„niorum ſerie; atque ſanctorum Pa-
„trum, qui ſæculis omnibus floruerunt,
„conſenſu, certiſſimum argumentum du-
„ci, atque inde tanquam per non inter-
„ruptam traditionem ſatis nobis de-
„monſtrari manifeſtam Dei voluntatem
„atque præceptum, ut Mariam venere-
„mur & invocemus. Quodſi adhuc
„quiſpiam exiſtat, qui hactenus dictis
„nondum acquieſcat, ſed præceptum
„ipſum ſibi oſtendi cupiat: etſi ſuper-
„vacuum videri poſſit, difficile mihi
„non erit eidem ſatisfacere. Ad pri-
„mum igitur ſæculum rurſus redeo, &
„quidem ad ipſum crucis lignum, &
„Servatorem noſtrum ex eo pendentem,
„ubi hic ad Mariam Matrem ſuam con-
„verſus, Joannem verbis illis, quæ ora-
„tionis hujus argumentum mihi præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„buerunt, usus est: *Ecce Mater tua!* „Christum vero non Joanni tantum, sed „in Joanne Christianis omnibus Matrem „dedisse Mariam, præter alios docent „sanctus Rupertus Tuitiensis in Joann. „lib. 13. & sanctus Bernardus noster „Serm. 2. super signum magnum. Quid „quid vero hujus sit, nemo certe igno„rat, Mariam a sanctis Patribus omni„bus ut Matrem nostram agnitam & in „honore habitam fuisse. Hinc sanctus „Athanasius, quarti sæculi Scriptor, „de illa ait: *Ista nova Eva Mater vitæ appellatur*; Epiphanius vero hæres. 78 *facta est*, inquit, *Mater viventium*. His „consentiunt Hieronymus in Epistola „sive Sermone de Assumptione, atque „Augustinus Serm. de Assumpt., eam„dem *Matrem Gentium* appellantes. Pe„trus Chrysologus Serm 140. Mariam „*Matrem viventium* vocat. Idem Serm. 146. ait: *Maria Mater vocatur, & quando non Maria Mater?* Haud aliter san„ctus Joannes Chrysostomus in Litur„gia Mariæ intercessionem, ut *Matris Dei & omnium Sanctorum* quærit. U„innumera alia sequentium Patrum lo„ca prætermittam. Bonaventura testa„in speculo, ipsa est *Mater omnium fide„lium universalis*. Quin & Catholica Ec„clesia ipsa Matris appellationem in „compluribus precibus ei tribuit, atque „præ-

„præſertim in Antiphona *Salve Regina* „ſalutat eam ut *miſericordiæ Matrem.* „Neque tamen ſuſpicari velim, quem„quam eorum, qui cetera mihi adver„ſantur, Matris hanc appellationem in „dubium vocare velle, ut plane fas mi„hi eſſe exiſtimem, iis Evangelii verbis „unumquemque alloqui: *Ecce Mater tua.* „Quæ cum ita ſe habeant, facile eſt in„victam conſecutionem hoc pacto inde „elicere. Quemadmodum Chriſtus ſan„ctiſſimam Matrem ſuam ſummo honore „eſt proſecutus, ita & Joanni, cui eam„dem verbis illis Matrem tradidit, idem „pariter ſine ullo additamento præce„pit, ut eſt e ſancto Cyrillo in Joann. „cap. 19. obſervatum: *Commendavit Chriſtus Matrem Diſcipulo, ut officium filii in eam ſervaret, Matrem ſimiliter admonuit, ut parentis in Diſcipulum auctoritatem haberet.* Quare cum Maria, ea qua „diximus ratione, Mater quoque ſit om„nium eorum, qui Chriſtum vere co„lunt: admodum folliciti de præcepto „alio eſſe non debemus, cum ipſa na„turæ lex officii noſtri nos admoneat, „ut obſequium noſtrum, quemadmo„dum filios decet, ei exhibeamus, at„que ad ejus tutelam, veluti Matris no„ſtræ, confugiamus. Conſecutionem „hanc jam pridem ante me vidit cele„bris noſter Abbas Guerricus Igniacen„ſis,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„sis, qui circa sancti Bernardi tem-
„pora floruit. Ait itaque ille Serm. de
„Assumpt. Mariæ: *Vide autem si non et*
filii Matrem videntur agnoscere dictam
ipsis veluti quadam naturali pietate fili
ut ad invocationem ejus Nominis primo et
maxime refugiant in omnibus necessitatibus
& periculis, tanquam parvuli ad sinum
Matris. Postquam nimirum Maria fide-
„non dubia pro Matre nostra est habe-
„da, consequitur utique dictante id na-
„turæ lege, eam venerandi & invocan-
„di præceptum. Fuit illud non modo
„Dei digito Moysis tabulis insculptum
„sed & animis nostris a rerum omnium
„Conditore insitum: *Honora Patrem &*
Matrem. Huic vero præcepto satis non
„fit, si Parentes non contemnamus: ve-
„rum vox illa *honora* eam potestatem
„habet, atque si diceret, *exhibe Pari-*
tibus, quæ decent obsequia; committe
eorundem potestati & tutelæ; illis demum
„ut filius confide. Hoc igitur officium
„si filii est erga terrenam matrem: quan-
„to majus erit erga eam, quæ est Sal-
„vatoris Mater, atque majore, inen-
„plicabili, minimeque ceteris matribus
„comparando amore liberos suos prose-
„quitur, eorumque curam gerit? Quam
„propter Celsissimus *PRINCEPS* noster
„in commendatissima Oratione sua in
„memoriam revocat verba illa S. Pon-
„tifi-

„tificis nostri Gregorii VII. ad Mathil-
„dem Comitem lib. 1. ep. 43.: *Invenies eam, indubitanter promitto, omni carnali Matre mitiorem & promptiorem in tui dilectione.* Quis igitur adhuc inficiari
„audeat, magis nos naturæ & divina
„lege urgeri erga cælestem atque indul-
„gentissimam Matrem, quam erga ter-
„renas illas, quæ carne nos genuerunt?

„Ut propius ad finem accedam, de
„me ipso profiteor, nisi ipso opere San-
„ctos venerarer atque invocarem, præ-
„cipue vero Matrem nostri amantissi-
„mam & apud Deum omnipotentem,
„atque si hi omnes pro me non interce-
„derent, nullam spem æternæ felicita-
„tis consequendæ mihi superfuturam
„esse. Conscius mihi quidem sum, in-
„firmiorem me & ceteris magis reum
„esse: nollem tamen statum hunc meum,
„miserandum licet, ullo modo cum alio
„commutare, quisquis is demum esset,
„& quantacunque pietate & virtute cu-
„mulatus videretur, qui Mariæ vene-
„rationem & invocationem præter-
„mitteret. Nullus quippe ad culmen
„veræ pietatis & felicitatis pervenire
„potest sine illa, quæ juxta jam recita-
„tum Chrysostomi dictum omnium San-
„ctorum est Mater, & quam a Christia-
„næ Religionis exordio Sancti omnes

„ve-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„venerati ſunt atque invocarunt. In
„que neminem mecum expoſtulatur
„confido, quaſi juſtos limites de Mar
„locutus exceſſerim, quum ſingula a
„dicta ex ſanctis Patribus hauſerim,
„numeraque alia adjicere poſſem,
„nemo unquam ſatis de ea dicturus
„Spectabiles certe Marianos & Acad
„micos Auditores meos non modo
„tentiæ meæ non repugnaturos exi
„mo, verum etiam indubia ſpes
„eſt, eos juxta concepta votivæ
„mulæ verba magno ardore curatur
„ut Mariæ honorem adhuc magis am
„ficent & tueantur, aliosque ad id
„bis illis provocent: *Ecce Mater*
„Interea eandem virorum Chriſtian
„rum omnium nomine cum Catholi
„Eccleſia ita invoco: *Monſtra Te*
Matrem, ſumat per Te preces, Qui
nobis natus tulit eſſe Tuus. Amen.

§. XI.

Varium de hac oratione judicium.

Quamprimum habitæ hujus oratio
fama per urbem inſonuit, div
ſum pro affectuum diverſitate de illa e
judicium; lætabantur non pauci, C
ticorum audaciam fuiſſe repreſſam, M
ratorii opiniones confutatas, & B.
cultum vindicatum: alii vero & præ

pue famosi illi Critici, se hoc Oratoris factum nullatenus probare, non una occasione testabantur: erat de hoc in compitis triviis inter ipsas etiam mulierculas & ancillas frequens sermo, & non raro (uti fieri amat) Oratori, quæ nequidem somniaverat, non pauca affingebantur. His ipse permotus suam Concionem ad plurimorum, qui ab hominibus semidoctis, quorum aliqui Theologiam nec a limine quidem salutassent, de Religionis capitibus in Doctores veteranos sententiam ferri indignabantur, petitionem publicis typis, & quidem Salisburgensis Typographi Academici literis excudi fecit, notasque sequentes adjecit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Nulla nos necessitate aut lege esse „obstrictos ad Mariam & Sanctos invo„candos, nuper tanquam rem peculiari „animadversione dignam proposuit Lu„dovicus Antonius Muratorius in suis „*sacris Exercitationibus, capite de S. Amore „Jesu pag.* 220. cui ob partam sibi apud „multos existimationem alii quoque ac„cesserunt. Nec diffiteor, complures, „qui de Religionis controversiis scripse„runt, ex recitato Concilii Tridentini „Decreto contendere, nullum exstare „de Sanctorum invocatione mandatum, „sed eam utilem tantum & bonam esse.

„Ve-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Verum, cum animadverterim, eos tan-
„tum sollicitos esse, ut hæreticorum in-
„nos maledictis, qui idololatriæ nos ac-
„cusant, adimuntque Sanctis vim omi-
„nem nobis auxiliandi, obviam irent,
„diligenti tamen hujus rei examine non
„instituto; atque præterea cum perce-
„perim, doctrina illa temere in vulgus
„sparsa quosdam offendi: laborem mihi
„doctrinæ hujus accuratius disquire-
„dæ detractandum esse non putavi,
„quin & fas mihi esse arbitratus sum
„eadem libertate, qua Muratorius, ut
„id quod sentio tam e superiore loco
„quam publicis typis ad multorum pe-
„titionem palam faciendi.

„Argumentum e contrario, ut le-
„gitimum, & ad recte arguendi lege
„sit conformatum, oportet, ut ex du-
„bus adversantibus sententiis, quarum
„utraque simul sibi constare non possit,
„una quidem probetur, unde necessario
„fit, ut, quæ illi adversatur, rejecta
„esse videatur. Est enim Dialecticorum
„atque jure consultorum placitis, teste
„Tabor *in locis communibus V. contrarium*
axiom. 10. id receptum. Itaque cum
„*utile* atque *necessarium* sibi e regione con-
„adversentur, atque eadem de re sine
„ulla repugnantia dici possint: conse-
„quitur inde nihil ex Tridentini Concilii
„

„lii verbis confici. Ajunt siquidem illi, „invocationem Sanctorum *bonam & utilem* esse, unde non fit, eam non esse „*necessariam*. Posset idem exemplis multis e Romano jure, & Ecclesiæ Decretis illustrari, nihil scilicet esse infirmius hac arguendi ratione. Unicum in medium afferam, rei nostræ „valde affine. Tridentinum Concilium *Sess.* 13. *de Eucharistia Can.* 7. eos tantum damnat, qui affirmant: *non licere, „ut Euchristia ad infirmos honorifice deferatur*. Nemo tamen est inventus, qui „ex his verbis collegerit, *licere* tantum „Eucharistiam honorifice ad infirmos „deferre, minime vero id *necessarium* „esse, aut lege *mandatum*. Hinc lux „magna ad rem propositam accedit. Verum quidem est, Concilium locis aliquot utraque de re dixisse, utile & bonum id esse, nulla necessitatis facta „mentione: at nullibi in Concilio scriptum invenies, idem *utile tantum esse*, „aut *solum licere*, velut illi, qui in alia „omnia eunt, existimant.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Possent & complura exempla afferri, Ecclesiam, ubi aliquod credendum „proponit, non vetare tamen, ut ulterior fiat inquisitio aut disputatio. Constat id ex *Sess.* 14. *Conc. Trid. de Sanctissimo Pœnitentiæ Sacramento Can.* 7.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ubi definiunt Patres in Exomologesi „explicandas *circumstantias*, *quæ speciem* „*mutant*. Neque tamen eorum sententia „adhuc est rejecta, qui putant eas et„tiam *circumstantias* nos explicare oportere, quæ *intra eandem speciem notabi*„*liter aggravantes dici solent.*

„Qui Concilium ipsum percurrerit, „ejus Decreta verbis hæreticæ doctri„næ ex adverso pugnantibus esse con„formata, veluti illud est, quod de „Viatico ad infirmos honorifice deferen„do a nobis superius est allatum.

„In Tridentini Concilii Decreto de „invocatione Sanctorum *cit. Sess.* 25 „quod ab adversantibus objicitur, man„feste animadvertitur, hæreticos dum„bus de caussis venerationem & invo„cationem Sanctorum non probare: „primum, quod illa impia sit, Deique „legibus repugnans, & Christi honori „injuriosa idololatria; deinde quod stul„tum id sit facere, inutile & superva„cuum. Ajunt enim primo loco: *eorum* „*invocationem esse idololatriam*, vel pugna„re cum verbo Dei, adversarique ho„nori unius Mediatoris Dei & hominum „Jesu Christi. Atque iterum: *Stultum esse in cælo regnantibus voce vel mente supplicare, sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis im-*

plo-

petrandæ caussa Sanctorum memorias frustra frequentari. Quare verbis e regione „his oppositis definit Concilium: *bonum atque utile esse, suppliciter eos invocare.* Duo scilicet statuit Concilium; unum non modo impium non „esse, sed & *bonum;* alterum non modo „stultum & inutile non esse, sed & *utile* „suppliciter eos invocare. Ceterum, „cum Concilio propositum fuerit hæreticorum dogmata verbis ex adverso „pugnantibus damnare, mentio ab eo „facta non est de eorum doctrina, qui „necessum & mandatum esse arbitrantur Sanctos invocare, quasi ea Concilio non probaretur. Quin tota loci „hujus aliorumque sententia perpensa, „in eam potius Concilii Patres propendisse videntur.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Latina Professionis fidei verba *Sanctos venerandos & invocandos esse*, haud „ita explicari possunt, Sanctos in honore habere & invocare *licere*, sed formula hæc loquendi, si vulgatam consuetudinem spectes, id omnino *oportere* „significat.

„Sanctos in cælo regnantes electos „& constitutos esse ad preces nostras „Deo offerendas non tantum ex perpetuo, ab ipso usque exordio Ecclesiæ,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„more constat, sed & ex perspicuo loc
Apoc. cap. 5. *v.* 8. *& cap.* 7. *v.* 3. *&* 4.

„Est a me in Commentario meo i
„jus Canonicum ad titul. *de Reliquiis &*
„*veneratione Sanctorum* per sæcula singu
„la eundo pluribus demonstratum, SS
„Patres, atque universam Catholica
„Ecclesiam magnopere & constanter
„curasse, ut honos Sanctis haberetur
„atque eorum apud Deum intercessione
„quæ nobis necessaria aut proficua sun
„obtinerentur.

„Dies Sanctorum honori ab Eccles
„consecrati satis aperte demonstrant
„mandare Ecclesiam, ut Sanctis hono
„rem habeamus diligenter audito Mis
„sacrificio, & manuum labore omiss
„quo honore, & eorum apud Deum p
„trocinium & favorem nobis prom
„rebimur.

„Ex antiquissimo testimonio Euseb
„Alexandrini pronum est conjicere, co
„Deus distributionem hanc in varios
„gradus atque œconomiam instituer
„cujus ope per Sanctorum intercess
„nem preces nostræ impleantur, nempe
„veluti Eusebius ait, ut Deus *preces no*
„*stras caducas admittat.*

„Post hæc scripta incidi in testim
„nium Patris cujusdam, qui de Mart
„idem

„idem pronunciavit primo post Christum sæculo. Is est Dionysius Areopagita, qui Virginem Dei Matrem *Mediatricem omnium* appellare solet, ut ex „Revelationibus S. Brigittæ l. 4. cap. „103, videre est. Etsi vero Revelationes hæ inter Religionis nostræ capita „non referantur, magni tamen ponderis sunt, & fide dignissimæ.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Ipsi Ecclesiæ Patres, Mariam ad „Redemtionis nostræ opus perficiendum sociam operam junxisse, docent, „quod non tantum ex allatis Irenæi, „Tertulliani, Origenis, aliorumque locis colligitur, verum etiam ex aliis „apud Maraccium obviis *in Polyanthea „Mariana V. Recuperatrix, Redemtrix, „Salvatrix &c.* ubi quodam pacto Redemtrix vocatur. Ea scilicet ratione „Maria est Redemtrix, quod cum divinæ voluntati per Angelum sibi patefactæ fuerit obsecuta, & Servatorem nostrum in utero gestaverit, multum ad „redemtionem nostram contulisse videatur. Quemadmodum vero Deus jussit, ut Servator per Mariam ad nos redimendos in lucem ederetur; ita & „tanto honore eam affecit, ut oporteret nos ad Deum ipsum atque ad æternam felicitatem per Mariam pervenire, ut est egregie ab Augustino ani-

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„madversum *Serm.* 35. *de Sanctis*: Per *istam*, inquit, *Deus descendit in terram, & per istam homines ascendere merentur in cœlum.*

„Magnum utique est inter Sanctos „ceteros & Mariam discrimen. Locus „est hac de re memorabilis apud Idiotam „tam *in præfat. contempl. Mariæ* in hanc „sententiam: *Ceteri Sancti jure quodam patrocinii pro sibi specialiter commissis pro possunt prodesse in curia Altissimi, quasi pro alienis; beatissima vero Virgo Maria sicut est omnium Regina, sic & omnium Patrona & Advocata, & cura est illi de omnibus.* Quare cum nostrorum omnium „cura & patrocinium ei a Deo sint com„missa, necessum pariter est, ut eam „præcipue & singilatim veneremur, ac „que invocemus.

„Salazar *in Proverb. cap.* 8. apte „docet: *Illum, qui Virginis opem & auxilium sibi adesse non petit, haud poterit longo tempore lethalem culpam effugere.*

„Non sine ingenti admiratione per„cepi, non probare aliquos, ut Mater „*Mater Misericordiæ* appelletur, quin „ipsam Antiphonam *Salve Regina*, ubi „appellatio hæc Mariæ tribuitur, reje„cere. Verum, cum Catholica Eccle„sia Antiphonam hanc a S. Germano

„Con

„Contracto adinventam usu receperit, Sæc. XVIII.
„& quotidiano Cleri penso inseruerit, A.C. 1740.
„ignorare me plane profiteor, qua ra-
„tione liceat quibusdam ei repugnare.
„Præsertim, cum plures alii & probati
„Patres eidem consentiant. Etenim
„Richardus Victorinus *in Cant. cap.* 23.
„ait: *Ad Te ergo, MATREM MISE-
RICORDIÆ, Matrem miserorum cla-
mant exules filii Evæ.* Testatur quoque
„ante annos quingentos morem hunc
„ab universa Ecclesia fuisse receptum
Guillelmus Alvernus his verbis: *Quam
MATREM MISERICORDIÆ & Re-
ginam pietatis vocat, imo clamitat omnis
Ecclesia.* Eadem invenias apud sanctum
„Bonaventuram lib. qui inscribitur *Vi-
„ginti quinque mirabilia*, atque Taulerum,
„*in præparatione ad felicem mortem*, alios-
„que. Non ignoro, Petrum Martyrem
„hæreticum hominem, ea de caussa ap-
„pellationem hanc improbare, quod hæc
„solius Dei sit, qui 2. *ad Corinth. cap.* 3.
„vocatur *Deus Pater misericordiarum.*
„Verum argumenti hujus infirmitas vel
„inde colligitur, quod licet Maria *Luc.*
„*cap.* 1. *vers.* 28. & Stephanus *Actorum*
„6. *vers.* 8. *gratia pleni* appellentur, id
„tamen *Joann. cap.* 1. *vers.* 14. Christo
„adscribatur. Huic persimile est, quod
„apud *Joannem cap.* 8. *v.* 12. legitur,
„ubi Christus dixisse ait: *Ego sum lux*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

mundi, etsi Matth. cap. 5. v. 14. Apostolos ita alloquatur: *Vos estis lux mundi*. „sæpe enim eadem appellatio Deo & „Sanctis, tanquam sedulis Dei imitatoribus, tribuitur, juxta illud *Matth.* „*cap.* 5. *v. ult.* *Estote perfecti*, *sicut* & *Pater vester perfectus est.* Discrimen tamen quilibet agnoscit. Sane quis repugnabit, Mariam, quæ misericordissima est Mater, *Matrem misericordiæ* appellari posse, cum Sapiens *in Ecclesiastico cap.* 44. *v.* 10. homines misericordes *viros misericordiæ* appellet? Exstat & in Collect. Conciliorum Harduini *to.* 9. *p.* 1974. *lit. C.* definitio, eorum arguens, qui ita sentiunt: *Non recte aut pie ab Ecclesia canuntur illæ orationes*, *SALVE REGINA MATER MISERICORDIÆ*, *REGINA CÆLI: AVE MARIS STELLA.*

„Etiamsi vero quis de appellationis „hujus *Matris misericordiæ* justitia dubitare pergat (gravis licet caussa nulla „subesse possit, cur indulgentissimæ Matri nostræ honorem hunc negemus, atque „que universæ Ecclesiæ morem jure reprehendamus, quorum utrique, æquitas potius postulat, ut faveamus) de „nullo tamen Catholico homine suspicarer, Mariam ab eo pro *Matre nostra* „non haberi. Hic certe, ubi Celsissimus

„mus & Reverendissimus PRINCEPS „& summus PASTOR noster in com- „mendatissima Oratione sua vehemen- „ter est hortatus, ut fiduciam nostram „in Maria, tanquam Matre amantissima „figeremus: nemo certe erit, qui no- „vam, & Catholicis auribus peregri- „nam invehere conetur. Quare immo- „tum adhuc est, quod supra posui, nos, „quod Maria Mater nostra sit, ad eam „in honore habendam, atque ut ad ma- „ternum ejus patrocinium confugia- „mus, lege constringi. Postremo ope- „ræ pretium duxi, ea, quæ ab adver- „santibus opponi possunt, addita respon- „sione in medium proferre.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Objectiones.

I. „Ostendi non posse, quosnam „præcipue Sanctos, vel II. quando, „& quam sæpe invocare oporteat, & in „honore habere. E contra III. posse „aliquando accidere, ut qui Mariam, „Sanctosque ceteros nec veneretur nec „invocet, æternam tamen felicitatem „consequatur. Veluti si puer, rationis „usum adeptus ad Deum solum ut finem „ultimum se converteret, & paulopost „vita excederet; hic utique ad salutem „perveniet. Idem de illo sentiendum, „qui toto vitæ suæ cursu Dei & Ec- „clesiæ mandata atque adeo & dies

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Sanctis sacros servaret, nullum te
„men Sanctorum invocaret, aut eo
„rum meminisset; atque de alio, qu
„cum vitam scelerosam duxisset, ne
„unquam bonis operibus vacasset, ne
„pisceret tamen, antequam animam e
„flaret. Par ratio ejus est, qui a
„solutissimæ pietatis genus consectatu
„summas tantum virtutes, fidem sc
„cet, spem & Dei amorem sibi exerce
„das esse putaret, Deoque soli adhære
„dum. Quemadmodum etiam IV. n
„ficiari non posse, licere nobis prec
„nostras nullo intermedio ad Deum p
„sum fundere. Christum enim ipse
„V. Nullam nos aliam, quam Domi
„cam precationem docuisse. Tant
„præterea esse, atque immensum a
„erga nos Dei amorem. VI. ut a no
„absque ullius præter Christum Med
„toris necessitate exorari se patiat
„Quodsi Mediatoris & Advocati app
„lationem, quæ in scripturis ei soli t
„buitur, VII. aliis quoque communi
„facere velimus, injuriam fieri insign
„Christi dignitati. Ait enim Apostol
„1. ad Timoth. cap. 2. v. 5. *Unus e*
Deus, unus & Mediator Dei & homi
Christus Jesus. Cui & illud consona
„Joan. cap. 2. v. 1. *Advocatum habe*
apud Patrem Christum Jesum.

Respo

Responsiones.

Sæc. XVIII.
A.C. 1740.

„Antequam ad singula accedam, „monere me oportet, adversantium ar„gumenta pleraque evincere, nos, ut „vel Christum ipso opere veneremur „aut invocemus, lege non constringi. „Cuperem mihi etenim ab iisdem ex„plicari, quando & quam sæpe id facere „oporteat, sive is sit puer, sive scelero„sus, aut absolutissimæ pietatis confe„ctator, qui in ipso mortis articulo „Deum quidem diligeret, Christi tamen „non meminisset, aut quæ de Christo „revelata sunt, crederet quidem, & „mandata servaret, nullas tamen ad „eum preces funderet, sed in solo Dei „amore se exerceret. Licet enim, si „posita sibi constent, suppliciter sine ul„lo intermedio ad Deum accedere, cum „a Christo Dominicam precationem do„cti simus. Attamen, ut singula per„sequar, respondeo ad I. oportere nos „Sanctos omnes ea, qua diximus ra„tione, tanquam in Regno gerendo so„cios sibi a Deo adscitos venerari & o„rare; quemlibet vero tutelarem An„gelum suum, aut eum Sanctum, cujus „patrocinio peculiariter fuerit commis„sus, aut ejus præsentem opem sit ex„pertus, præ ceteris autem Mariam, „ut ex Idiotæ loco colligitur. Exstat

„S.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„S. Ambrosii *lib. de vid.* de Angelis d
„ctrina: *Obsecrandi sunt Angeli pro n*
bis, qui nobis ad præsidium dati su
„Ad II. multa sunt præcepta, quib
„certus quidam numerus aut tempo
„non sunt constituta, veluti de fide
„spei, Dei amoris & Christi invocat
„nis actibus eliciendis, etsi vera s
„præcepta. Oportet scilicet quemlib
„quo quisque statu sit, perpendere, n
„que diutius virtutum harum exerci
„tionem intermittere, atque instan
„peccandi discrimine his se præsidi
„munire. Idem de Mariæ & Sanc
„rum invocatione dicendum. Neces
„tas enim & pericula, quibus perpet
„sumus expositi, officii nostri, ut n
„cessariam opem quæramus, admon
„bunt. Ecclesia quoque Catholica
„in Sanctorum & præsertim in Cæ
„rum Reginæ honorem festis diebus
„precationibus institutis, immemo
„nos muneris nostri esse non patit
„Ad III. fateor quidem, aliquando e
„tra ordinem accidere posse, ut is, q
„Mariam & Sanctos nunquam invoc
„verit, ad æternam felicitatem pe
„nire possit, præsertim, si, ut positum e
„repentina morte quis occupetur. B
„de tamen nullo pacto conficitur, n
„exstare ea de re mandatum, cum sa
„constet, alia quoque esse mandat

„qu

„quæ licet oblivione, ſive ſuperveniente „morte, ſive ob impedimenta alia ope„re non impleantur, id tamen æternæ „ſaluti non officiat. Tunc enim obtinet „quidem præceptum vim ſuam, etſi ali„quando extra ordinem, qui id non ſer„vat, nullius criminis reus ſit. Mirum „itaque mihi videtur, Muratorium, do„ctum virum, loco a me recitato, tan„quam rem peculiari animadverſio„ne dignam in univerſum monere, ne„ceſſe non eſt aut præceptum, Mariam „& Sanctos invocare, etſi nulla ad id „confirmandum argumenta proferat, „niſi quod aliquando ſine invocatione „illa ſalutem conſequamur. Hæc vero „arguendi ratio a jure conſultis nequa„quam probatur. *L.* 80. *ff. de Regulis ju„ris. cap.* 34. *eod. in* 6. Quare priori „meæ ſententiæ firmius adhuc adhæ„reo, oportere nos Mariam invocare „ſuppliciter, ſine qua nemo ſalvus fieri „poteſt, ea ipſa de cauſſa, quod SS. „Patres uno conſenſu manifeſte doceant, „neminem ſine Mariæ interceſſione cæ„leſtem gloriam adipiſci poſſe, atque „iis ipſis, quæ poſita ſunt, evenienti„bus, Maria tanquam Advocata ex ſu„perabundanti miſeratione ſua ſalutem „æternam illis hominibus impetret. Ce„terum, quod de illo objicitur, qui San„ctorum nullum aut Mariam reſpiceret,

„eſſet

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„esset hæc non excusabilis inertia, &
„quæ gravi culpa non vacaret, præse-
„tim cum ad id agendum quotidian
„pericula nos admoneant, atque ip
„Catholica Ecclesia suo exemplo perp
„tuo urgeat. Multo minus si officium
„hoc negligatur, ad absolutam pieta
„tem quis pervenire posset. Hactenu
„enim Sancti omnes tum in hac vita
„gentes, tum in cælo degentes arde
„tissime Mariam venerati sunt, & inv
„carunt. Hinc, ut dictum, Maria
„Chrysostomo *Mater omnium Sanctorum*
„appellatur. Mira itaque ejus San
„esset pietas, qui nescio quo sublim
„spiritu actus, Mariam & ceteros San
„ctos præteriret, & nimium arrogan
„confidentia familiarius cum Deo age
„vellet. Ad IV. Etsi vetitum non
„ad ipsum Deum sine ullo interme
„preces fundere, oportet tamen sæpi
„Mariam & Sanctos præter eum inv
„care, illosque orare, ut Deo O. M.
„firmas exilesque preces nostras, qu
„ad ipsum fundimus, offerant, & co
„mendent. Eodem pacto ad V. sol
„potest, quod de Oratione Dominic
„dicitur, nisi fateri velimus, necessa
„non esse, Christum ipsum invocar
„quod nulla ejus in Oratioue Domini
„mentio fiat. Quod superest, cum Chr
„stus in eadem precatione nos doceat

„ut cæleſtem *Patrem* veneremur, inde „quoque colligere pronum eſt, oportere, „ut *cæleſtem* quoque *Matrem* decente ra„tione in honore habeamus. *Honora „Patrem & Matrem.* Unum monendum „reſtat, ſimpliciores præſertim reſpi„ciens, vix ſolere hos quidem, cum „dies Sanctorum honori ſacros cele„brant, ad Sanctos attendere, aut, ut „in ſcholis loquuntur, *reflexe* ad eorum „honorem eos dies ſervare. Neque ta„men dubitandum eſt, velle eos reve„ra, feſtos dies, quos Sanctorum ho„nori conſecratos eſſe non ignorant, pro „officii ſui munere ſervare, atque adeo „Sanctos in honore habere. Etenim „nullus erit, ſi ea de re interrogetur, „cur Miſſæ ſacrificio ea die interſit, id„que ſæpe magno cum incommodo, „præcipue ſi templum longe ſit ſitum, „atque a manuum labore abſtineat, nul„lus, inquam, erit, qui non reſpon„deat, id agere ſe, quod dies illa San„cto cuidam ſacra, & ſervari præcepta „ſit. Itaque volunt hi revera atque ip„ſo opere hac ratione diem feſtum & „Sanctos venerari, etſi huic *voluntati*, „quæ *directa* dicitur, & ex qua opera „noſtra omnia, quæ deliberate fiunt, „proveniunt, peculiarem illam, quæ „*reflexa* audit, non ſuperadjiciant, quod „& quotidie, etſi revera munus noſtrum

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„im-

Sæc XVIII. A. C. 1740.

„implere velimus, nobis accidere con-
„ſtat. Hac itaque ratione fit, ut
„præcepto ipſi Sanctos venerandi &
„vocandi ſæpe fiat ſatis, cum venerat
„ipſa vim habeat Sanctorum favorem
„nobis conciliandi. Ad VI. Quod
„immenſa Dei erga nos bonitate obje
„tur, ea vel inde apparet, quod,
„preces noſtræ, immerentes licet,
„citius impleantur, eos nobis tamq
„potentes Advocatos, quales San
„ſunt in cælo, & præ omnibus Maria
„conſtituerit. Bonitatem vero ſu
„hactenus nobis oſtendit, ut tamen
„mul Sanctorum, quos ipſe honorat,
„eſt apud Joannem cap. 12. v. 26.
norificabit eum Pater meus, tantoque m
„gis ſanctiſſimæ Matris ſuæ honorem
„ge edita impoſuerit. Ad VII. Poſ
„mo ſane non capio, quid in men
„venerit illis, qui mihi adverſantur,
„argumento, jam pridem a Catholi
„Scriptoribus ſoluto, quo hæretici
„nerationem & invocationem San
„rum impugnant, uti voluerint. Ve
„ſimum quidem eſt, Chriſtum ſol
„eſſe, qui præcipuus Mediator ſit,
„qui infinito merito ſuo pro reatibus
„ſtris ſatisfecerit, qualis nullus eſt,
„que etiam eſſe poteſt. Neque tam
„inde fit, ut Mariæ & ceterorum San
„ctorum tanquam Advocatorum
„dia

„diatio, excludatur, nisi hæreticis per- Sæc. XVIII.
„mittere velimus, eos nullo modo pro A. C. 1749.
„nobis orare, & frustra invocari. Sane
„qui pro alio orat, hic utique medius
„est inter utrumque, & Mediator vo-
„cari potest. Hac de caussa Maria pri-
„mo Ecclesiæ sæculo a Dionysio Areo-
„pagita, testibus Brigittæ Revelatio-
„nibus jam recitatis, atque ab Epipha-
„nio, quarto sæculo, *cœli & terræ Me-*
„*diatrix* appellatur. Quinto vero sæ-
„culo Basilius Seleucus orat. in annunc.
„Mariam ita alloquitur: *Ave, quæ inter*
„*Deum & homines Mediatrix intercedis.*
„Huic respondent loca ex Joanne Da-
„masceno & Bernardo a me superius al-
„lato, quibus Maria dicitur *Mediatrix*
„*ad Mediatorem.* Consentit Guerricus
„Igniacensis Serm. 1. de Assumpt. *Ni-*
hil, inquit, *supra se Mediatrix nostra Ma-*
ria nisi Mediatorem solum. Hac igitur ra-
„tione Maria quoque Advocata nostra
„est, quam ei appellationem dederunt
„secundo sæculo Irenæus, pluresque
„alii Patres, veluti quarto sæculo S.
„Ephrem in Lament. sanctiss. Dei Geni-
„tricis prope crucem stantis. Atque
„præterea noster Hermannus Contra-
„ctus in Antiphona *Salve Regina* ab Ec-
„clesia recepta & præcepta, S. Bona-
„ventura lib. 3. sent dist. 3. item cit. lib.
„qui inscribitur, *Viginti quinque mirabilia*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Memorabile vero est, atque a me non „prætermittendum S. Thomæ Villano „vani Concion. 3. de Annunc. testimo „nium: *Opus enim est*, inquit, *habere Matrem Advocatam ad Filium.* Quid ve „ro inde Servatoris aut Dei honori de „minimum decedat, plane non intelli „go, cum invocatio omnis & honor Ma „riæ atque Sanctorum ad Servatorem „nostrum ipsumque Altissimum dirigi „tur, gratiasque omnes, ipsamque æ „ternam felicitatem ab ipso solo, ora „tibus tamen & intercedentibus Sanc „tis, exspectemus, atque proinde San „ctos Deo carissimos, & præ ceteris glo „riosissimam Matrem suam venerando „nil aliud quæramus, quam majorem „Dei honorem, & ut ejus sanctissima „voluntas impleatur. Hinc Leontius „lib. 5. Apolog. contra Judæos, cujus „scripta in altero Nicæno Concilio Act. „4. probata fuerunt, ait: *Qui Mariam colit, Deum ipsum colit, qui Matrem illius adorat, ipsi honorem assignat.* In „eandem sententiam scribit Bernardus „homil. 4. de adventu Domini: *Non dubium, quidquid in laudibus Mariæ proferimus, ad Filium pertinere, & rursum cum Filium honoramus, a gloria Matris non recedimus.* Hic idem mellifluus Doc „tor cautionem omnem adhibuit, ne „honorem ullum Mariæ tribueret, qui

„in divinitatis injuriam cederet. Qua-
„propter Epist. 174. conceptis verbis ait: *Honor Reginæ judicium diligit; Virgo Regina falso non gaudet honore, veris cumulata honorum titulis.* His tamen permo-
„tus non est idem Bernardus, ut eam
„sibi Mediatricem ad Mediatorem ap-
„pellare licere non putaret, pluribusque
„locis aliis, quorum aliquot in oratione
„mea adduxi, clarissime doceret, nos
„sine Mariæ intercessione ad salutem æ-
„ternam pervenire non posse. Unum
„mihi supereſt animadvertendum, si ut
„Mariam Sanctosque venerari & invo-
„care præcepto quodam cogamur, di-
„vino honori adversaretur: id sane nec
„Deus ipse lege edita nobis posset im-
„ponere. Verum, amabo, quis hoc affir-
„mare unquam ausurus est? Ego qui-
„dem existimo, hominem hujusmodi
„Dei omnipotentiæ nimis angustos fines
„præscribere. Ruit itaque funditus eo-
„rum, qui mihi adversantur, argumen-
„tum, atque immotum restat, quod po-
„sui, oportere nos Sanctos & præcipue
„Mariam venerari & invocare.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

§. XII.

Novi motus inde concitati.

Nunquam libellus majori aviditate ab omnis conditionis hominibus coe-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

mebatur, quam hæc oratio: inde ve
tanta in plebe potissimum commotio,
res vix non ad seditionem spectare
deretur: affingebantur noctu fam
libelli, in quibus existimati *liberi*
rarii, ut nocere desistant, ad exilii m
tisque pænas deposcebantur: non
erant, qui ad B. V. honorem armis
tiam vindicandum Universitatem po
lumque stimularent; vix enim alius
commovendam plebem aptius videb
quam B. V. honorem prætendere, e
que ab iis, qui ejus cultum pernega
temeratum esse, jactitare. Resonab
insuper Cathedræ, & suggestus a q
relis de proximo hæresis periculo,
de futuris calamitatibus ad Religio
contemptum pedissequis. Ut ergo S
lisburgensis Archiepiscopus gravior
malis turbisque obviaret, præcepit
omnia habitæ orationis exempla, q
quot adhuc exstarent, e typographia
Consistoriales ædes deferrentur, ac d
ceps nullum sine expressa ejus ve
venderetur; ægerrime enim fere
Princeps, hanc orationem sine ejus p
scitu ac consensu publici juris esse
ctam, atque in præfato sermone ab
ratore in sententiæ suæ favorem, &
stimonium ac fidem ter allegatam fu
ipsius Archiepiscopi orationem, in
ex D. Gregorio VII. P. hæc verba fe

ſent adducta: *Invenies eam indubitanter promitto, omni carnali Matre mitiorem & promptiorem in tui dilectione.* Verum hoc ipſo Principis Archiepiſcopi interdicto augebatur tumultuantium temeritas; quippe jam non per ambages, ſed palam ſpargebatur, ipſum Archiepiſcopum Muratori impietates fovere, Nobilem quoque juventutem, & ipſius Principis Nepotes atque affines, totamque Aulam hac peſte infectam eſſe, Salisburgi actum eſſe de Catholica Religione &c. Ad horum augmentum acceſſit quædam epiſtola in vulgus ſparſa, qna Pater Joannes Baptiſta de Steinhauſer ad S. Petri Benedictinus, ac tum Novitiorum Magiſter ad Germanum Fratrem ſuum P. Placidum a Jeſu Maria Carmelitam Excalceatum ſequentia perſcripſerat: „Paucis abhinc annis hæreſis ex „Alpibus proſcripta fuit, nunc ſenſim „ſine ſenſu in ipſam Metropolin noſtram „irrepſit. Ex Aulicis potiſſimi, atque „inter eos etiam Celſiſſimi Principis no„ſtri Nepotes, necnon ex Petrinis non„nulli, & ex iis quidam Conſiſtorii Con„ſiliarius, aliique ſæculares Conſiliarii „(ſcioli nempe, ſed in Theologia admo„dum peregrini) liberi Murarii appel„lantur, quod nomen mutuatum eſt a „Ludovico Antonio Muratorio Italo Sa„cerdote, & ni fallor, Mutinenſi Biblio„the-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„thecario: verbum *liberi* eis attribuitur
„eoquod ad exemplum & doctrinam
„Muratorii libertatem sentiendi in ma-
„teria Religionis propugnant. Res ipsa
„eo devenit, ut Consistorialis ille, qui
„in Principis Ephebæo Moderatores
„agit, Ephebis inhibuerit, ne *Salve Re-*
„*gina* recitarent, eoquod in hac oratione
„B. Virgo ac Deipara *Mater misericordi-*
„appellaretur; sicut etiam ex Antiphona,
„*Sub tuum præsidium* hæc verba
„*Mediatrix nostra* eliminari petunt, ut
„B. Virginem Mariam, Dei Sanctam
„sanctasque reliquias honorare, dum-
„taxat pium ac utile, non autem ne-
„cessarium, præceptumque esse, unu-
„nimi voce dicunt: His vero in Univer-
„sitate propalatis Clarissimus Pro-Ca-
„cellarius occasione annuæ supplicatio-
„nis ad Mariam in Plain ab Academia
„sodalitate institutæ contra hunc ef-
„rem peroravit, suumque sermonem
„typis edidit. Divulgata autem hac
„oratione mox Principis jussu omnia
„exemplaria fuere suppressa, indeque
„tem in urbe a plebe tantus oriebatur
„tumultus, ut vix quis imaginatio-
„sua assequi possit, præcipue postquam
„in festo gloriosæ Virginis ad cælos
„sumptæ omnes Concionatores, Fran-
„scani, Capuccini, & Augustiniani Bea-
„tæ Virgini prærogativam Matris in-
„tac-

„ricordiæ, & Mediatricis vindicarunt: „imo contigit etiam, ut Consistoriali „Consiliario in Ecclesia Cathedrali sa„cris operante, populus tam alte incla„maret, ut ipsemet auribus percipere „posset hæc verba: *En Murarium liberum! ipsius Missa nil valet*, quibus dictis „ex Ecclesia excesserunt. Die decima „nona Augusti hanc ob caussam & pro„pter P. Pro-Cancellarii orationem ex „Principis mandato extra ordinem Se„natus in Consistorio habebatur, quid „autem concludetur, exspectandum „venit &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

His literis Joannes Andreas Christani de Rall Archiepiscopi ac Principis Consiliarius Consistorialis sese graviter læsum existimans, sibi satisfieri petiit; quocirca præfatus Pater Joannes Baptista Archiepiscopi ac Principis jussu palam deprecari, dictaque revocare cogebatur, quod etiam die vigesima prima Octobris hoc modo executus est.

„Ego infra scriptus profiteor, ac om„nibus, ad quorum manus hæc scriptu„ra publica devenerit, notum esse volo, „quod per litteras aliquas ad Fratrem „meum Carmelitam discalceatum da„tas, quamvis quidem nihil tale inten„derim, graviter nihilominus offende-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„rim Reverendissimum, Prænobilem
„Clarissimum Dominum Dominum Joa
„nem Andream Christani de Rall, Reve
„rendissimi & Celsissimi Archiepiscpi, d
„S. R. I. Excelsi Principis Salisburge
„sis &c. Consiliar. Consist. ejusdemq
„Illustrissimi Ephebæi Moderatorem, a
„Canonicum B. V. ad Nives &c. quo
„que per has ipsas literas inconsidera
„tas occasio fuerim, ut fama ejusde
„Reverendissimi *Christani* hinc inde var
„modis proscinderetur. Jam vero d
„his a meo Reverendissimo Domino D
„mino Præsule correctus & admonitu
„ac publicam hanc deprecationem fi
„cere jussus, agnoscens culpam mea
„quæ in illis literis continentur, reve
„cans omnia & singula, bonæ famæ
„æstimationi hujus Reverendissimi D
„mini Canonici contraria, sancte co
„testans, me nihil tale scire, multo m
„nus asseverare posse, sed, quæ scrip
„ex mera levi credulitate sine ullo fu
„damento fratri meo, sperans, nihil d
„his ultra divulgandum, recensuisse
„atque hanc revocationem ut meus ge
„manus apud illos, apud quos ipse hu
„a me scripta divulgavit, faciat, dat
„ad eum literis serio admonebo, & o
„stringam. Ut vero hæc publica d
„precatio & revocatio tanto majore
„fidem ac robur obtineat, subscripserun
„pro

min.

„pria manu præter me duo R. R. Supe- „riores domestici, appresso sigillo com- „muni Conventus. Actum ad S. Pe- „trum Salisburgi, die 21. Oct. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

(L.S.)

P. Rupertus Presingeri, p. t. Prior, testis.

P. Paulus Moll, p. t. Subprior, testis.

P. Joannes Bapt. Steinhauser, Novitiorum Magister.

§. XIII.

Tumultus Principis Archiepiscopi vigilantia sedatus.

Hac tamen palinodia adeo non resedit tumultus, ut nova indies incrementa caperet, non modo a popularibus, sed & potentioribus, aliis P. Benedictini orationem tuentibus, aliis improbantibus. Hæc ubi intellexerat Princeps Archiepiscopus, P. Eberhardum Rudorffer Facultatis Theologicæ Decanum Academico Senatu moveri, & P.P. Cappucinos Concionatores moneri jussit, ut in suis sermonibus caute abstinerent ab omnibus, quibus imperitum vulgus irritari posset: alii vero, qui in suis sermonibus debitæ moderationis limites transgressi accusabantur,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

recantare jubebantur: alii, ut sese tu-
bis subducerent, Salisburgo excesser
& quidem P. Georgius Horner Univer
sitatis Rector in Vindeliciam & Rhæ
tiam; Placidus vero Pro-Cancellarius
& præfatus P. Rudorffer in Noricum
Hungariam secesserunt. Verum ipsi
quoque absentibus, adversus novos hoc
ce Criticos continuæ fervebant verbo
rum altercationes & animorum aversio
nes: nobiles, ignobiles, literati & i
docti dubitationibus circa Religionem
angebantur, non quod sententiæ de ne
cessaria & præcepta veneratione acce
derent, sed quod sensim Religionis con
temptum, morumque corruptionem in
vehi, & sub abusus eliminandi obtenu
rectum usum, ipsaque fidei dogmata
(uti Lutherus fecisset) everti permis
scerent. Creverat etiam indies per u
niversam Germaniam novæ impietatis
Murariæ fama; imo fidem superas
quam late, & quam exiguo tempore
spatio ea propagata sit. Advenerunt
undique Salisburgum nuncii, rem a
Cæsaris ipsius, S. R. I. Electorum, alio
rumque summorum Principum & Pre
sulum aures pervenisse; imploratam esse
summi Pontificis & Cardinalium opem
manavit insuper hæc fama ad finitima
rum regionum plebem, ita ut vel apud
infimos e populo homines nihil esse
vulgo

vulgatius, nihil formidolosius, quam Murariorum Salisburgensium nomen: Ut ergo Archiepiscopus huic controversiæ finem imponeret, die vigesima tertia Septembris sequens edictum promulgari jussit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Aliunde Consistorio nostro notum „est, quam periculosi motus ac contentiones fuerint exortæ, occasione cujusdam concionis, quæ in B. V. Ecclesia in Plain habita, & postmodum sine „nostro, nostrique Consistorii præscitu „atque approbatione typis edita fuit, „quotque malitiosæ falsitates, & aliæ „relationes omni fundamento & ratione „destitutæ popularibus fuerint instillatæ, ad publicam offensionem omnium, „& præcipue Beatissimæ Virgini Mariæ „devotorum, cujus ferventem cultum, „invocationem ac venerationem a primis regiminis nostri auspiciis in nostra „ditione firmiter implantare ac fovere „extremo semper conatu adlaboravimus. Sicut autem perniciosos ejusmodi motus patienter tolerandos esse „nullatenus judicamus, sed potius supremi Pastoris ac Principis officio admoniti, tempestive hisce malis obviare, & tam male consultum zelum in „suo ortu suffocare obstringimur, ita „præfato nostro Consistorio serio præcipimus,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„pimus, ut deinceps de fervente hacte-
„nus controversia nec pro nec contra ulli
„fiant sermones, nihil de ea scribatur,
„aut desuper publice vel privatim disputetur, sed potius unice doctrinæ a sa-
„crosancto Oecumenico Concilio Tri-
„dentino Sess. ult. *de invocat. venerat. &*
„*reliquiis Sanctorum* firmiter & sine aliis
„vel additis vel demptis, quibus vera
„hujus doctrinæ substantia vel in mini-
„mo labefactari vel immutari posset, fir-
„miter insistatur: ut vero pariter idem
„in Universitate nostra, Monasterio S.
„Petri, & in omnibus aliis Ecclesiis tam
„intra quam extra Urbem, necnon a
„omnibus Parochis & Concionatoribus
„observetur, & sub comminatione ma-
„ximæ indignationis nostræ exacte in
„opus deducatur, Consistorium nostrum
„quantocius nomine nostro omnibus &
„singulis serio præcipiat ut in suis Con-
„cionibus ab immoderata verborum ve-
„hementia, & temerariis criminationi-
„bus omnino abstineant. Insuper ve-
„bis minime celamus, Nos eadem hac
„die ad Reverendissimum nostrum Ca-
„thedrale Capitulum hac in re necessa-
„riam instructionem dedisse, aliis vero
„quorum interest, aut quovis pacto in-
„teresse poterit, mandati nostri exa-
„ctam executionem jamjam commen-
„dasse &c." Postea Archiepiscopus in
Uni-

Universitate studiorum emendationem promoveri decrevit. Sæc. XVIII. A.C. 1740.

§. XIV.

Libellus famosus in Eruditorum defensionem editus ac suppressus.

Huic Archiepiscopi Principis decreto ac imperio omnes debita docilitate obsequebantur, soli illi, qui se *eruditos* nominabant, hujus tumultus Auctores sibi silentii legem esse impositam summopere dolebant: eapropter Principem supplices adeunt, ut suum honorem edita apologia defendere permitterentur. Id, ægre tamen, impetrantes operi manum haud segniter admovent, & jam apologiam, & quidem duplicem, vernaculo & latino sermone edere parant. Id ubi P. Georgius Horner Universitatis Rector e Vindelicia redux comperat, nihil non apud Civitatis Primores egit, ut Archiepiscopum junctis viribus supplices adirent, ne ejusmodi apologiam edere Eruditis liceret. Iteratis quidem hi permolestisque precibus aures Principis pulsant, prævaluit tamen Rector, adjutus ab Hieronymo Christiano Aulæ Cancellario, Viro apprime Catholico, novitatis Osore, & prudentia morumque probitate inclyto. Ita Principis interdicto criticis hisce Novatoribus

Sæc. XVIII A. C. 1740.

bus famæ suæ tuendæ, vel potius novi tumultus concitandi facultas penitus adempta est, ne vero omnino inulti tabescerent, anno sequenti contra Benedictinos famosum ediderunt libellum, sub hoc titulo: *Vindiciæ adversus Sycophantas Juvavienses, Coloniæ apud Petrum Marteau*, quod tamen falsum est, cum eæ Venetiis fuerint impressæ. Auctor creditus est Joannes Casparius Consiliarius Aulicus & Principis Historiographus latens sub hoc nomine Αθανασιος φιλοχωμαιος. In hoc scripto Universitatis Benedictinæ Professores, Rector, Decanus &c. indignum in modum tractantur, unde etiam hæc satyra magno studio suppressa fuit: nempe is sciolorum mos priscus est, insectari probris & calumniis eos, quibus par esse nequeunt solida eruditione, omnisque semper eis scientia est pedantica & sophistica, quæ quantum illis est incognita, tantum maledicis est invisa.

§. XV.

Literæ Ludovici Muratorii ad Universitatis Rectorem Magnificum.

Hæc cum Salisburgi gererentur, quidam Nobilis Romam profecturus, Mutinæ Ludovicum Antonium Muratorium de omnibus, quæ contra ejus librum

brum & dogmata Salisburgi acta fuissent, certiorem reddidit. Hic ergo suum honorem vindicaturus, die trigesima prima Augusti ad P. Georgium Horner Universitatis Rectorem has dedit literas:

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Reverendissimo P. Monacho Ordinis sancti Benedicti Syndico Universitatis Salisburgensis, Ludovicus Antonius Muratorius, Serenissimi Ducis Mutinæ Bibliothecarius.

„A Nobili Viro Germano Romam „petente nuper intellexi, quanta ani„morum agitatio, quot motus in urbe „vestra oborti fuerint, & quam indigne „adhuc apud vos habeatur nomen „meum. Miratus sane sum doleoque „vehementer, & potissimum, quod au„diam, pios simul & doctos viros ad„versus me conjurationem iniisse, atque „ut eam instruerent, variis calumniis „& ridendis plane fabellis fuisse usos. „Nam quod est ad cætus *de Franchi & li„beri Muratori* a Pontifice maximo pro„scriptos, quorum, si vera mihi nun„tiata sunt, auctorem me vultis, quid „ineptius, rogo, excogitari potuit? „nemo est, qui nesciat, eorum nomen, „atque institutum e Britania prodiisse, „atque in Galliam & Italiam processisse, „nihilque rei mihi esse cum factionis

„ejus-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ejusmodi hominibus. Si quis aliter
„sentit, liceat mihi dicere: ille insanit.
Ad tractatum vero *Lamindi Pritanii de*
ingeniorum moderatione &c. quod attinet
„is quidem, ut audio, apud vos non
„audit, atque inter libros a S. Conge-
„gatione perculsos recensetur. Et hæc
„altera calumnia est. Liber ille, ut ple-
„quique norunt, quamquam examen
„Romanum subierit, nulla unquam cen-
„sura dignus reprehensus est, & Ver-
„tiis recusus in omnium manibus liber
„ac pacifice versatur. Qua ergo con-
„scientia quidam apud vos sinistram de
„eo opinionem disseminarunt, atque
„ignaro populo adhuc eandem fove-
„pergunt? Denique certior factus sum
„isthic improbari, imo & inter hæ-
„tica dogmata referri, quod ego de de-
„votione erga Deiparam & Sanctos
„piis exercitationibus meis scripsi, si
„id verum est, habeo quod conque-
„de doctrinæ vestræ abusu. Nihil
„ego asserui, quam quod in S. Concilio
„Tridentino Ecclesia S. Catholica non
„credendum proposuit. Ibi Sess. 25. c. 2.
„statuitur: *Bonum atque utile esse, su-*
pliciter Sanctos invocare. Hæc Triden-
„tini Patres: paria & ego. Et profes-
„ab exordio Christianæ Religionis Ec-
„clesia nos semper docuit & docet, quod
„nobis proficuum sit ad Sanctorum on-

„tiones, opem auxiliumque confugere, „ac potissimum ad Beatissimam Virgi- „nem Deiparam, cujus intercessio apud „Deum reliquis Sanctis sine comparatione præstat. Verum si quis inter „vos est (quod difficile adducor, ut „credam) qui invocationem Sanctissimæ Dei Matris necessariam quoque ad „salutem existimet ac deprædicet, is „sane novum in Ecclesia Dei dogma invehit, illudque ab ipsius Ecclesiæ „mente & doctrina prorsus alienum, „quæ non geminos, sed unum Salvatorem Jesum Christum agnoscit. Neque is a superstitione aut hæresi abest, „& minime animadvertit, quam incaute ad S. Ecclesiam Catholicam exsibilandam & culpandam hujusmodi opinione occasionem præbeat hæreticis.

Sæc. XVIII. A C. 1740.

„Cæterum ille liber meus a tot annis „recusus, & pluries recusus, in omnium „manibus est, neque Romani censores, „neque ullus ex tot Italiæ Theologis „quidquam ibi parum salutaris aut perversæ doctrinæ unquam deprehendit. „Numquid Salisburgi melior scientia, „major Zelus, uberiorve pietas, quam „in ipsa Roma omnium magistra, atque „in universa Italia? ne vos, quemadmodum puto, id opinemini. Cum „ergo audiam, nomen meum, meosque „li-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„libros a Salisburgensibus tam iniqu
„& justitia & charitate reluctante, pro
„scindi, ad te Reverendissimum Patre
„cæterosque Universitatis vestræ Pro
„fessores querelas meas defero, quos v
„luti tanti motus auctores, & incitat
„res populi adversus me fuisse, si ver
„mihi nunciata sunt, accepi: peten
„ut famam, honoremque meum
„hic immerito læsum, resarcire velit
„De me sane, qui in media Italia &
„oculis, ut ita dicam, Romanæ Se
„sacerdos vivo, & de doctrina mea
„mo doctus male sentit, nullusque
„ctenus librorum meorum S. Cong
„gationis decreto confixus fuit;
„quæso, in me Salisburgenses uni in
„hantur, indignisque modis nom
„meum divexent, cum tamen ego n
„lum unquam Salisburgensium læsern
„Si quid vobis minime probatur in
„bris meis, publicis typis & vos in
„renam descendite, non clandestino be
„certate, neque indoctam plebem ep
„modi imposturis imbuite. Quodsi a v
„bis restitutionem famæ non impetra
„ro, & ne quidem rescribere vobis anim
„sit, invitum hominem procul dubio
„digetis, ad vindicandum a calumn
„vestris honorem meum edito aliquo
„bro, in quo, si, quæ vobis ac Univer
„sitati vestræ molesta sint, offendetis

„non mihi, de vobis vestroque Gymna- Sæc. XVIII.
„sio loqui honorifice cupienti, succen- A. C. 1740.
„sendum erit, sed de ignorantia atque
„improbitate eorum, qui me indignis
„modis lacerant, expostulandum erit
„vobis. Vale interea, Reverendissime
„Pater, justumque meum dolorem ex-
„cusatum habe.

§. XVI.

P. Rectoris responsum ad Muratorii epistolam.

Ad has vero literas P. Hornerus Universitatis Rector hoc dedit responsum:

Reverendissimo D. Ludovico Antonio Muratori, Serenissimi Ducis Mutinæ Bibliothecario, P. Gregorius, Universitatis Salisburgensis Rector, & Celsissimi Archiepiscopi, & S. R. I. Excelsi Principis Consiliarius intimus.

„Accepi tuas, quas contra me &
„Universitatem nostram vehementer ex-
„aggerasti querelas, Vir eximie ac re-
„verendissime, sed quæ conscientia fue-
„rit viro illi Germano, qui dum Romam
„peteret, informationibus plane sinistris
„animum tuum, alias, ut audio, pa-
„catissimum, totumque ad pietatem
„compositum turbavit, non capio. Im-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„primis enim conjurationem aliquam
„contra te hic Salisburgi fuisse initam
„ego quidem penitus ignoro. Secundo
„illius cætus, seu societatis *de Francili*
„*liberi Muratori* a Pontifice maximo pro
„scriptæ Te nos auctorem voluisse, omni
„nino falsum est & calumniosum. Tertio
„tio dein tractatum Lamindi Pritani
„quod attinet, eum inter libros a S.
„Congregatione perculsos a nobis re
„censeri, similiter a veritate alienum
„est. Male quidem iste libellus apud
„nos audiit, & adhuc audit, sed inter
„alia potissimum ex eo capite, quod
„immaculata Dei Genitricis concepto
„ne tam viliter sentiat, ut eam inter
„ves caussas abjiciat. Id quod ad
„tanta divina Majestate & sanctitate
„dignum nobis videtur, ut saltem in
„propositiones male sonantes, & p
„rum aurium offensivas similia esse
„censenda judicemus. Quamvis enim
„ut nobis objicis, non sit Salisburgi m
„lior scientia, major Zelus, uberior
„pietas, quam in ipsa Roma omnium
„magistra aut universa Italia; in cul
„tamen ac veneratione immaculate
„Virginis nulli cedimus aut urbi a
„provinciæ, ac vel ideo jam ab anno
„1607. solemni juramento nos obstri
„gimus, quod publice ac privatim re
„limus pie tenere, asserere & defendere
„Do

„Divam Virginem Mariam Dei Geni- Sæc. XVIII.
„tricem absque originalis peccati ma- A. C. 1740.
„cula conceptam esse, prout jam ante-
„hac aliæ celeberrimæ Academiæ &
„integri ordines fecerunt &c. Quarto
„rursus falsum est, quod tibi, Reveren-
„dissime! Germanus ille Romam per-
„gens viator persuadere voluit, nimi-
„rum a me aut a nostris inter hæretica
„dogmata referri, quod in piis exerci-
„tationibus tuis de devotione erga Dei-
„param & Sanctos scripsisti, imo tracta-
„tio illa a te aliquando edita vix uni
„aut alteri nostrum hactenus nota fuit:
„& ego quidem nihil de ea unquam vi-
„di aut legi. Cæterum vero dum nu-
„per non clandestino bello sed publice ex
„cathedra propugnata est necessitas co-
„lendi Beatissimam Dei genitricem &
„Sanctos, puto, quod solidissime & lu-
„culenter demonstratum sit: non est
„novum hoc aut inauditum dogma, quod
„præstantissimi Theologi jam antehac
„docuerunt, & gravissimis rationibus,
„Patrumque sententiis firmarunt: quin
„& ipsius *Lamindi Pritanii* verba sunt
„L. 3. c. 12. *Servitutis honorariæ speciem, quam Duliam appellamus, non prohibemus, sed jubemus præstari Sanctis.* Verum
„quidquid sit *de Lamindo Pritannio*; uti-
„que id saltem perspicies, vir sapien-
„tissime, quam mala hæc sit illatio:

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Beatissimæ Virginis Dei genitricis & Sanctorum cultus est non tantum utilis ac bonus, sed etiam necessarius: ergo sunt gemini, & non unus Salvator Jesus Christus. Hoc namque tam parum sequitur, „quam ex necessitate bonorum operum, „quod Christus non satisfecerit. Interrim tamen non adstruimus necessitatem medii, aut fidelibus molesti sumus „novis præceptis ultra ea, quæ nobis „Ecclesia imposuit per institutas varias „devotiones, & festivitates in ordine ad „præstandum cultum eidem Beatissimæ „Virgini & Sanctis debitum, ut pote „non videre aut animadvertere valeamus, quod hujusmodi opinione piæ „sancta occasio præbeatur hæreticis, „Ecclesiam Catholicam exsibilandi „culpandi. Jam vero quod nomen „tuum, tuosque libros a Salisburgensibus inique proscindi queraris, hic „quæso, non nostræ Universitatis Viri „sed aliis, qui eruditione tua abutuntur, „tur, imputa. Libri tui, qui, ut fama etiam ad nos tulit, multi sunt „multisque encomiis dignissimi, in magnus apud nos, quod bene scio, magnis „bus hactenus fuerunt (unico *Lamindi* „*Pritanio* excepto); quomodo ergo, quæso, „non novimus, aut unquam vidimus, „proscindemus? excanduit profecto, ut „fateor, unus aut alter ex nostris atque „Pr

„vehementius (nobis etiam invitis) ex- Sæc. XVIII.
„arsit contra te, Vir præstantissime, sed A.C. 1740.
„postquam occasione illius tuæ elucu-
„brationis *de ingeniorum moderamine* va-
„riis iisque non levibus calumniis ve-
„xati sumus, ipsaque Universitas cum
„ejusmodi antiqua docendi methodo
„palam fuit contemptui habita. Proin
„væ illis, qui nonnisi contentiones ex-
„citant, nostramque rempublicam ha-
„ctenus per omnia quietam, gravissime
„turbant, intendentes quidem erudi-
„tionibus; sed quæ quæstiones præstant
„magis, quam ædificationem Dei, quæ
„est in fide; imo & sine disciplina sunt,
„& lites generant, ut amplius ad Ti-
„motheum.

„Ignosce, Vir reverendissime & sa-
„pientissime, si te cautum esse jubemus
„in his negotiis; sunt enim, qui auctori-
„tati magni nominis tui, quod tibi in
„orbe literario hactenus comparasti, vel
„ideo graviter præjudicant, quia sub
„hoc nomine doctrinas in vulgus & in-
„eruditam plebem spargunt, quas ipsi
„Theologi post longiora studia solent
„disputare. Dolendum sane est nunc
„temporis ad nobilissimum critices stu-
„dium juvenes vocari, nulla adhuc so-
„lida scientia aut graviori disciplina
„tinctos. Dolendum circa illa fidei my-

Sæc. XVIII
A. C. 1740.

„ſteria coram ſæcularibus imo ſæmin
„diſputationes inſtitui: vel ſaltem pr
„poſitiones fieri, circa quas alias a
„marum curatores contra Eccleſiæ n
„ſtræ hoſtes pugnarunt. Hic enimve
„ingeniorum moderamine opus fore
„dum non Catholici contra Acathol
„cos, ſed illi ipſi contra ſe invicem
„agere deprehenduntur. Ego qu
„dem aliquos jam antehac mon
„ut in ignaro populo eruditas quæſti
„nes, ac ſententias ſuas, e quocunq
„demum auctore depromtas diſſemin
„re deſiſterent, cum certe ſine ſcanda
„talia fieri non poſſint. Nihil tamen eg
„aut alii efficere potuimus. Unde con
„git, ut tandem ingens colliſio excitata
„in urbe noſtra, dum audire debuim
„in ipſis etiam popinis ab indocta ple
„diſputari de titulo Matris miſeric
„diæ &c. de certitudine conſecratæ
„ſtiæ aut Sacerdotis conſecrantis;
„hæc quam periculoſe quis non videa

„Denique dubitaſti, vir reverend
„ſime, an animus nobis ſit tibi reſcrib
„re, ac vel ideo minas adjeciſti ed
„quodam libro te tuumque honore
„vindicandi; verum mirari non debu
„ſes, ſi nihil reſponſi retinuiſſes ad e
„ſtolam nullo ſignatam ſigillo, & ad i
„nominatum quemdam Univerſitat
„noſtræ Syndicum ſcriptam, quin

„per totam urbem in aliorum manibus „circumvolitantem prope citius, quam „ad meas manus pervenerit, quod ultimum certe fieri non decuit inter viros.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„Plura non addam amplius, quia „satis ex his intelliges, qualia & cum „quibus hactenus fuerint hæc negotia. „Nos quidem Marte etiam aperto in a„renam descendere non formidamus, „præsertim ubi de gloria Dei genitricis „agitur, terreri nos nunquam patiemur „ab edendis contra nos libris, utpote „qui pugnare jam didicimus, & usum „armorum habemus.

„In his tamen delicatis temporibus „ne, quæso, sit jurgium inter nos aut „scissura, ne, quos ædificare oportet, „destruamus, aut inter nos litigantes „tertius forte pusillus succumbat. In„terea vero me quod attinet, cæteris „nostris Professoribus hinc inde disper„sis, ac pro more ferias agentibus, se„curum te esse volo de mea singulari „tui tuæque eruditionis æstimatione ac „veneratione, cui immoriar. Vale."

Ceterum quamvis fervente semidoctorum intemperie Patres Benedictini Professores Academici multis molestiis ac ludibriis fuissent affecti, sedato tamen primo tumultus æstu demum co-

Sæc. XVIII
A. C. 1740.

gnita cauſſæ æquitas triumphabat adeo, ut dum altero anno die quarta Novembris Facultatum Decani ſolemni ritu eligebantur, præſente Joanne Baptista Comite de la Tour & Taſſis Reverendiſſimi Conſiſtorii Præſide, qui Archiepiſcopi Principis vices obibat, Dominus Freynender Conſiſtorii Cancellarius habita luculenta oratione Benedictinum Ordinem eo potiſſimum ex capite plurimis commendaret, eoquod is a primo ſuo ortu usque nunc Beatiſſimæ Virginis cultum miro pietatis exemplo promoverit.

§. XVII.

Ejusdem Ludovici Muratorii reſponſum ad P. Gregorium Horner, Rectorem Magnificum.

Ad hasce Rectoris Magnifici literas Ludovicus Muratorius haud tacendum ratus, die vigeſima ſexta Octobris ſequens dedit reſponſum:

„Perlectis literis tuis utique gaviſus „ſum, certior ipſe factus, non omnia „de bello iſthic mihi illato nunciata esse „vera: contra vero doluit, quod ſimul „ſincere fatearis, minime a te tuisque „collegis probari, imo improbari Lu„*mindi Pritanni* librum ea maxime de „cauſa

„cauſſa, quod de immaculata B. V. con- Sæc. XVIII.
„ceptione tam viliter auctor ſentiat, ut A. C. 1740.
„eam inter leves cauſſas abjecerit. Hoc
„aſſertum vos inter propoſitiones male
„ſonantes & piarum aurium offenſivas
„rejicitis. Ad hæc ægre tuliſtis, me
„in *ſacris exercitationibus* affirmaſſe, de-
„votionem ſive invocationem divini no-
„ſtri Salvatoris, non autem Deiparæ ac
„Sanctorum neceſſariam eſſe chriſtiano
„homini ad ſalutem. Proinde non ne-
„gas, quin palam in eccleſia veſtra de-
„prædicata fuerit neceſſitas cultus B. V.
„Unum te rogo, ut, ne æquivocatio ulla
„huc ſeſe ingerat, ſed, quales revera
„ſunt, res & oppoſitæ opiniones ex-
„primantur: ſitne levis an gravis cauſ-
„ſa, quæ ad immaculatam conceptio-
„nem ſpectat, ubinam legiſti apud *Pri-*
„*tannum?* imo is laudat Scotiſticæ ſen-
„tentiæ ſectatores, neque ſe ample-
„cti contrarium affirmat, quamquam
„eidem adhærere liceat. Quidnam er-
„go ibi male ſonat? Supereſt, ut dicas,
„nil aliud ibi improbari, niſi votum dan-
„dæ vitæ pro tutela Scotiſticæ opinio-
„nis. At inſurges, inquiens, a vobis
„quoque juramentum quotannis emitti
„de tuenda eadem ſententia: verum &
„hic apertius exerenda veſtra mens e-
„rat; nam ſi opinionem ejusmodi ver-
„bis & ſcriptis protegendam ſuſcipitis,

„con-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„consilium vestrum, utpote valde pium
„& ego summopere commendo. Con-
„tra si sanguinem quoque pro eadem
„obligastis, vestrum erit ostendere, ut
„liceat pro opinionibus profundere
„tam, cujus domini non sumus, aut
„vincere, quæstionem hanc ex opini-
„num finibus in fidei veritatem migra-
„se, quod nisi præstetur, absurdum fen
„per fuerit, & minime ferendum, e
„quari fidei dogmata opinionibus b
„minum. Pergis ad caussam comm
„in urbe vestra tumultus, atque a
„præstantissimos Theologos tradidi
„necessitatem colendæ B. V. Hic etia
„optassem, ut dilucidius tuam mente
„prodidisses. Duo plane diversa fu
„cultus sive honor sanctis & præsert
„B. V. debitus, & invocatio eorunde
„Dogma fidei est, majorem longe hon
„rem B. V. deberi, quam sanctis, p
„bus ineffabili privilegio præstat; i
„ctenus concordes pergimus: ad in
„cationem vero B. V. & sanctorum qu
„attinet, itidem dogma fidei est, n
„solum licere, sed utile etiam ac bon
„esse, eorum patrocinium apud Deu
„implorare, atque imprimis ad opu
„Mariæ confugere. Sed quid colleg
„tuus? illius namque sacram conc
„nem mihi procuravi. Is cultum & i
„vocationem simul jungens utriusq

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„necessitatem ad salutem grandi ore de-
„prædicavit & quidem e sancto suggestu
„ad populum indoctum verba faciens.
„Non hic ergo agitur de uno cultu hy-
„perduliæ debito Virgini, quem tu a
„Theologis traditum recte affirmas; a-
„gitur de necessitate invocationis; agi-
„tur de novo dogmate in ecclesiam in-
„vehendo; agitur non de aliqua levi
„quodlibeticæ Theologiæ quæstione, sed
„de re magni momenti, cum tradatur,
„sperare nos cœlum non posse, nisi ad
„sanctorum & potissimum B. V. preces
„confugiamus. Si aliquis ignorantiam
„hic & temeritatem collegæ tuo obji-
„ceret, nescio per quam rimam is cen-
„suram evaderet. Nonne is temere a-
„git, qui neque ex sancta scriptura, ne-
„que ex summis Pontificibus, conciliis
„insignibusque Theologis quidquam af-
„fert, ut rem tantam in orbem catholi-
„cum inferat? &, quod mirum est, san-
„ctum Tridentinum Concilium huc per-
„trahere audet? Arguantur, oportet,
„tot præstantissimi viri vel negligentiæ
„vel inscitiæ, qui nos nunquam de tali
„obligatione certiores fecerunt. Qui
„rursus veræ religionis principia novit,
„qui fidelibus recte viventibus cœlum
„præcludit, nisi B. V. intercessio præ-
„cedat? quando nos ecclesia hactenus
„docuit, necessariam & sufficientem ad
„sa-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„ſalutem eſſe Mediatoris noſtri Je
„Chriſti invocationem, ex quo omn
„per quem omnia. Ejus autem verb
„ſunt: *Si quid petieritis Patrem* nom
in nomine meo, dabit vobis: atque i
omnis poteſtas in cœlo & in terra; ipſ
habemus advocatum apud Patrem non p
peccatis noſtris, ſed & totius mundi. De
„ſiperet autem quisquis aſſereret, pr
„ces noſtras ad Deum & ejus filium in
„ſtra eſſe, niſi ſanctorum precibus
„ventur. Neque huc vocanda er
„quorundam hominum pie exorbita
„tium verba, quæ ex affectus ferv
„ipſis exciderunt, ſed ea, ut Theo
„gum decet, emollienda, & ad ſan
„ris Theologiæ leges temperanda ſu
„Eccleſia hactenus hortata eſt atque
„emplo ſuo præivit, ut orationibus
„ſtris ad Deum interceſſionem quo
„ſanctorum adjiceremus, neque
„neceſſitatem præſcripſit, aut id
„præcepto mandavit. Progredi lo
„gius nolo, neque moror devotione
„feſtivitates, quas memoras; nulla
„nim invocatio ſanctorum ſive devo
„præcepti communis eſt. Feſtivita
„vero ad cultum quidem ſanctorum
„ctant, ſed vel a non invocantibus
„ctos recte obſervari ſolent ac poſſu
„At præterire nolo, quod ais, vos ne
„pe nulli urbi aut provinciæ cedere
„cu

„culu & devotione; video enim, vos „velle videri magis pios, magis doctos, „quam reliquos Catholicos; hoc autem „vix fieri sine ambitionis contagione „potest, &, quod pejus est, a vobis „præstatur inconsulta vera & legitima „pietate. Animadvertite quæso: uti „zelus non secundum scientiam occur„rere potest, ita & pietatem interdum „deprehendi, quæ non sit secundum „scientiam, quæ superficialis est, quæ „damnanda. Veram solidam pietatem „nos ab exordio ecclesiæ docti sumus, „& docemur quotidie; non ea certe no„bis proposuit votum pro tuenda ju„gulis nostris immaculatæ conceptionis „opinione. Quod an vos concipiatis „ignoro. Neque ea tradidit, *necessarias esse sanctorum orationes ad salutem.* Hæc „pii novatores invenerunt: sed eorum „pietas, ubi non est secundum scien„tiam, imo ubi adversatur dogmatis „ecclesiæ, repudianda est. Ad hæc „mihi significasti, apud vos esse, qui „delicatas Theologiæ quæstiones in „vulgus atque inter mulierculas spar„gant: id si verum est, in iis pruden„tiam desidero; neque enim rudis sto„machus fert ejusmodi cibos. At par„cas velim, si addidero, longius vos a „prudentia recessisse, quando ad popu„lum ipsum in ecclesia congregatum *no*-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„*vam*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„*vam doctrinam* detuliſtis, præceptum
„facientes, quæ hactenus conſilii fe-
„rant, injuriam Salvatori noſtro in-
„rentes, non quod dedeceat media-
„cis titulo ſub aliqua ratione Deipara
„ornare; ſed quod ſine mediatrice in
„ille mediator noſter eſſe apud Deum
„non poſſit. Hæc horret eccleſia, ſi e
„concione iſthic habita deducantur
„hæc rideant hæretici, quibus tam
„nunciandum eſt, nequaquam hanc e
„eccleſiæ mentem. Ceterum non
„ego ſum, qui lubenter in arenam de-
„ſcendam adverſus obtrectatores libe-
„rum meorum, imo optare me fate-
„ut excitati iſthic motus ſopiantur,
„honeſta aliqua ratione ſcandalis in-
„enatis remedium adhibeatur: verum
„ſi adhuc detrahere libris meis per-
„tis, conſulam rebus meis. Certe
„dubito, quin pugnare didiceritis &
„uſum armorum habeatis, ſed in-
„curandum vobis reor, ut pro veritate
„& ſana ſemper pietate pugnetis. Qua
„Rev. Pater dicta volo, intacto ſemper
„obſequio, quod tibi & nobiliſſimo ve-
„ordini ſemper debere me profiteor.

§. XVIII.

Literarum ſtudia variis in locis gra-viter promota.

Proſpero magis, magisque decoro ſe-

natu Romæ & alibi emendandæ ſtudiorum rationi, & politicarum diſciplinarum incremento hoc anno inſudatum eſt: & quidem præprimis Benedictus XIV. Papa eximius literarum ac literatorum fautor exeunte hoc anno nova quatuor Collegia ſeu Academias erexit, ex quibus præcipua erat *Academia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.* Huic Præſidem dixit Criſpium Archiepiſcopum, voluitque, ut Eruditi huic Academiæ aggregati literarios ſuos cætus in Conventu Patrum Congregationis Oratorii ad S. Mariam de Vallicella haberent. Exacta hujus ſocietatis notitia hauriri poteſt ex libello Romæ literis Joſephi Collinii impreſſo, cui titulus: *Notitia de Academia Romæ juſſu Benedicti XIV. Papæ an. 1740. erecta.* Haud ſegnius in Galliis Ludovicus XV. Rex nil eorum prætermiſit, quibus literarum progreſſus promoveri poſſet; præcipue vero Regio diplomate, amplisque privilegiis auxit ac confirmavit Divionenſem Academiam a Bernardo Pouſſiero erectam, cujus ſingulare ſtudium erat, ut ſedula inquiſitione exactoque labore mathematica, moralia & medicæ artis arcana detegerentur, atque ad publicam utilitatem explanarentur. Idem quoque Rex in Regium Hiſtoriographum ac Conſiliarium denominavit

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

celeberrimum Argentinensem Historiarum Professorem Joannem Danielem Schöpflinum, qui eodem hoc anno die decima septima Martii panegyricum Ludovici XV. Regiis Natalitiis jussu publico dixerat, ob sermonis elegantiam postea gallice redditum. Ut vero Re. Literatos propositis Regiæ liberalitatis præmiis ad indefessam literarum culturam excitaret, assignato trium millium librarum stipendio rei maritimæ Prælectum nominavit Joannem de Maupertuis Virum multis meritis & præsertim per plures annos in Laponia factis observationibus clarum, cui ejusque sociis nauticæ emendationem commendavit. Pariter Indicæ navigationis ab Parisiis detectis variis Austrum versus & Promotorium bonæ spei regionibus perelegantem confecere mappam geographicam, in qua Australes plagas inter Tropicum Capricorni & Polum Antarcticum sitas mirifice expresserunt.

§. XIX.

Alternans Judæorum fatum.

Hoc item anno Judaica gens in variis regionibus nunc prosperis rebus, nunc ambiguis utebatur, prout eorum fors Principibus aut proficua, aut noxia videbatur, vel prout ipsimet fortunæ

perandi ratione fortunam ſuam finge- Sæc.XVIII.
bant. Nil magis frequens videtur, quam A.C. 1740.
in Judæos conferri culpam crudelis carnificinæ, qua Chriſtianorum infantes furripuerunt, eosque præcipue inſtante Judæorum Paraſceve in contemptum Chriſti Domini mactarunt; partim ut chriſtiano hoc ſanguine veſcentes in azimis ſuis a fætore, quo graviter olent, ſeſe præſervent, partim ut eo in ſuis benedictionibus, nuptiis, & mulierum partubus utantur. Nec vana nec falſa eſt criminatio perfidæ huic genti illata, quantumcunque enim Joannes Chriſtophorus Wagenſeil incircumciſus hic Judæorum Advocatus illam artificioſis ſuis conjecturis, argutiis, & depravationibus a Judæis propulſare niſus, imo etiam trucidati ab eis ſesquianniculi infantis S. Simonis Tridentini Hiſtoriam reorum confeſſione, accurata cauſſæ diſcuſſione, coævis teſtibus, & miraculis comprobatam ferrea oris & calami impudentia ceu fabulam exſufflare auſus eſſet, nihilominus Coloniæ & alibi tam luculenta diabolicæ hujus rabiei exſtant monumenta, ut ea negare, aut ſtolidi, aut petulantis eſſet. Porro jam aliquot abhinc annis Judæi in Poloniæ regno pariter de inhumana Chriſtiani infantis cæde poſtulabantur; quocirca non pauci, in quos criminis ſuſpicio manave-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

rat, custodiæ dantur, ac per quatuor ferme annos sedula non minus quam severa fit inquisitio: fertur quoque, Judæos pro captis suis fratribus per integrum annum orationem *El mole rachamim* in suis Synagogis publice recitasse. Tandem judicii actis anno priori pertus absolutis a Regio senatu hæc pronuntiata est sententia: Judæi quidem exposuerunt, quod a criminatione, perinde acsi Christiano sanguine uterentur & propterea infantes eorum occiderentur, Boleslai & Sigismundi Constitutionibus pro tunc & futuris temporibus liberi ac innocui fuissent declarati; cum autem his non modo Alexandri Regis Constitutio obstaret, sed etiam plures tam intra, quam extra Polonici regni fines ejusmodi cædis exempla contrarium demonstrarent, hinc ab hoc crimine immunes dici nequeunt: in præsenti tamen casu accusatio adeo perplexa, totque tricis innodata evasit, ut huic caussæ plena lux afferri nequeat, proin accusatos dimittere, quam innocuos damnare consultius videretur. Quapropter Judæi de hac cæde postulati præstito innocentiæ juramento libertati fuere redditi; Judaicæ vero gentis Medicus, qui ex fuga retractus erat, unacum alio vagabundo inusta infamiæ nota in exilium deportatus est.

Hi-

Helena vero ancilla religione Christiana ad biennalem castigationem Varsoviam deducta est. Denique Agnes, pariter Catholica, cum sceleris suspicionem penitus diluisset, reparata nominis sui fama libertate donata est, ac Judæi omnes Varsovia excedere jussi sunt, qui tamen triste fatum suum profuso ingenti ære rursus redemerunt. Nihilominus, ut futuris ejusmodi malis prospiceretur, Posnaniæ contra Judæos sequens edictum sanciebatur: I. Judæi, ut omnem mali & infanticidii hactenus ipsis imputati suspicionem a se amoliantur, ab omni cum Christianis & præsertim parvulis commercio abstineant, II. si de Judæo compertum aut saltem duobus idoneis testibus comprobatum fuerit, quod Christianum infantem ad se pellexerint, aut blanditiis delinierint, talemque infantem postea abesse contigerit, Judæi de amisso hoc infante, utpote aliunde de ejusmodi crimine suspecti, rationem reddere teneantur. III. Magistratus, ut Judæi intra plateas sibi assignatas sese contineant, sedulo curet, & hæ plateæ muro, vel sepimento satis alto cingantur, ac Judæi a Christianis separentur. IV. Judæorum porta, qua ex suburbio ad eorum plateas tenditur, vespere, cum ceteræ urbis portæ clauduntur, pariter claudatur, & ma-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740

ne unacum aliis portis aperiatur. IV. Judæorum nullus extra has plateas habitet, sed vespere quamprimum in Prætorio datum fuerit campanæ signum, ad suas ædes properet, secus Urbis Præfecto transgressorem carceri dare integrum sit, de cetero semper Judæorum porta præsidiario milite custodiatur. V. Nullus ex Judæis famulum vel ancillam minus vero Nutricem religione Christianam ad servitium adhibere præsumat, indicta in transgressores centum auri marcarum mulcta, Prætoris satellite exigenda. VI. Diebus Dominicis & festivis inter Christianos celebratis Judæi nec in Urbis foro nec in Christianorum plateis comparent, aut negotientur, aut merces suas circumferant, secus suis mercibus privandi & Judæi in carceres abstrahendi. VII. Ad defunctorum suorum exculias nullis Christianis utantur, de plena tamen securitate Judæo sepulcrorum custos caveatur, ita, ut si vel levis inferatur molestia, ipse necessitate compulsus, vicinorum Christianorum opem implorare posset, hique juxta Imperii leges eidem assistere teneantur. VIII. Si forte quædam Judaica Synagoga Medicis aut Chirurgis eguerit, his severe interdictum sit, Christianis medicinas prescribere, vel propinare, aut venas le-

cam

care, vel vulnera curare &c. IX. Hebreæ quoque mulieres apud Christianas obstetricum munere fungi non præsumant, secus carceris, fustigationis, aut etiam exilii pæna mulctandæ. Hoc quoque edictum Judæorum Seniores in eorum Synagoga publicare ac exhibere teneantur. X. Vagabundi, fixum domicilium non habentes, otiosi, aut nec opificium nec alias artes exercentes Judæi in Synagoga non tolerentur, sed expellantur, & si ejusmodi Judæus irrepere tentaverit, Seniores desuper Urbis Magistratum certiorem reddant. XI. Synagoga pro pauperibus vel decrepitis, si eorum parentes secum illos retinere voluerint, in tantum caveat, ut damnum vel fraudem, quæ per eos Christianis accederet, resarcire velit. XII. Denique fures, nebulones, Ecclesiarum prædones, ebriosos aliosque nullius frugis homines nec recipiant, nec detineant, nec ab eis merces suspectas emant, sed quamcumque rem fors de furto suspectam, aut alias ejusmodi personas protinus Senatus Præsidi denuntiare, ac tradere teneantur &c.

Gravior adhuc tempestas hoc anno Judæis in Wirtenbergensi Ducatu incubuit, ubi per plures annos velut in terra promissionis lacte & melle fluente firmam,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

mam, securamque sedem fixisse exili-
mabant: postquam vero famosus ille
Judæus nomine Josephus Süss Oppen-
heimer, qui pene summa rerum potie-
batur, post Caroli Alexandri Ducis o-
bitum, propter ærarii publici defrauda-
tionem aliasque nefarias suorum com-
plicum artes repetundarum reus fu-
ca suspensus in ferrea cavea periit, e
infami sua morte totam Synagoga
Wirtenbergicæ gloriam funeravit, Ca-
rolus Fridericus Wirtenbergæ Dux, e
supremus Ducatus Administrator et
Tutor Ducatus sui Ordinibus pollice-
rogabatur, se intra semestre omnes Ju-
dæos e tota Provincia ejecturum: que
cica die vigesima Februarii omnibus
Ducatus Wirtenbergici Prætoribus a
Præfectis promulgato Stutgardiæ edi-
cto injunctum, ut evoluto jamjam pe-
fixo termino omnes & singulos Judæos
in eorum Præfecturis habitantes sine
ullo discrimine expellerent, exacte au-
tem statutum Provinciale die secundo
Novembris anno hujus sæculi sexto edi-
tum observarent tam circa illos subdi-
tos, qui cum Judæis contractus inie-
runt, quam circa ipsos Judæos, qui ve-
ad publicas nundinas, vel æra credita
exacturi subinde Provinciam ingredi
aut innoxium transitum concedi peti-
rint &c.

Atte-

Attamen præter omnium exſpectationem hoc anno Judæis in utriusque Siciliæ regno adeo propitia adſpirabat aura, ut hucusque pluribus retro ſæculis ampliores libertates & privilegia in nulla orbis Chriſtiani parte conſecuti fuiſſent, & quidem a Principe orto in Hiſpania, ubi peſtifera hæc gens omni tempore ferro flammaque extincta erat. Carolus enim Neapolis Rex & Hiſpaniæ Infans, cum intra regni ſui fines mercaturam per Judæorum induſtriam uberrimo queſtu promotum iri ſperaret, eisdem favores hucusque non auditos indulſit, die tertia Februarii edito deſuper hoc diplomate:

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Nos Carolus &c. Non modo leges fundamentales cordibus noſtris a natura impreſſæ, ſed & leges Divinæ in S. literis manifeſtatæ docent, primas & indeclinabiles Principis curas eſſe, ut ſubditorum ſuæ ſollicitudini a Divina Providentia commiſſorum commoda, utilitatem, bonumque omni ſtudio ac Zelo promovere ſatagat. Igitur luculenter comperto, quod omnes noſtri ſubditi & regnorum ac ſtatuum noſtrorum incolæ facultatibus exhauſti ſint, idque vel maxime inde oriatur, quod mercatura tam apud cives inter ſe, quam apud Nationem cum exteris pene

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

exsiccata, variisque funestis satis summopere attenuata fuerit, hinc indefessum studium ac diligentiam nostram eo convertimus, ut certis proficuisque mediis negotiationem tam intra quam extra Regnum statusque nostros ad pristinum florem revocare possemus. Cum autem plurium aliorum Catholicorum Principum prosperitas in suis ditionibus efflorescens nos manifeste edoceat, quod Judaica Natio unice mercaturæ intentæ præ ceteris aptissima sit ad hoc, ut per mare negotiandi & mercaturam ad remotissimas quasque regiones propagandi artem male edoctis populis proponent, eosque instruant, hinc ad imitationem aliorum non minus prudentum quam proborum Catholicorum Principum Judaicam quoque Nationem in nostris Regnis & statibus invehere accipere decrevimus: eapropter vi hujus diplomatis omnibus Nationis suæ Mercatoribus aliisque, qui in Provinciis a primis ortu usque ad occasum, sicut & in omnibus aliis regionibus & locis quibuscunque degunt, sine ulla exceptione si in nostris Regnis sedem figere & mercaturam exercere voluerint, gratias privilegia, exemptiones, & prærogativas in subsequentibus articulis contentas concedimus, ac clementer indulgemus &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Postea adducebantur triginta quinque articuli, quorum summam referimus. Itaque eis concessum, I. ut per integros quinque annos fixum domicilium in his regnis habeant, evoluto autem hoc tempore, ni regno excedere jubeantur, hæc gratia ad alios quinquaginta annos cum iisdem privilegiis prorogetur: si vero expleto hoc tempore emigrare jussi fuerint, adhuc integro quiquennio subsistere, immobilia bona (qualia, nisi sint feuda jurisdictionem annexam habentia, possidere valent) vendere, ceteram supellectilem, aliasque res asportare integrum sit, quin pro illis evehendis, vel in regnum inveheudis tributum solvere teneantur. II. Plena religionis suæ libertate fruantur, & si in præcipuis utriusque regni Urbibus quadraginta hujus Nationis familiæ, aut viginti in ceteris oppidis numerantur, scholas aperire valeant. III. Eorum Rabbini in has familias tantam habeant jurisdictionem, ut in caussis, nisi criminales sint, reos in exilium amandare possint. IV. Deputatum habeant Judicem, a quo ad supremum tribunal appellare valeant. V. Locus, ubi ad exercendos suæ religionis actus convenerint, duntaxat privatæ domus, non autem Ecclesiæ formam præseferat. VI. Cunctos libros sive scriptos sive impressos

Sæc. XVIII A. C. 1740.

pressos ad eorum usum tenere, ac in vehere eis liceat, quin eos alterius in quisitionis, quam præfati Judicis arbi trio subjicere teneantur. VII. Non ut assignetur separatus ad habitandum lo cus, sed in urbibus & pagis, ubicunque voluerint, habitare ac permanere liberum sit. VIII. Pari cum Christianis in stitu, quin ullo signo ab eis distinguan tur, uti Romæ & alibi moris est, utan tur. IX. illi, qui Medicæ arti incum bunt, ad Doctoratus honores in hac fa cultate promoveri, & vel soli vel cum Catholicis Medicis infirmos invisere po terunt, juramento tamen polliceantur quod vel ipsum infirmum vel ejus am cos & notos de instante vitæ periculo tempestive monituri sint, ut de anima salute cura haberi queat. X. Judæis quoque licitum sit, Catholicos famulos & ancillas ad servitia adhibere, ita men, ut hæ saltem trigesimum quin tum, isti vero vigesimum quintum ætatis annum expleverint, & nec hi nec illæ sine speciali Diæcesani Episcopi la centia in Judæorum ædibus aut do miant, aut pernoctent &c.

Enimvero Proceres, Nobiles, cives omnisque populus ob tam incircumscri ptam perfidæ gentis libertatem primo in secretas, ac demum in publicas, eas

qua

que acerrimas indignationes prorupere, iniquissimo ferentes animo, quod hucusque nulli Nationi exteræ quinquagenarii domicilii favor fuerit concessus: præcipue vero Episcopi omnesque Clerici regulares e sacris pulpitis damna, quæ ex promiscuo hujus gentis consortio in Religionem Catholicam, commissumque sibi gregem redundatura essent, summo verborum ac rationum pondere exposuerunt, atque inter eos quidam Ecclesiasticus Regem, dum solus in Capo di Monte agebat, quæsita opportunitate adiit, eique Apostolica libertate declaravit, fidei puritatem periclitari, & fideles Regis subditos perversionis periculo exponi, proin de Regia pietate tantum sibi polliceri, Regiam suam Majestatem propositas eorum querelas & rationes æqui bonique consulturam. Ast Rex indignabundus respondit, ipsum frustra ejusmodi querimoniis tempus perdere, proin sine mora facesseret: Paulopost Rex illum exilio mulctabat, ac militiæ Tribunum, qui contra Regis Ministros, & præcipue contra Pancorbium natione Palatinum, præcipuum hujus innovationis promotorem liberius obloquebatur, custodiæ dari jussit. Hac tamen severitate adeo non querelarum finis obtinebatur, ut Clerici & Regulares, atque inter eos præcipue Domini-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ca-

Sæc. XVIII
A. C. 1740.

canus, & quidam Jesuita in suis ad p
pulum sermonibus, grave malum u
verso Regno impendens præsagire
palamque declararent, certos se e
quod sua libertatr Regis indignation
incurrerent, prævalere tamen Dei ca
sam, Religionis honorem, ac populi
lutem, seque paratos esse, suam quoq
vitam publicæ incolumitati litare: n
quæri Judæorum conversionem & a
mam, sed duntaxat sordidum lucell
& questum ex eorum lana & lacte
sine Religionis dispendio &c. Aft R
acriori ira incensus prohibuit, ne
Regulares e Monasteriis suis exire
aut pulpitum conscenderent: Ordin
vero Superioribus præcepit, ut se
curarent, ne eorum Concionatores
Ecclesiis debitam moderationem tr
grederentur, aut contra privilegia
dæis concessa vel verbulo declama
Nec his contentus Rex, cum præ
tes Judæorum familias regnum imm
sis divitiis locupletari, & commerci
magnis incrementis protendi speran
non modo insuperhabitis populi que
lis Judæos undique accersivit, sed et
die septima Aprilis ejusdem anni
suum Administratorem Josephum Tim
chinettum cum ipsis quoque Turcis
dus ac tractatum liberi commercii
navigationis iniit, obtinuitque, ut Co

ſule in præcipuis Ottomanici Imperii emporiis conſtituto, utriusque Siciliæ ſubditi libero ſuæ Religionis exercitio fruerentur. His quoque utrinque firmatis paulopoſt Turcici Imperatoris Legatus cum ſplendido comitatu Neapolim pervenit, a Rege ſigularibus honorum ac benevolentiæ ſignis exceptus.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. XX.

Religionis Catholicæ ſtatus in Posnania.

Interea Theodorus Comes de Czartoryski Posnanienſis Epiſcopus de immoto ſuo Religionis Catholicæ ſtudio adeo nihil remiſit, ut ſucciſis ſectariorum viribus veræ fidei incrementa procuraret. Opportunam ei occaſionem ſuppeditabat Franciſcus Lodzia Poninskius Posnanienſis Dapifer & Kopanicenſis Capitaneus, qui memor, Lutheranos, poſtquam centum abhinc annis Sueci totum oppidum in cineres redegerant, tunt potentia prævalentes ſuæ ſectæ fanum pro arbitrio ædificaſſe, & quidem in eodem loco ac fundo, ubi ante incendium Eccleſia Catholicorum fuerat erecta, illam priſtino ſuo Domino & Catholicorum uſui reſtitui curavit. Æquiſſimo huic conatui ſuffragebatur ſtrenue Epiſcopus & Regia Posna-

Sæc. XVIII. A. C. 1740

nanienſis Curia, totis tamen viribus obſtiterat Lutheranus præfati Templi Patronus nomine Kalkreiter, qui nihil intentatum inauſumque reliquit, ut in iniqua illius uſurpatione tueretur; prævaluit tamen cauſſæ æquitas; quapropter anno priori Curiæ judicio decreſum, ut intra præſcriptum tempus juxta præſtitos ſumptus novam pro Catholicis Eccleſiam ære ſuo funditus erigeret, ac deinceps pro ejus conſervatione & Eccleſiæ apparatu quotannis trecentos Polonicos florenos ſuppediteret, ſecus bonorum participatione privandus: quod vero attinet fani Lutherani demolitionem ab Actore prætenſas pœnasque, ſi hoc fanum rurſus exſtruereturr, incurſuras, Curia ſic pronuntiavit: *Quoniam tam ex documentis, quam ex inquiſitionibus deductum eſt, hoccce fanum ante Conſtitutiones, quibus fana non exiſtentibus pro tunc & in poſt declaratæ ſunt, in bonis Przytoczna exſtitiſſe, proinde non poſſe Magnificum Poninski Dapiferum Posnanienſem eandem demolitionem prætendere, Judicium arbitratur, fanum in fanum ad mentem Conſtitutionum ſignum uti toleratum, ita & in futurum tolerandum eſſe vult & declarat, ne tamen id quispiam reſtaurare præſumat, judicium injungit, ſub pœnis per Regni Conſtitutiones interpoſitis decreti præſentis vigore.*

Hæc

Hoc ipſo tamen anno Lutherani novam concitarunt litem. Illius occaſio erat hæc: poſtquam enim nupero Posnanienſis Curiæ decreto Lutherani novam Catholicis Eccleſiam erigere juſſi erant, Regii Deputati locum ad hanc fabricam idoneum ſelegerunt, ſolis tamen Lutheranis pro more ſuo minus acceptum; cauſſabantur enim, in eo loco multa ſuorum corpora fuiſſe ſepulta, ea ergo exhumari neceſſe fore: hoc ſuo prætextu tam importunos conflarunt motus, ut tandem Curia aliam, ut vocant, *Commiſſionem* eo decerneret, ac ſtatueret, novam Catholicorum Eccleſiam omnino in præfato Pago eſſe exſtruendam, in alio tamen loco; Lutheranorum vero cæmeterium deinceps penitus devaſtatum relinquatur, nec ex Lutheranis incolis ullum cadaver ibi ſepeliatur. Vix deciſa hac lite rurſus nova Lutheranorum querela auditur, & quidem contra eundem Franciſcum Poninskium Kopanicenſem Capitaneum, quem potius ob intempeſtivum favorem eis jam dudum exhibitum ſpeciali gratitudinis ſenſu colere debuiſſent. Hic enim ad eorum preces jam anno hujus ſæculi vigeſimo ſecundo ad privatum ſectæ ſuæ cultum Eccleſiam in Superioris Prætorii ſui parte erigendi facultatem dederat, conceſſo hoc diplomate:

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Infra scriptus omnibus, quorum interes
præmissa mea veneratione, notum testatum
que facio, supplicasse mihi Oppidanos K
panicenses a fide Catholica dissidentes, qu
tenus iisdem Prætorium, sive Curiam
bus oppidi mei necnon devotioni fidei
catholicæ subserviens, proprio sumptu e
gi de nova radice permitterem. Qu
consulendæ commoditati Oppidanorum K
panicensium prædictum Prætorium seu C
riam ea, qua fungor potestate ita e
permisi, præsentibusque permitto, ut in
feriori hujus Prætorii parte Oppid
Kopanicenses de rebus ordinem dom
cum, civitatemque concernentibus agere,
superiori vero parte fidem Acatholico
profitentes devotioni suæ PRIVATÆ
gibus Regni & Constitutionibus con
vacare possent. In cujus fidem cum
positione Sigilli manu propria me sub
bo. Datum Kopanicæ An. 1722.
Januarii.

FRANCISCUS PONINS

Attamen Lutherani hac gratia ab
utentes privatum suæ sectæ exercitium
nonnisi precario permissum ad pub
cum cultum extenderunt, quapropter
Kowelschius Præpositus eis severe in
buit, ne deinceps in Prætorio exilio
matæ suæ Religionis actus exercerent
unde factum est, ut Lutherani rurius

ad dirutum ſuum Braxatorium reverti cogerentur, auctis vero indies Catholicorum querelis contra ſectarios demum anno priori per Regii Tribunalis decretum omnino ſtatutum fuit, ne deinceps ullo in loco Lutherani Religionis ſuæ cultum peragerent; moxque clauſo eorum fano Chriſtianus Fiebig ex Prædicantibus ibidem officio functis ſeptimus in exilium demandatus eſt. Illuſtriſſimus quoque Princeps ac Regni Primas Sezembek Gnesnenſis Archiepiſcopus totus in eo erat, ut ſectariis omnia loca ad Religionis ſuæ exercitium deſtinata in ſua Diæceſi adimeret, & Camencenſis Epiſcopus per ſuum Officialem, qui a Lutheri ſecta ad fidem Catholicam reverſus erat, Eccleſias & ſcholas Pemperſini & Nichorii adhuc exſtantes claudi juſſit, utroque Prædicante Davide Roſenau, & Ægidio Falcke officio motis: idem fatum ſubiere Lobeſenciana in Kaliſchenſi Palatinatu, & Grunovienſis Eccleſia, ad quam indicta ducentorum Ducatorum mulcta accedere Lutheranis vetitum hocque anno die nona Octobris utrumque fanum occluſum fuit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. XXI.

Variæ turbæ in Lutheranorum Eccleſiis.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Quanta animorum contentione, cr
nionum diversitate & dissend
tium pertinacia Friderici Guilielmi B
russiæ Regis edictum de abrogandis L
theranæ Ecclesiæ ceremoniis fuerit e
agitatum, jam supra meminimus; n
paucos enim, qui sese præceptæ ab
litioni opposuerunt, suorum Fratru
exilia & amotiones ab officio a tue
dis hisce ritibus non absterrebant, a
e contrario illos ceu Diaboli inventu
superstitionem, & abominandas Ad
christi reliquias detestabantur: inter h
præcipue omnes debitæ moderatio
ac prudentiæ limites proterve præ
gressus est Christophorus Raab Lut
ranus Theologiæ Professor Tuisburge
sis, qui hoc anno infamem rapsodi
edidit, sub hoc titulo: *Vetus & no*
cussa fidei Confessio quorumdam ex Pr
stantibus sine eorum culpa exosis. In
Auctor §. VII. omne maledicentiæ
rus non modo in Lutheranæ Eccle
ritus, sed etiam seposita omni revere
tia coronatis verticibus debita in qu
dam Principes ad fidem Catholicam
Lutheri fermento emersos pleno a
effudit; cuncta, quæ rabidus hic Pr
impudenti ore evomuit, huc refer
honestas prohibet, pauca adducere hu
abs re erit, ut ex ungue leonem, e
eg

Vid. supra l. 76. p. 143.

egregiam Præconum tolerantiam in Catholicos cognoscere, pronum sit. Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Jam ante reformationem scribit hic blatero, hi homines (scilicet ejusdem cum eo furfuris) probris afficiebantur, & non modo a Papistis magis quam ceteri Protestantes fuerunt acerrime infectati, sed nequidem ipsos etiam Protestantium manus & injurias effugere potuerunt. Ex hoc speciali Sathanæ ejusque instrumentorum, nempe nigrorum Pfaffen Sacrificulorum invidia perfæpe cognovi, ingens latere bonum, adversus quod Sathanas & præcipui ejus Ministri vel maxime odium suum exerunt, Nigri hi Sacrificuli, inquam, id est Jesuitæ inter Papistas, & hypocritici Prædicantes inter Protestantes: eos enim, qui inter nos probatæ sinceritatis sunt, ex corde diligo, nec ullo modo impeto: quandoque tamen mihi videtur, necessarium esse, ut Evangelici Ministri in nigro habitu incedant, sicut juxta 2. Reg, cap. 23. v. 5. a pio Rege Josia abrogati כְּמָרִים nigri idololatrici Sacerdotes Baal: cum enim hic color meo videri valde incommodus & pretiosus sit, hinc sine scrupulo uti possunt alio colore, dummodo aliunde modeste vestiantur, & ad aliorum exem-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

plum pariter ſuas conjuges & proles a
id adigant, ut potius reali modeſtia
debita morum decentia, quam exterior
habitu tanquam veri Paſtores ſeſe d
ſtinguant: magis tamen inter Luthera
nos Præcones culpandi ſunt illi impr
dentes, qui ad horum genium pariter
eorum collaria fiſtulata gerunt, & ſua
nigram vel albam talarem veſtem æge
rime exuerunt, aut etiamnum exuun
cum tamen ſerio perpendere deberent
has ipſas veſtes eſſe Antichriſti teſſera
ab eo ad illos derivatam, & in hac v
ſte maxime horrendam idololatriam
Miſſæ ſacrificio peragi, ubi ſub p
na capitis etiam iis, qui ſecus credun
præcipitur, cultu latriæ illud adora
quo veſcuntur: quale tamen ſcelus n
ipſa Romana gens præcepit, proin
ipſa Antichriſtiana Roma etiamnu
vindicatur. Igitur ejusmodi homi
ſi tamen vere Evangelici ſunt, reflec
re deberent, hoc ævo ſummopere p
riculoſum eſſe, tot ceremonias & d
tichriſti reliquias in publico Dei cu
& habitu tam pertinaciter ex Papa
retinere, cum tamen ea vivamus æv
te, ubi dulcius Chriſtianus chorus n
ſonet, & Papa per ſuos Commiſſario
jam hunc jam illum ex Proteſtanti
Principibus in caſſes ſuas attrahit,
ad ſummopere abominandam idolol
trian

triam Ethnica longe magis horrendam inducere conatur &c.

Sæc.XVIII. A.C. 1740.

Duriora adhuc convitia in Principes potentiſſimos Religione Catholicos maledicus hic homo livido ſuo calamo congeſſit, quibus tamen honeſti Lectoris animum & aures offendere, haud decet, ut tamen ejus ſtupiditas magis eluceſcat, ex plurimis hæc pauca addam. Si, proſequitur ille, ſubditi in Saxonia ad Papiſticam ſuperſtitionem & idololatriam ſenſim inducentur (quod certo certius eveniet; noſco enim Papiſtarum ſpiritum) nonne tunc male conſultæ cruces, imagines, ritus & Antichriſti teſſeræ ipſos in graves conſcientiæ anguſtias propter hominum ſeductionem redigent? Memini me in Gilberti Burneti itinerario legiſſe, quod quidam Theologus Argentinenſis non multo poſtquam Ludovicus XIV. per proditorias ſuas fraudes hanc urbem ſua libertate exuerat (nam nulli Papiſtico Gallico Principi unquam Proteſtanticus Princeps vel ſtatus fidere poteſt) ſibi tum Argentinæ agenti anguſtiarum plenus & ſub Papiſtico jugo gemens dixerit, id ſibi adhuc ſolatii reliquum eſſe, quod tempore reformationis Argentoracti pauciora, quam in Saxonia de Papiſmo fuerint retenta, proin ru-

Sæc. XVIII. A. C. 1746.

dem plebem Argentinæ non tam facile seducendam esse &c.

Verum stolida hujus convitiatoris impudentia ipsis etiam Protestantibus adeo stomachum movit, ut religiosæ suæ capita tam insulse ac stupide convelli, & Regum ac Principum Majestatem seposita omni reverentia supremis Rectoribus debita tamque indignis prodendisque calumniis a tam vili homuncione proscindi tolerare haud posset; quocirca publicis etiam scriptis eidem exprobrabant scelerata sua scommata, quibus dogma de reali Corporis & Sanguinis Christi præsentia in Eucharistia non modo contra Catholicos, sed ipsos quoque Lutheranos impetere ausus est, eis stulte objectans hæc Ciceronis verba: *Ecquem tam amentem esse putas, qui illud, quo vescatur, Deum credat esse?* Quis enim credidisset publicum & quidem primarium Theologicæ Facultatis Professorem in crassa rei etiam tyronibus notissimæ ignorantia versari, ac nescire, Ciceronem de illis locutum fuisse idololatris, qui frumento nomen Cereris, & vino nomen Bacchi attribuerunt, & utrumque, quo tamen vescebantur, Deum esse crediderunt. Quo ergo hæc Ciceronis verba ad cænam Dominicam, in qua verum Christi corpus

De natur. Deorum lib. 3. c. 16.

pus & ſanguis manducatur & bibitur, isque, cujus corpus ſumitur, Deus verus eſt, & eſſe creditur juxta expreſſum Chriſti effatum? Aſt egregius hic Doctor nequidem extimis labiis ſacræ ſcripturæ eloquia unquam deguſtaſſe videtur, ſecus enim adeo proterve legitimos Reges ac Principes probris ac maledictis lacerare auſus non fuiſſet, memor divinæ prohibitionis: *Principi populi tui non maledicas*, & illud: *Tu autem quis es, qui judicas proximum*, & *Nolite judicare, & non judicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini.*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Exod. 22. v. 28. Jac. 4. v. 13. Luc. 6. v. 37.

Ea vero, quæ inſulſus hic Ariſtarchus de Saxonum ritibus Eccleſiaſticis ſagillabat, tantopere bilem cuidam Lutherano moverant, ut in ſua ad Amicum epiſtola eum his verbis perſtringeret: Quid hic Auctor (Raab) contra ritus Eccleſiæ ſomnia &, coniicere nequeo, utique hi ritus intra legitimos terminos circumſcripti nec in collaria fiſtulata, nec ad Antichriſti principia degenerant, nec ex his falſus aut titubans Chriſtianus efficitur; agitur potius de eorum intentione, qui hos ritus vel retinere vel eliminare volunt. Saxones in ſua religione Chriſtiana adeo bene inſtructi ſunt, ut Profeſſoris Tuisburgenſis correctione minime egeant: dantur qui-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

dem ubique imbecilles & peccaminos a quorum classe certe non exemptus et præfatus hic Professor: saltem Saxones non tales sunt hypocritæ, & sacrileg sicut alii Lutherani, qui dum in re gionum diversarum exercitio degun aut Catholicis vicini sunt, in defe ctum Catholicorum nequidem Dei Tem plum ex integro ædificant, multo m nus in Dei honorem suas Ecclesias lic tis piisque imaginibus, quæ prudentes Lutheranum aliunde nunquam ad id lolatriam inducent, exornant, Deoque Altissimo in illis quoque locis, quæ ta men sui nominis memoriæ dedica sunt, nequidem hunc honorem exhi bent, ut sese humilient, sua genua corpora flectant, cum tamen ejusmo honor soli Deo debeatur: quantum ve ro ad Crucifixi imaginem, nonne ip met Protestantes Philosophi vel qu superprudentes saltem super Altar *parvam* Crucifixi imaginem collocant si ergo hoc bono ex fine licet, *majore* Crucifixi imagines reprobare non ad debit hic Professor; præterea nec ex Crucifixo, nec ex Clericorum vestibu idololatricum quid erui potest, nec ho rum usus, cum nihil Dei legibus con trarium fiat, prudentem, quales sun Saxones, in sua religione probe instru ctum Protestantem in suæ fidei constan

ſtia turbabit, imo ſi Argentinenſis il- Sæc. XVIII.
le Theologus Burnetus non firmius, A.C. 1740.
quam ex rituum abrogatione, ſolatium habuit, illum ſane ſat imbecillem fuiſſe, neceſſe eſt &c.

Ceterum inſuperhabitis Prædicantium querelis ac motibus Fridericus Guilielmus Boruſſiæ Rex horum rituum abrogationem urgere adeo non deſtitit, ut etiam novam liturgiam invexerit, & Conſiſtoriales, ut vocant, ſanctiones veteres ad normam novorum edictorum, & Regiarum ſanctionum ubique immutari præceperit, ſtatuens, ut deinceps ad civilia officia promovendi non amplius juramentum de Religione præſtare teneantur, exorciſmus in Baptismo omittatur, nullus a cæna Domini propterea excludatur, quia prævie confeſſus non eſt, dummodo Prædicanti confeſſionis nummum das Beichtgeld ſolvat, Evangelium non cantetur, ſed diſtincte coram Altari prælegatur, nullus Præco quempiam auctoritate propria a cæna arceat, in cæna verba inſtitutionis non cantentur, ſed prælegantur, nec caſulæ, Albæ, ſuperpellicea aut luminaria adhibeantur: fornicantes ante matrimonium, deplorato peccato, ſine cenſura ad cænam admittantur, æditui, apud quos ebrietas invaluit, etiam carceris

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ceris pæna coerceantur &c. Novis hisce sanctionibus veteres in pluribus fuere immutatæ, eisque Prædicantes indicta etiam amotionis pæna sese conformare jubebantur.

Attamen post Regis obitum ejus Successor Fridericus II. Rex Brandio timæ admissionis Administro & Rechenbachio Præsidi tertia Julii die hujus anni in mandatis dedit, ut cunctos Prædicantes Berolini agentes coram ei juberent, eisque declararent, Rex proprio motu omnibus sui regni Lutheranis Prædicantibus liberum relinquere, an in suis Ecclesiis casulas, superpelicea alba deferre, in officio Divino Cæna in Altari luminaria rursus &c. accendere, vel horum rituum abrogationi super præceptæ insistere velint, prout Regis Prædecessoris sui interdictum penitus abolitum esse. Gallicis quoque Prædicantibus significari voluit Rex eis licere, antea prohibitis talaribus denuo, dum concionantur, uti, si subjecti eorum populi id exigant. Præterea idem Rex die sexta Junii promulgato edicto statuit, ut deinceps sine ullâ dispensatione aut pecunia omnes etiam in gradibus prohibitis, nisi matrimonium in Verbo Dei scripto clare vetitum sit, conjungantur, eoquod ejus mo-

modi matrimonii prohibitiones & dispensationes hominum multiplicationi regno necessariæ obessent, proin nulli casus censeantur esse prohibiti, nisi a Moyse Levit. c. 18 & 20. expressi; inde vero Ludewigus Cancellarius Regno & Borussiæ Provinciis tantam factam fuisse salutem gloriabatur, quanta hucusque nulli alteri Christiano populo obvenisset; ac propterea Deum, qui Salomoni prudenter agendi virtutem dedit, magnificabat. Non idem vero sensus erat Lutheranis Prædicantibus, qui in incestu dispensandi jure privati, partem salarii succisam dolebant; nec etiam cunctis Præconibus concessa ritibus ante triennium inhibitis utendi libertas arrisit, censentibus nonnullis, eorum abrogationi insistendum esse: hanc quoque in rem quidam, qui se Lutheranis *bene affectum* nominat, hoc anno scriptum vulgavit, in quo I. demonstrare nitebatur, hos ritus non debuisse abrogari, Prædicantes vero immerito Regis sui mandato repugnasse, II. has cæremonias antea prohibitas nequaquam denuo esse invehendas. Primum his argumentis stabiliri sibi videbatur, quod hi ritus semel in Lutherana Ecclesia fuerint recepti, & quamvis ad fidei essentiam non spectent, imo insolens quicquam magis quam devotum præseferant,

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

rant, diuturuo tamen usu boni aut saltem inculpati evaserint: tantam enim vim extraordinariæ rei etiam in religione consuetudinem in hominum animis exerere, ut illas tandem irreprehensibiles, bonas, imo & necessarias reddat, v. g. exoticum quidem videri, Præcantem, qui alias etiam ministerio fungens, nigro habitu in foro comparet, in publico officio Divino, in Cathedra & in Altari alba tunica vestitum cernere, ad docendam plebem vocatum, præsertim ea, quæ ceteroquin præstare deberent, decantantem audire, apud Cænam Dominicam plena meridie candelas accendere &c. nihilominus quod exoticum videtur, consuetudine fieri bonum, imo ipsum Religionis essentiale esse quid insolens, hinc in ipsa hac insolenti essentia fundari accidentale ritum Insolens, cumque omnes & singuli religionis essentiale ab accidentali discernendo capaces non sint, & non raro hoc utpote in sensus cadens, illi firmius inhæreat, hinc ejusmodi ritus non facile immutandos fore, ne rudiores ob præconcepta sua judicia demptis accidentalibus a substantiali deficiant, & imbecillibus scandalum detur (*). Hæc de

(*) Forte hic Auctor addere potuisset hanc ne forte ex prætextu mutati ritus factiosi sa-

demum erant validissimæ, si Superis placet, rationes, ob quas hic Lutheranus Magister horum rituum abrogationem reprobavit, eas quoque adeo sublimes esse censuit, ut Prædicantium paucissimos, utpote vel tam acri judicio destitutos, vel *de contritione Joseph* haud anxios ob has rationes rituum abrogationi pertinacius obstitisse dubitet: ad id enim illos potius adductos existimat ex erronea persuasione, quod Calvinianus Princeps Lutheranis, etsi ejus subditi sint, in religionis rebus nihil prohibere queat, præcipue cum hi ritus paci Westphalicæ innitantur, timendumque, ne Princeps eliminata Lutherana sensim Calvinianam hac arte invehat: alios vero Prædicantes illarum urbium, ubi Calvinistæ Lutheranis imixti vivunt, abrogationi ideo repugnasse arbitratur, quia se Calvinistis accommodare iniquissimo ferrent animo, cum tamen Calvinistæ nihil de suis ritibus remittere, minus vero Lutheranos ritus adoptare velint, proin in Borussia Lutherani pejoris conditionis forent, ac Ca-

Sæc.XVIII. A.C.1740.

sam sumant, contra legitimum suum Principem seditionem movendi, uti olim Angli & Scoti sub hoc obtentu Regem suum Carolum I. millenis calamitatibus oppresserunt, & tandem etiam honore, sceptro & in ferali pegmate vita privarunt. Vid. supra tom. 60 & 61.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Catholici, qui plena Religionis libertate ibi fruerentur. Præterea, inquit Auctor, Ecclesiasticorum redituum Patroni suis proventibus spoliari timebant, ac propterea suos Præcones ad pertinacem resistentiam non modo stimulabant, sed etiam eis panem ad dies vitæ polliceabantur, si forte ob obedientiam sacro ministerio a Rege amoverentur: id constare, ajebat Author, ex eo, quia dum rumor invaluerat, Parochias rurales Curiis esse incorporandas, ut omnibus Parochis æquam salarii portionem assignandam, necnon loco privatæ confessionis generalem absolutionem esse invehendam, inde Præconum potissimos suspicatos fuisse, rituum abrogatione prælusum fuisse hisce innovationibus, ac propterea, quo majorem quisque habebat proventus, eo ardentius abrogationi obstitisse, ne vel emolumentum viderentur, vel ut suum religionis zelum jactitarent, cum tamen non nisi in gravioribus, ubi plus operæ pretium fuisset, defecerint &c. Ex his intulit Auctor, indecens fuisse, quod Præcones ob ritus ad Lutheranam fidem non pertinentes, & vero bono & ædificationi destitutos suo Principi non sine publico subditorum scandalo restiterint, & tam sinistram de suo Principe opinionem ferverint, qui tamen post abrogatos ritus dilige-

disertis verbis declarasset, suæ mentis non esse, unionem inter Calvinistas & Lutheranos invehere &c. Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Nihilominus idem Auctor censuit, novi Regis gratia non esse utendum, proin hos ritus de novo non esse introducendos, quia nunc post triennalem eorum abrogationem populo haud amplius insolitum videtur, Prædicantem in nigro habitu cernere, cænam sine lumine peragi, preces non cantari, sed duntaxat prælegi, aliunde populum abrogationi acquievisse, & solos Prædicantes tumultum concitasse, imo rusticis magis arridere, quam a Præcone cantus imperito decantari, & pecunias in luminaria impendi &c. ac propterea quosdam rusticos in risum effusos fuisse, cum Præcones ob recens invectum candelarum usum coram Altari festivum dedicationis sermonem cum majori tripudio habuissent, ac quondam Betsamitæ de arca e Philistinorum manibus erepta triumphassent. His præterea addidit Auctor, Regem in suo decreto haud obscure insinuasse, sibi, relicta quamvis cuilibet libertate, haud ingratum tamen fore, si rituum abrogationi insistatur, sicque saltem in cæremoniis Lutheranos inter & Calvinistas consensio foret, proin Lutherani eliminarent,

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

quod ipsismet onerosum, Calviniani scandalosum, & ad religionem penitus nil conducens est. E contrario autem si concessa libertate Lutherani abrogatos ritus denuo invehere molirentur timendum esse, ne Rex haud temere suspicaretur, contra se a Lutheranis etiamnum sinistram opinionem fovere perinde acsieorum bonis, redditibus & religioni insidiaretur, proin necesse esse ut huic malo ceu antemurale constantem rituum usum opponerent &c.: nihilominus tamen in variis Lutheranorum Ecclesiis diversus erat horum rituum usus; in aliquibus enim jure concessam libertatem hæ cæremoniæ fuere rursus invectæ, in aliis pertinaciter eliminatæ, proin nec conformitas revocata, nec pristini dissidii materia fuerat penitus sublata.

§. XXII.

Controversia circa jus nominandi inter Abbatiam S. Maximini & Comites de Grumbach agitata.

Jam anno Christi sexcentesimo quadragesimo tertio Dagobertus Galliarum Rex Memiliano decimo tertio Abbatum Ordinis S. Basilii & Monasterio S. Maximini Treviris extra muros sito præ-

alia prædia etiam pagum *Thalevane* seu *Thalfang* vel *Talfane* dono dedit, uti patet ex pervetusto ejusdem Regis diplomate (*), quod Aubertus Miræus in suis Orig. Bened. recitat. igitur ratione hujus villæ competebat jus reale Patronatus in Parochiam hujus loci Abbatibus ac Dominis, quod etiam illibatum servaverunt Benedictini Abbates, quibus hæc Abbatia post Dagoberti mortem & Barbarorum devastationes præclare restaurata ab Hildulpho Trevirensi Archiepiscopo circa annum Domini septingentesimum sexagesimum

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

(*) De fide hujus diplomatis consuli possunt Mabillonius de re diplomat. l. 3. cap. 1. n. 2. necnon Hontheim in sua Hist. Trev. Dipl. tom. 1. p. 79. & tom. 3. p. 1001. Ceterum ex ipsis documentis, quæ Lutherani pro se protulere, constat, quod an. 1578. Abbas S. Maximini jus conferendi hanc Parochiam habuerit & *prætenderit*, uti Otto I. Comes etiam certissima Catholicorum jura nominare voluit, ac nihilominus Lambertum Dholl Lutheranum proprio suo arbitrio nominatum Præconem jusserit, ut Abbatem S. Maximini accederet, & sui præsentationem ab eo peteret, & anno 1660. ad Abbatem Reinerum perscripserit, quod Schikerum Præconem ei præsentaret, ut eidem hanc Parochiam conferret, & scripto diplomate, uti juris est, attribueret.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

quartum tradita fuit. Anno autem re-
paratæ ſalutis milleſimo ducenteſimo
trigeſimo primo Henricus tum Abbas
jus nominandi ad hanc Parochiam
transtulit, ac poſtea feudi nomine
Monialibus Levenbruckenſis Aſcetern.
hodie ad S. Annam ceſſit. Hæ ergo
hujus conceſſionis continuato jure ut
que ad infauſta Lutheranæ reformatio-
nis tempora ſemper Clericum pro Thal-
fangenſi Parochia nominarunt, quem
poſtea Abbas ad S. Maximinum Tre-
renſi Archidiacono præſentavit. Po-
quam vero Franciſcus de Sickingen
quem Lutherus ad ſacrorum ruinam
vaſtitatemque ſat idoneum ſibi conci-
vit, nobiliſſimum hoc S. Maximini mo-
naſterium triſti incendio penitus con-
cremaverat, diſperſis Paſtoribus lu-
voraces Catholicum gregem invaden-
& Religioſorum bona ac jura deglu-
cæperant: nihilominus tamen decim
quarto poſt anno Abbas pro antiquo
jure Catholicum Sacerdotem Joannem
Römer ad præfatam Parochiam nom-
nabat. Ad mali cumulum præter
acceſſit, quod etiam circa annum re-
ratæ ſalutis milleſimum quingente-
mum quinquageſimum Kyrburgenſes D
naſtæ Eccleſiaſtici ſpolii aucupio pe-
cti Luthero nomen darent, ſibique
patronatus in Thalfanganam Parochiam

violenter aſſererent: & præcipue Otto I. Kyrburgenſis Comes Lutheranus ejecto præfato Römero Bebenum Lutheranum ſubrogaret. Igitur poſtmodum extincta poſtmodum Kyrburgenſi linea Grumbacenſes Rheingravii in eadem quoque jura pari violentia involabant, contra quos tandem Abbas S. Maximini apud Cæſareo-Aulicum conſilium Viennæ anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo litem movit, ubi per quadraginta octo annos hæc quæſtio agitabatur: Utrum Rheingravius in vim pacis Paſſavienſis, cum poſt illam Talſangenſi Parochiæ usque ad annos 1580. & 1590. Catholicus Sacerdos præfuerit, etiamnum loco Lutherani a Monaſterio denominandi Catholicum recipere ac tolerare teneatur (*). Attamen motis interim novis difficultatibus, querelis ac controverſiis hæc lis indeciſa remanſit, nilque reliquum Maximinenſibus fuit, niſi ut interpoſita proteſtatione ſua jura ſarta ſervarent, & Lutheranum Candidatum præſentarent: ubi

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

(*) Obſervandum, quod Lutherani Comites ſicut ab initio jus Patronatus Abbati controvertere non auſi fuere, ſed tantum jus nominandi via facti ſibi attribuerunt, ita ereſcente eorum potentia an. 1634. nequidem a Patrono conſenſum & confirmationem petierint.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ubi vero anni prioris die undecima Sep-
tembris Abraham Schneider Thalfur-
gensis Lutheranæ sectæ Præco obiens
Catholicus Büttlichanus Parochus et
Böckingus Trarbacensis Civis pro de-
functi Filio deprecabantur; horum ig-
tur precibus inclinatus Willibrordus Ab-
bas Candidato, qui die decima sex-
Septembris advenerat, obtinendæ Pa-
rochiæ spem fecit, adjecta tamen lege
ut infra quindecim dies factæ gratiæ
teras a Monasterio impetrare satagere
Interim vero Carolus Guilielmus Co-
mes de Grumbach secta Lutheranus
eandem Parochiam Joannem Christo-
num Münch eidem Abbati, utpote hu-
Ecclesiæ Patrono commendabat, Ab-
tamen Abbas respondit, sibi jam pri-
commendatum fuisse præfatum Schne-
derum, hunc etiam in mæstæ Vidu-
ac Matris solatium jamjam a se no-
natum debitisque concessionis facta
teris provisum fuisse. Tum vero Luthe-
rani nil intentatum inausumque reliq-
re, ut sese in usurpato jure tuerentur
durioribus verbis Schneiderum inc-
pant, importunas preces ac sollicita-
nes ipsum interposuisse accusant, &
gitimæ vocationis defectum eidem o-
jiciunt, ipse etiam Comes iteratis lit-
ris Abbatem ad juris sui cessionem

licitat (*), ac demum eidem declarat, se pacis amore paratum esse, quotannis annuum jus *camerale*, seu censum Parochialium aliquot modiorum frumenti daturum, dummodo Monasterium S. Maximini jus Patronatus in hanc Parochiam sibi competens in Comites Grumbacenses transferre vellet, id enim solemne esse aliis Catholicis Patronis ac Monasteriis erga Lutheranas Parochias. Ad hæc exhorruit Abbas, ac die decima sexta Decembris perhumane Comiti reposuit, se ex principio honoris ad Schneiderum in concessa sui nominatione tuendum adstringi. His tamen minime absterritus Comes per Münchium Parochialia munia usque ad litis decisionem exerceri præcepit, & Schneiderum concionandi facultate interdixit. Id vero haud ultra tolerandum ratus Abbas P. Damianum Dhume Monasterii Priorem unacum novo Curione ad Imperialis Cameræ judicium hoc anno exeunte Mense Januario ablegavit, qui etiam promoto libello supplici die decima quinta Februarii petebat, ut expediretur *mandatum pœnale de non amplius turbando Monasterio*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

(*) Casimirus Comes jus Patronatus, & saltem Abbatis consensum huic Monasterio inique fuisse denegatum agnoscens anno 1639. Patroni consensum expeti voluit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

S. Maximini in possessione vel quasi jur Patronatus, nec impediendo neo-prou Parochum in exercitio actuum Parochi lium &c. Æquissimis hisce precib annuit Judicium Camerale, & Ori ribus petitum concessit mandatum, qu etiam die duodecima Martii Grum censi Comiti insinuatum fuit, ac tandi an. 1740. die 23. Dec. per Camerali sententiam a Bessererо Comitis Mand tario petita *exceptio fori præventi & a tionis actorum* denegata est. Inter vero Schneiderus ad Giessensem co tendit Universitatem, ubi a Liebkne to & Rollano Facultatis Theologicæ P fessoribus pro more examinatus, at inspecta Patroni sui Abbatis nomina ne in Parochiali Ecclesia ad S. Panc tium per præfatum Liebknechtum tu quam superintendentem in Thalfang sem Parochum ordinatus fuit, & qu vis Lutherani per plures annos vi u sectæ Parochos intruserint, reclama bus tamen semper Abbatibus nunqu in quieta usurpati juris possessione rem sere, sed illæsum jus nominandi & con mandi vi juris Patronatus apud Mona rium fuit conservatum, & ab Abb etiamnum jure petitur *ob non dotam factam paritionem & enixum non par animum mandatum acrius cum declarati pœnæ & condemnatione in expensas.*

§. XXI

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. XXIII.

Status Religionis Catholicæ in Persia.

Hoc item anno Ecclesia Catholico-Romana in Perside uberrimam propagandæ fidei messem sibi pollicebatur; enimvero Patres Augustiniani jam sæculo decimo quinto veram Christi Religionem in hoc regnum invehere, indefesso studio adlaborabant, & Carmelitæ Discalceati publica Clementis VIII. auctoritate, solemnique Legatione in Persidem missi tam copiosos Apostolici laboris fructus reportabant, ut Urbanus VIII. Papa P. Joannem Thaddæum a S. Elisæo ejusdem Ordinis Missionarium Abbæ PersarumRegi charissimum nominaret Aspahanensem Archiepiscopum, hancque sedem Carmelitano Ordini continuata serie demandari vellet, nihilominus tamen continuis revolutionibus, cruentisque bellis Dominicus quoque ager dispersis quaquaversum Operariis fæde devastatus erat: postquam vero Kulicanus subacta Persia assumptoque *Schach Nadir* nomine sceptrum sibi soli vindicaverat, cœlestes satus revirescere videbantur; novus enim hic Rex religioni Catholicæ & Missionariis haud parum favebat, & Aspahanensem Archiepiscopum, qui illum Ispahami in Palatio

Vid. supra t. 53. p. 496.

Sæc. XVIII A. C. 1740.

suo unacum ceteris Viris Apostolicis salutatum venerat, non modo perhonorifice excepit, sed etiam speciale edictum promulgavit, vi cujus omnibus Christianis plena religionis suæ libertas indulta fuit. Attamen Armeni Catholicos Missionarios antea ubique dispersos impune Ispahamum reverti, ac ita eos Catholicorum numerum augeri egerrime ferebant, ac propterea acres querelas ad suum Patriarcham movebant. Hic igitur eorum sortem miseratus, Regii Nepotis, qui tum absente Kulicano rei summam moderabatur, opem ac patrocinium implorat; dicitur ejus jussu ab Urbis Gubernatore Armenæ nationis querimonia; audiuntur quoque Romano-Catholici, qui sanctæ agendi rationem nupero Regis edicto Catholicis æque ac Armenis promissam tam egregie vindicabant, ut Regis Princeps novo decreto præciperet, ita omnino standum esse Kulicani decreto, et Catholicos nullo molestiarum genere afficiendos. Id quoque ipsemet Kulicanus Ispahamum redux non modo ratum habuit, sed etiam Missionarios ad tione Gallos, qui in ditionibus belli partis agebant, de potenti suo patrocinio contra omnes suos Adversarios certos esse jussit. Præterea sibi Religionem Catholicam intimius quam Pe-

cam cordi esse, non unico demonstrabat specimine, præcipue vero hoc anno, quo præcipuos suæ sectæ Popas eo fine convocabat, ut hi de non paucis Mahometanæ Religionis, prout eam *Ali* Persarum Propheta interpretatus esset, capitibus ac dubiis rationem redderent: cum autem hi Regis desiderio adeo non satisfacerent, ut potius vetera deliria & somnia novis, iisque magis absurdis commentis explanarent, suamque religionem Regi abominabilem redderent, hic P. Guardianum Gallum Ord. F.F. Capucinorum Ispahamum accersivit, petiitque, ut sibi præcipua Religionis Catholicæ mysteria exponeret, quæ ipse ab ore hujus Missionarii non sine magna animi voluptate, & haud obscuro beneplaciti signo avide excepit, moxque sacra Biblia in Persicum idioma verti præcepit. Ea de caussa celebriores ex Catholicis & Armenis selegit, quibus injunctum, ut eorum tres in separato loco ad id destinato a vertendis quatuor Evangelistis initium facerent, ita tamen, ut quilibet sine alterius concursu suam conficeret versionem: sibi enim firmiter animo constitutum esse ajebat, Christianorum Biblia cum Alcorano conferre, & ex utroque libro selectis, quæ magis pietati, sanæque rationi consona viderentur, eclecticam

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

inde

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

inde religionem conflare. Id tam consilii haud immerito displicuit Catholicis; verebantur enim, ne vel Armeni cum in hoc regno divitiis ac numero prævalerent, potiores partes hac in re obtinerent, vel Rex novam religionem ex cunctis Orientalium sectarum erroribus consarcinatam omnibus suis subdolis velut religionem patriam præcipiturus esset. Verum, quod haud temere suspicabantur Catholici, non evenerat, vel quia Kulicanum rationes humanæ a religione vera palam approbanda, & rejicienda Mahometana abterruissent, vel quod assiduo cum Tartaris bello distentus, priusquam religionis reformandæ consilium effectui dare posset, septimo post anno Ispahami perfida manu in suo palatio trucidatus fuisset.

§. XXIV.

Caroli VI. gloriosissimi Imperatoris obitus.

Fatalis omnino hic annus fluxerat Domui Austriacæ, imo & universo orbi Christiano ob mortem Caroli VI. Imperatoris invictissimi, qui die vigesimo Octobris anno ætatis quinquagesimo quinto & uno Mense, Imperii vigesimo nono ex viscerum inflammatione & pe-

tro

trograda podagra cum ſummo totius Europæ luctu obiit, Imperator vere magnus, primisque annis Gallorum & Turcarum terror. Natus is erat die prima Octobris anni a reparata ſalute milleſimi ſexenteſimi octogeſimi quinti Auguſtiſſimis Parentibus Leopoldo Cæſare & Eleonora Philippi Guilielmi Palatini Electoris Filia. Horum vigili cura in teneriori ſua ætate jamjam virtutes magnas ac Catholico Principe dignas hauſit, atque inter eas hæreditario quaſi jure ſingularem in Deum Eucharisticum pietatem, ac in Beatam Virginem Superosque venerationem, quam cum omnium diſciplinarum tam liberalium, quam militarium, ac ſublimiorum ſcientiarum diverſorumque idiomatum peritia tam felici nexu conjunxit, ut tametſi inter quatuor Fratres ſuos naſcendi ſerie ultimus eſſet, primus tamen imperio natus videretur. Verum in præclaris hisce excelſæ indolis ac ingenii prærogativis primas ſibi in Carolo vendicabat fides integra, ardens religionis Catholicæ conſervandæ ac propagandæ ſtudium, Templorum, Divinorumque myſteriorum cum debita majeſtate frequentatio, & ſingularis erga Unctos Domini reverentia. Nondum annum ætatis nonum agebat, cum jam a Carolo II. Hiſpaniarum Rege au-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

rei

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

rei velleris torque honoratus, & ab eo-
dem in sui Successorem animo designa-
tus Madritum venire rogaretur; dum
vero anno Christi millesimo septingen-
tesimo Hispania luctuoso fato Rege suo
orbaretur, magna Procerum pars et
universus populus non alium Successo-
rem, quam Carolum alterum, ex eo-
dem Augustissima prosapia ortum ar-
dentissimis votis efflagitabat: Philippus
autem Andium Duce vi testamenti et
clavum vocato universa ferme Europa
diuturno eoque ardentissimo conflagra-
vit bello. Interim Carolus Viennæ et
Romæ a Papa Hispaniæ Rex agnitus
vixque annos octodecim natus per to-
tam Germaniam alacriter properavit,
ac per procellosa & irata maria in Hol-
landiam, inde in Angliam ac denique
in ultimas Lusitaniæ oras vela fecit,
tam horrenda tempestate jactatus, et
cunctis metu quasi exanimatis solus Ca-
rolus sibi jam tum præsagiente animo
tanquam Cæsar, securus vehi videre-
tur. Advenerat Ulyssiponem die nona
Martii anno hujus sæculi quarto, quo
invicta successionis jura publico scripto
manifesta fecit: inde Lusitaniæ copiis
auctus, in ipsorum hostium conspectum
in Cataloniæ fines penetravit, & die
vigesima Julii biennio post Madriti in
Monarchiæ Successorem renuntiatus.

Bar-

Barcinonam expugnavit, paulo poſt tamen in eadem Urbe a fœderata hoſtium claſſe terra marique obſeſſus hærere coactus eſt: demum vero pulſa claſſe, ac terreſtri exercitu in fugam acto victrices ad Leridam, Tortoſam, Gerundam, totamque prope Hiſpaniam acies ſuas in triumphum circumduxit. Poterat ſane tunc, ſi unquam, Auſtriaca fieri Hiſpania, niſi per fortunæ inconſtantiam & Ductorum diſſidia accidiſſet, ut maturi victoriarum fructus aut non colligerentur, aut collecti demum amitterentur. Interea temporis anno hujus ſæculi undecimo Joſephus Imperator die decima ſeptima Aprilis variolorum morbo Viennæ deceſſit, unde Carolus defuncti Frater non modo omnium Provinciarum hæres nativitatis jure proclamatus eſt, ſed etiam die ſecunda Septembris in Catalonia, quamvis adhuc belligerans omnium S. R. Imperii Electorum (excepto Colonienſi & Bavaro) ſuffragiis Imperator electus fuit. Igitur quinta poſtmodum die Barcinone ſolvens, ac ſuorum ferme humeris deportatus die vigeſima ſecunda Decembris Francofurti Cæſareo diademate & anni ſequentis die vigeſima tertia Maji Hungarico ſceptro Poſonii Rex exornatus eſt, Clemente XI. Papa auſpicatiſſimam hanc electionem confirmante.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Hanc

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Hanc etiam fausto omine subsequebatur pax Badensis anno 1714. die septima Septembris conclusa. Verum haud diu Carolo ab armis cessare licuit; cum enim Turcæ Venetis plures Insulas & urbes, ipsamque Moream seu Peloponnesum eripuissent, Imperator missis contra tum viginti quinque armatorum millibus, initoque cum Venetis fœdere contra juratos Christiani nominis hostes bellicam expeditionem Christiano Principe dignissimam suscepit, suisque piis præfecit plurium victoriarum Moreem Principem Eugenium Sabaudum Ducem, cui imperialis Baculi loco auream crucem cum hac epigraphe: *Jesus Christus Generalissimus*, porrexit, eumque hortatus, ut peritissimi hujus Divini Ducis directionem in hoc bello exactissime sequeretur. Eugenius ergo in hoc sacro hostem devicturus, suos raro Christianæ fiduciæ exemplo in aciem eduxit, & die quinta Augusti ad Cailovidium, Petro-varodinum Turcas ingenti clade prosternit. Fructus tantæ victoriæ erat Temesvaria sesquisæculo & amplius immani jugo oppressa, Panzova, Valanka, Belgradum plurimæque aliæ urbes Cæsaris imperio gloriosissime restitutæ. Postea Eugenius Ottomanos ad pacem ipsis non minus propudiosam quam noxiam compulit: erepta quam

dem per id temporis ab Hiſpanis Sardinia, & Siciliæ regnum potenter invaſum eſt, ſic tamen, ut Cæſaris hoſtes in ejus leges per pacem a Victore expreſſam jurare cogerentur. Tot victoriarum trophæis vix ſeſquianni decurſu erectis clarus Cæſar de religione Catholica in Provincias recens partas invehenda ſollicitus erat, eoque fine in Tranſylvania & Valachia novos Epiſcopatus erigi, & religionis diffidia a Proteſtantibus mota ſecundum leges Hungaricas tolli juſſit: Domui vero ſuæ proſpecturus, ſanctionem Pragmaticam de futura ſucceſſione a potiſſimis Europæ Principibus necnon ab Auſtriacis, Sileſiis, Bohemis, Belgis, Hungaris & Tranſylvanis ſtatibus acceptari & pro eadem ſponderi curavit. Porro jam ſupra relatum, quam infauſta ſorte bellum in Hungaria contra Turcas anno hujus ſæculi trigeſimo octavo geſtum fuerit, unice ſuorum vel ignavia vel perfidia propudioſam pacem accelerante: inde piiſſimus Cæſar ob rei Catholicæ detrimentum tam immenſo animi mœrore afficiebatur, ut a fatali hoc momento haud amplius lætitiam ſpirare videretur, ac demum Halbthurnii venatoria æde poſt brevem admodum infirmitatem mira æquanimitate & conſtantia inter continuas preces animam

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Creatori suo redderet. Princeps eat
quem jure meritissimo magnum univer
sus Orbis deprædicabat, quemque j
stitia, clementia, magnanimitas, alia
que animi dotes maximis Imperatoribu
comprobabant. Enimvero si singulas
quibus gloriosissimus hic Imperator e
fulsit, virtutes recensere vellem, ultr
debitos fines excederet relatio, paucas
tamen ex plurimis potius delibare, quas
extollere æquitas postulat. Enim
præprimis solita pietate in Deum qua
corde, oculis ac manibus ad cælum ele
vatis genuflexus tam in Templo quam
in suo cubiculo adoravit, præcipue ve
ro inter Missæ sacrificium, cui a de
bus Sacellanis suis peracto quotidie in
terfuit, humillimos ac ardentissimos a
fectus effudit: conscientiam quoque
suam sacra exomologesi bis in quoq
Mense expiabat, ac toties animam suam
Divino Epulo inter tenerrimas lacrimas
ac pia suspiria reficiens Dominicæ Pas
sionis mysteria non raro per plures di
horas pia contemplatione recollere
suetus erat: Filialem insuper more de
siriaco venerabundus Orbis in Cam
vidit & admiratus est venerationem e
ga B. Virginem ac Deiparam, cujus
potentissimo patrocinio se suaque regna
& subditos impense commendavit, fe
stivosque Ejusdem dies maxima solem
nitate

nitate ac devotione celebrari voluit; nec remissior erat ipsius cultus erga sanctos Cælites, inter quos S. Josephum totius Austriæ Patronum elegit, atque in ejus honorem affabre elaboratam statuam velut perpetuum gratitudinis suæ monumentum erigi curavit: denique imperiali decreto die vigesima secunda Aprilis an. 1729. S. Joannem a Cruce sui ac Augustissimæ suæ Familiæ Patronum nuncupavit, eumque inter Tutelares Civitatis Mantuanæ totiusque Ducatus Protectores numerandum decrevit: quæ augusta vota postmodum Benedictus XIII. Papa Apostolicis literis Romæ die 13. Augusti confirmavit, & Serenissimus Princeps Philippus Hasso-Darmstadianus Urbis statusque Gubernator hanc solemnitatem ex Cæsaris mandato ad diem duodecimam Decembris indixit, ingentique pompa & confluentibus pene innumeris deinceps quotannis celebrari jussit. Exstat quoque magnificum Cæsareæ pietatis specimen Templum S.Carolo Borromæo dicatum, & ob urbem a peste liberatam erectum. At vero de ejus liberalitate vere regia erga pauperes tam multa tamque magna sunt, ut eam hodiedum vel ipsa saxa & lapides celebrent: testes sunt quam plurimæ piæ fundationes, Nosocomia, Orphanotrophia, Va-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

letudinaria, Leprosodochia &c. in quibus multa infirmorum, pauperum ac miserabilium millia largiter quotidie alluntur, a Carolo dotata, & partim recens erecta, partim aucta, aut restaurata: testantur tot seminaria, tot scholæ Cæsaris munificentia apertæ, ut illi juvenes derelicti, pauperes, suisque Parentibus orbati in fidei præceptis & liberalibus disciplinis instituerentur.

Quantus sane fidei cultor ac defensor fuerit Carolus, argumento esse poterit, difficillimis per Austriam & Hungariam temporibus orthodoxa religio ab eo constanter contra sectarios vindicata: cum enim Protestantes Rysvicensem clausulam abrogari, seque in Hungaria ultra permissos terminos extendere novasque Ecclesias erigere machinarentur, invicto pectore ita eorum conatibus obstitit, ut tamen, ne æquitas negaretur, eorum querelas discuti, & quod justum esset, decerni juberet: omnium etiam hostium testimonio celebratur Carolus, quod æquali in subditos ac exteros favore caussas amplecti omnium, parique æquitatis lance appendere solitus fuisset, caute veritus, ne ad immeritos pæna, aut ad indignos spectarent præmia. Quare non raro dicere auditus est, *tam vere, quam Carolus vocat*

vocor, *jus ſuum unicuique fiat*; paucis quoque ante obitum horis magna conſcientiæ fiducia teſtatus eſt, ſe non recordari, quod vel uni ſciens volensque injuriam fecerit. Valuit præterea ad tot tantasque virtutes inculpata morum integritas, divini judicii metus & præſertim per totam vitam illibate conſervata caſtitas, cujus ſplendorem vel minima incontinentiæ macula contaminatum fuiſſe, hucusque nequidem impudentiſſimi calumniatores afferere auſi ſunt.

Nec obliviſci decet ſingularis benevolentiæ, qua, aliunde aditu facilis, imprimis Eruditos Viros fovebat, eorumque conſuetudine mirifice delectabatur; cum enim ipſemet non modo omnium Europæis familiarium linguarum peritia excelleret, ſed inſuper politioribus literis ac præcipue Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ notitia probe excultus eſſet, ad rei literariæ incrementum Viennæ locupletiſſimam erexit Bibliothecam, necnon ad emendandas artes & ſcientias ubique ingenio ac eruditione clariſſimos Viros conquiſivit, largisque præmiis ad doctiſſimas lucubrationes animavit. Id teſtificantur Antwerpiani Hiſtoriographi, quorum vaſtiſſimum opus de actis Sanctorum Carolus Au-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

gustissimus Mæcenas amplissimis subsidiis & clementissima munificentia liberalissime promovit. Quid plura! vixit & obiit vere *Imperator*, de quo sine omni assentationis vel præsidentiæ suspicione id, quod S. Ambrosius de Theodosio Imp. dixit, affirmare ausim: *Absolutus dubio certamine, fruitur nunc augustæ memoriæ* (Carolus) *luce perpetua, tranquillitate diuturna, & pro iis, quæ in hoc gessit corpore, remunerationis divinæ fructus gratulatur. Ergo quia delexit augustæ memoriæ* (Carolus) *Dominum Deum suum, meruit Sanctorum consortia.*

§. XXV.

Alii Principes atque illustres hoc anno denati.

Invictissimi hujus Cæsaris obitum prævenerat inter Principes Ecclesiasticos Joannes Franciscus ex antiquissima L. B. Schenk de Stauffenberg familia ortus, primo Constantiensis, postmodum Episcopus Augustanus, cujus Ecclesiæ jam anno hujus sæculi decimo quarto Coadjutor datus erat. Hic die decima octava Februarii anno Christi supra millesimum septingentesimo quinquagesimo octavo natus, ab illustrissimis suis Parentibus Joanne Jacobo & Maria de We-

Weiſenberg virtutes cum lacte hauſerat, ac cumprimis avitæ religionis amorem, & propenſam ad ſtatum Eccleſiaſticum indolem. Ingenium ei erat ſtrenuum, ſagax, atque induſtrium, quocirca in literarum palæſtra ſuis Commilitonibus non modo palmam in ſtudiis præripuit, ſed ingentem de ſe conceptam ſpem minime fefellit; anno enim ætatis ſuæ decimo nono aggregatus Canonicus Collegio Conſtantienſi & quinto poſt anno mox Auguſtano, quicquid aut erat divinum, aut Dei cultum & Eccleſiæ decorem decebat, toto ſtudio complectebatur, ſequenti autem anno ad Capitularium Herbipolenſium Conſeſſum receptus, ſua probitate, prudentia, morumque ſuavitate magnorum æque ac infirmorum ſtudia tam feliciter adjunxit, ut anno hujus ſæculi quarto die vigeſima prima Julii in Conſtantienſem Epiſcopum & decimo poſt anno die undecima Junii in Auguſtani Epiſcopi Coadjutorem eligeretur. Ipſe tum formam ſe gregis ſui præbuerat ex animo tam virtutum exemplis, quam immoto Eccleſiæ jura tuendi ſtudio; cum enim anno hujus ſæculi undecimo Helveti Calviniſtæ Epiſcopalem jurisdictionem in pagos in Helvetia ſitos mminuere attentarent, Epiſcopus cauſam ſuam ad Electorale Collegium detulit,

Sæc.XVIII. A.C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

tulit, ipsusque Viennam profectus obtinuit, ut Cantonibus die secunda Octobris præciperetur, ne deinceps Episcopi jura præsertim in Imperiali territorio sita violare præsumerent. Pari etiam felicitate dissidium ob Imperii matriculam cum Wirtenbergensi Duce exortum composuit. Alterum insuper hujus Episcopi opus erat Merseburgense seminarium a fundamentis erectum, necnon Dilinganum Athenæum ad publicam scholam evectum, clarisque literarum Magistris instructum, ex quo quamplurimi Viri literis sacrationibus instructi ad arenam æque sacram ac profanam prodiere. Inter præcipuas vero curas reponebat Joannes Franciscus non modo populi, sed præcipue Cleri sui mores publicos, pro quorum emendatione sæpius suas Diæceses in Apostolico prorsus Zelo lustravit; ipseque tam ex usu reipublicæ sanxit, quam pro confirmando in melius Clero statuta condidit egregia. Huc pertinet quoque prudens consilium, quo de seminariorum utilitate necessitateque habito & in Ottonis Truchsesii Cardinalis hujusdo contentum sermonem novo pro subjecit, ipsusque Dilingæ ejusmodi seminarium erigere cæpit, quod tamen morte præventus absolvere non potuit. Præterea summo Numini multa de se

ria Templa dicavit, & Parochiales domus, aliaque ædificia ad publicam utilitatem magno sumptu aut e fundamentis recens exstruxit, vel splendori ac firmitati pristinæ restituit, vel novo etiam cultu exornavit. Hic locus fert, ut ex plurimis pauca de ejus virtutibus, quibus sese ad omnem propriæ sanctimoniæ normam componebat, referam. Præprimis celebre est, quod omni die, nisi morbus gravior vetaret, ad aram litarit, & tanta quidem mentis intentione & pietatis sensu, ut adstantes in admirationem raperet, & ad devotionem excitaret; cultor quoque erat eximius Deiparæ, cui amorem suum ab unguiculis mancipavit, atque in ejus venerationem singulis diebus coronæ, ut vocant Marianæ pensum recitavit, ac institutis ejusdem sodalitiis aggregatus, habitis piis cætibus ferme semper interfuit; solemne etiam habuit, ut ad Templi ingressum vel egressum ante Numen Eucharisticum provolutus in genua integram ferme horam exigeret, & decem horarum precationibus per longius temporis spatium adorando perstaret. Nunquam, etsi gravissimis morbis, gravis senii pedissequis, afflictaretur, horas Canonicas recitare neglexit: pauperum quoque inopiam largissimis eleemosynis levare studuit, ac primus

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ut gregis sui mores in melius transfe-
ret, missiones sacras in suam Diæceſ
invexit. Tot tantisque meritis clarus
dum hujus anni die duodecima Jun
Moskirchii post solemne sacrum in Pra
cipis sacello celebratum Fürstenbergi
qui quinquagesimum connubii sui cum
serenissima sua conjuge initi annum
bilarem celebrabat, bene precabatur
ac dicto Hymno Ambrosiano domum
revertebatur, ibidem ante cubiculi
limen apoplexia tactus decessit, anno
natus octoginta duos, sepultus in Con
stantiensi Ecclesia Cathedrali, ejus cor
de Augustam delato, ubi Thesaurus
suus erat. Condidit præcipue anno
1737. die quarta Maii & uno ante obi
tum suum anno die vigesima quinta
Maii & sexta Dec. plura, eaque salube
rima decreta ad instructionem Par
chorum, quibus vetitum, ne sponsi
vagabundos copulare audeant, nec sine
Ordinarii licentia Capellanos assumant
vel assumptos dimittant, nec alia
quam toga oblonga seu talari vestiti
crificium Missæ celebrent: Pariter
Episcopus præcepit, ut Decani quot
annis mortem vicini Parochi officio Vi
cariatus annuntient, & Parochi nume
rum & conditionem suorum Parochiano
rum, necnon vexationes a Laicis illatas
&c. referant. Porro Joannes Franciscus

in Constantiensi Episcopatu Damianum Hugonem Cardinalem Schönbornium, & in Augustano Josephum Hasso-Darmstadiensem Principem successores habuit. Præter dignissimum hunc Præsulem eodem hoc anno meritis haud impar decessit Thomas Joannes Franciscus de Strickland de Sizergh nobilis Anglus olim Duaci in Seminario Anglorum Theologiæ Professor, Sorbonæ Doctor & Meldensis ac Suessionensis Episcoporum aliquando Vicarius Generalis. Hic Ferdinando de Berlo Namurcensi Episcopo fatis functo a Carolo VI. Imp. in successorem nominatus & a Papa confirmatus, in primis curis habuit, ut in utroque Clero studium Theologiæ & S. Scripturæ promoveret, dicere solitus, neminem regimini animarum esse aptum, nisi sacro hoc spiritus gladio ad debellandum Sathanæ regnum probe accinctus esset. Præterea Namurcensi Clericorum Seminario a fundamentis erecto Jansenianos errores tam felici progressu eliminavit, ut nullus in tota sua Diœcesi hac peste infectus reperiretur, aut saltem, si quis esset, talem se palam profiteri non auderet. Sic promota præprimis Dei gloria, religionis incremento & Cleri populique salute animum quoque adjecit ad Cathedralem suam Ecclesiam novo, eoque peramplo per-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII A. C. 1740.

peramplo censu augendam. Palatium etiam Episcopale ingenti prorsus sumptu ac eximio urbis ornamento ab imo b[illegible] scitavit; tandem vero tot aliisque pr[illegible] clare gestis Lovanii in Collegio Alber[illegible] die decima quarta Januarii ex Hydr[illegible] pisi obiit, anno ætatis quinquagesim[illegible] octavo, Episcopatus decimo tertio, [illegible] piscopali suo Seminario in hæred[illegible] scripto. Celebrabat hic summi ingen[illegible] Præsul Synodum, cujus præcipua a[illegible] jam supra recensuimus.

Vid. tom. 75. p. 770.

Huic adjungimus Christophorum A[illegible] dream Joannem Comitem de Sæ[illegible] beck, qui primo Chelmensis, pos[illegible] Primisliensis Episcopus, ac demum a[illegible] no hujus sæculi vigesimo quarto V[illegible] mienſis Archipræsul nominabatur. E[illegible] rat doctrina insignis ac strenuus patr[illegible] libertatis vindex, quocirca ab Augu[illegible] III. Polonorum Rege Varsoviam ad[illegible] lebre illud Consilium deputatus est, ut Senatus ac Equitum nomine cu[illegible] Borussiæ Deputatis de conservandis a[illegible] tiquis juribus, immunitatibus & priv[illegible] legiis ageret, ubi etiam perelegante[illegible] sermonem hanc in rem perorabat. Obi[illegible] die decima sexta Martii. Inter inge[illegible] sui monumenta, quæ posteris reliqui[illegible] præcipua sunt I. Synodus Diæcesana Chelmensis Zemoscii an. 1717. celebr[illegible] ta, II. Synodus Premisliensis Brzom[illegible] ni.

vii an. 1724. habita. III. Epiſtola Paſtoralis ad Clerum Varmienſem. IV. Synodus Varmienſis Heilsbergæ inſtituta. V. Meditationes de Paſſione Chriſti. VI. Compendium doctrinæ Chriſtianæ. VII. Orationes in diverſis Diæceſium ſuarum Eccleſiis recitatæ. Præterea Stanislai Comitis de Szembeck Primatis & Gnesnenſis Archiepiſcopi ſermones ſacros typis edi curavit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Hoc item anno inexorabilis mors maximos hujus terræ Principes laicos vita ac ſceptro ſpoliaverat. Hos inter præcipue octava poſt Caroli Cæſaris obitum die ſeu vigeſima octava Octobris mundi theatrum relinquere coacta eſt Anna Ivanowna Ruſſorum Imperatrix. Patrem habuit Ivan Alexiez, qui Petri I. Frater erat, Matrem vero Proſcoviam Feodorownam Soltikow; aſpexerat primam lucem anno prioris ſæculi nonageſimo tertio die vigeſima quinta Januarii, deſponſata anno currentis ſæculi decimo Friderico Guilielmo Curlandiæ Duci, quo tamen ſequenti mox anno vivis erepto Vidua permanſit usque dum anno ſupra milleſimum ſeptingenteſimo trigeſimo ad Imperii clavum revocata fuerat, non ſine maximo totius regni incremento. Dum vero ob graves infirmitates mortem oppido vicinam præ-

ſen-

Sæc. XVIII A. C. 1740.

ſentiret, ſerio de nominando ſolii ſu-
ceſſore cogitare cæperat; plurimum qui-
dem propenſa erat erga Neptin ſuam
Annam Antonii Udalrici Brunsvico-Lu-
neburgici Ducis Conjugem, a ſuis ta-
men Magnatibus perſuaſa Magnum
Ruſſiæ ſucceſſorem die quinta Octo-
bris declaravit Principem Ivan ſe-
Joannem Annæ Filium vix ſeptem
Menſes natum infantem. Ceterum de-
functa hæc Imperatrix tam glorioſe ſce-
ptrum rotabat, ut nec ipſa invidia, qua
in ea carperet, invenerit, niſi forte
crimen vertatur, quod unum ex ſuis
Clientibus ad proprium ejus interitum
nimio favore proſecuta fuiſſet.

Inſuper hoc anno deceſſit a ſuis vi-
maxime deploratus Fridericus Guilhel-
mus Boruſſiæ Rex, quem anno a pari
Virginis milleſimo ſexcenteſimo octo-
geſimo octavo die decima quinta Augu-
ſti Regismontii ortum ferunt. Varis
artibus, quæ tanti Principis dignitatem
ornarent, ac præcipue militaribus pro-
be imbutus, jam anno ætatis ſuæ decu-
mo ſeptimo bellicis expeditionibus in
Belgio interfuit, ac demum e caſtris
glorioſe Berolinum reverſus WILhel-
MVs FrIDerICVs ſeu anno Domini mil-
leſimo ſeptingenteſimo decimo tertio
regimini admotus eſt, ac demum pa-
cem

pacem Ultrajectinam suas ditiones Gel- Sæc. XVIII.
driæ propugnaculo aliisque urbibus au- A. C. 1740.
xit, suæque familiæ decus accepto Ducis titulo gloriosius reddidit, paulopost a Galliarum Rege *Borussiæ Rex* agnitus: toto autem ferme vitæ suæ tempore bellis præcipue contra Suecos implicabatur; sæpius tamen armorum violentiam a se vel bellici apparatus minis, novisque fœderibus vel proficuis pacis conditionibus avertere intentus erat, præsertim vero ad tuendas Calvinistarum & Lutheranorum prætensiones contra Catholicos arma semper parata habebat. Ceterum Aulæ suæ magnificentiam cum œconomica parsimonia tam feliciter conjunxerat, ut Filio suo, quocum per decem ferme annos graves habuit simultates, ingentes relinqueret thesauros, quos tamen mors hoc anno ejus manibus eripuit, dum die trigesima prima Maii Potsdami ex viscerum inflammatione sceptrum cum vita posuit.

Pariter hic annus gemino funere Saxo-Weissenfelsensi Familiæ luctuosissimus fluxit; Mense enim Majo hæreditarius Princeps primum die sexta Junii anni prioris natus, ac paulopost alter Princeps nondum bimestris e vivis abiere: die etiam undecima Octobris Magda-

Sæc. XVIII A. C. 1740.

gdalena Augusta Saxo-Gottana Ducis
Vidua mundo valedixerat. His inse
mortuos accensemus Henricum Hass
Darmstadiensem Principem Buzachiiis
tis functum, & Guntherum de Schwar
burgo-Sondershusanum, qui anno sex
gesimo tertio ætatis suæ die vigesim
octava Novembris mortalitatem exu
Eandem quoque æternitatis viam d
vigesima septima Januarii ingressus e
Ludovicus Henricus Borbonius Re
sanguinis Princeps, ac primus Re
Minister, qui anno vitæ suæ quadrag
simo septimo nondum expleto ex fe
mortis victima cecidit. Fato insu
mortalium communi die decima se
Julii Guadalaxaræ erepta est Maria A
na Hispaniæ Regina, quæ Philippi G
lielmi Palatini Electoris Filia anno p
ris sæculi sexagesimo septimo nata
nonagesimo die vigesima quarta M
Carolo II. Regi juncta fervente succ
sionis bello gravibus jactabatur calam
tatibus, in hoc unice felix, quod Ma
rum suorum virtutes æmulata beato
ne æternæ felicitatis spem sibi certo
reddiderit. Pari fato nimis præmatu
die septima Junii decessit quadrim
Maria Elisabetha Amalia Francisci S
phani Magni Ethruriæ Ducis Filia.

§. XXV

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. XXVI.

Joannes Antonius Cardinalis Davia mortuus.

Excussis e Regum vertice coronis mors etiam Cardinalium plures sua exuit Purpura; horum enim sex hoc anno decessere, ex quibus primus erat Joannes Antonius Davia, vel *De Via*. Hic in antiquissima Bononiensium Familia ex Joanne Baptista & Portia Gisleria parentibus anno prioris sæculi sexagesimo die vigesima tertia Octobris Orbi datus est. Bononiæ in patria Urbe humanioribus, & Mathematicis literis, necnon Theologiæ ac præsertim utriusque Jurisprudentiæ studio tanta assiduitate, tamque ubere proventu vacabat, ut sua doctrina publico specimine comprobata Doctoratus honores emereretur. Annum agebat ætatis vigesimum secundum, cum jamjam inter urbis Præsides, quos *Antianos* vocant, recensitus, Palatium suum in Athæneum commutaret, ubi frequentissime doctos Eruditorum conventus habebat, ad quorum imitationem percelebris Marsilius Comes, qui hisce collegiis assidue interfuit, Bononiæ Eruditum scientiarum & artium institutum erexerat. Biennio post in patriæ suæ obsequium sese mi-

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

militiæ ſacramento obſtrinxit, bellique
contra Turcas exorto in obſidione pro-
pugnaculi S. Mauræ animo vires ſupe-
rante rem ſtrenue egit. Finita autem
hac expeditione præcipuas Italiæ urbes
perluſtrans, Romam venit, ubi Inno-
centius XI. Papa eum maximis reb
peragendis unice natum ratus, forte
ſibus negotiis admovit, ſacrisque Ordi-
nibus initiatum primo Bruxellas In-
ternuntium decrevit, quod munus alio
oppido arduum Antonius tanta nou-
nis ſui laude triennio explevit, ut a
Alexandro VIII. Coloniam Nuntius A-
poſtolicus & Thebarum Archiepiſcopus
diceretur: inde redux ab Innocentio
XII. poſt Joannis III. Poloni Regis ob-
tum ad Sarmatas mittebatur, ut in fu-
turi Regis electione in id potiſſimum in-
cumberet, ne quicquam, quod Roma-
næ Eccleſiæ, Sedique Apoſtolicæ incom-
mento eſſe poſſet, decerneretur. Do-
fine Antonius Livium Odeſchalchum
in Regem proponebat, Polonis autem
non paucis Joannem Sobieskium præ-
rentibus, ejus quoque electionem a
meritorum præſtantiam totis viribus
promovere ſatagebat, non ſine maxima
indignatione Gallorum; jam enim Pri-
ceps Contyus cum valido milite hau-
procul Dantiſco in Monaſterio, quem
Olivam vocant, moratus in comitia

Va-

Varſavienſibus plura Magnatum ſuffragia ſibi conciliaverat. Verum aliter viſum eſt Superis: ipſis enim Polonis in diverſa abeuntibus, potior pars in Auguſtum Saxoniæ Electorem conſpirare videbatur: hujus quoque partes Philippus Comes Lambertus Cæſaris Legatus ſtrenue tuendas ſuſcepit, ac ipſe quoque Nuntius acceptis literis a Papa monitus eſt, ut totum Pontificiæ auctoritatis pondus in Saxonis favorem impenderet. Nec ſuis partibus defuit Nuntius; nonnulli tamen grave movebant dubium, utrum Elector ejurata Lutheri ſecta, fidem Catholicam, ut fama ferebat, reipſa amplexatus fuiſſet: opportune autem aderat Jaurinenſis Epiſcopus, in cujus manibus Auguſtus ſolemnem fidei profeſſionem emiſerat: affertur ergo rei geſtæ teſtimonium a præfato Epiſcopo, etiam a Cæſaris Legato ſubſcriptum, quo conſpecto Auguſtus Elector per Cuiavienſem Epiſcopum Dabskium Rex Poloniæ proclamatus, & Cracoviæ coronatus eſt. Peracto hoc negotio Nuntius unacum Rege in Saxoniam delatus, Mauritiburgi ſacellum Electorale a Joanne Georgio II. Electore erectum ad Dei cultum ritu Catholico dicavit. Inde a Papa anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo ad Viennenſem Nuntiaturam evocatus, an-

Sæc.XVIII. A.C.1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ni sequentis die quarta Februarii urbem solemni pompa ingressus est: ubi singulari honore exceptus, primo neo-genitum Austriæ Archiducem Leopoldum & postea regiam sobolem Mariam Amaliam Bavariæ hæreditario Principi Carolo Alberto postmodum nuptam salutifera unda Christo initiaverat: tum quoque se totum impendit, ut ad Pontificis jussa concordiam inter Cæsarem & Franciæ Regem ob Hispaniæ successionem inter se collisos restitueret; attamen quamvis hoc negotium ea circumspectione ageret, qualis a Viro tam probatæ sapientiæ exspectari potuit, adeo tamen iniqua tum erat temporum vicissitudo, ut quicquid Pontifex vel ejus nomine Nuntius ageret, ab altera utra parte minus bene actum crederetur. Id anno hujus sæculi tertio expertus est Davia, dum Carolus III. Austriæ dux Viennæ Rex Hispaniæ proclamatus est: cum enim Pontifex jamjam Philippum ceu legitimum Regem agnovisset, Nuntius, ne huic solemnitati interesse cogeretur, urbe excessit, Leopoldo Cæsare propterea tantopere offenso, ut Nuntio altera die alloquium piam denegaret: mortuo autem Imperatore magis adhuc creverat indignatio, occasione inde desumpta, quod Josephus neo-electus Imperator sui in aug

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

augurationem ſummo Pontifici nonniſi per Legationis Auſtriacæ Secretarium intimaſſet. Id Pontifex in ſui contemptum fuiſſe factum ratus, viciſſim Nuntio præcepit, ut reſponſum non ipſemet, ſed per quemdam Nobilem Domeſticum ſuum Cæſareo Legato traderet. Tum tam gravis utrinque concitata eſt offenſio, ut Nuntius non ſolum Aula Cæſarea interdictus, ſed & mox Vienna Neoſtadium exulare juſſus eſſet, & dehinc hæc diſcordia tam importune quæſita nullis vel literis vel officiis componi poſſet. Igitur Davìa a ſua Legatione revocatus, a Papa in Ariminenſem Epiſcopum renuntiatur, quam Eccleſiam integerrima probi Antiſtitis laude adminiſtrabat, in id potiſſimum intentus, ut Clerum ſuum in melius conformaret. Tot meritis clarum Præſulem Clemens XI. anno hujus ſæculi duodecimo die decima octava Maii ſacra Purpura cohoneſtavit, Abbate Tingolio Arminium miſſo, ut rubrum Biretum Epiſcopo deferret: Romam igitur profectus, ab eodem Papa Æmiliæ primum, dein Urbini Legatus a Latere creatus eſt, ubi utramque Provinciam ſumma probitate, & prudentia ſingulari adminiſtrabat, a probis ſummopere dilectus, & ab improbis reformidatus: Romam redux aggregatus eſt pluribus Patrum

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Cætibus, in quibus crebra dedit sua eruditionis, integritatis, ac prudentiæ specimina: nec sua laude caret, quod morbis identidem afflictatus, Episcopatum, cujus munia haud amplius pro vigilantia obire poterat, dimittere permissus, Pontifici, qui aliquam redditum Episcopalium partem huic Præsuli reservatam voluit, cum D. Paulo responderet: *Qui non laborat, non manducet.* Pariter noluit uti concessa sibi a Pontifice facultate conferendi beneficia suæ Diœcesis; se enim vereri ajebat, ne rationem, quam de hucusque collatis Deo jamjam reddere cogeretur, adhuc magis arduam sibi faceret: Cum ergo Romæ stabilem sedem figere constitutum haberet, Palatium, quod olim Lotharingiæ Legatus, postea vero prostituti prodoris fæminæ incoluerant, locavit; prius vero has omnes lupas intra unius horæ spatium eo excedere jussit; ille Legatus ægerrime tulit, caussatus, aliqua jura Legatorum Palatiis annexa illa violari: aft Cardinalis ejusmodi libertatem omnino scandalosam, ac iniquam esse ratus, Legati querelas flocci habuit, totus autem in eo fuit, ut Ecclesiæ obsequia, ac ingenii dotes consecraret; quocirca assidue publicis iisque gravissimis negotiis vacabat, omnesque temporis minutias in Doctorum fami-

familiaritate insumebat; ipsus enim de literarum republica optime meritus, omnigenæ eruditionis Vir jure depræ- dicabatur. Erat quoque Angliæ, Anglici Collegii, ac totius Ordinis Cisterciensis, necnon Nationis Bononiensis Protector. Mortuo autem Benedicto XIII. nil propius erat, quam ut Davia ob singularem suam in politicis rebus experientiam, animique candorem in omnibus actionibus elucescentem in Pontificem maximum eligeretur, jamjam viginti novem Purpuratorum suffragiis in eum collimantibus, & ardentissimis plebis Romanæ desideriis illum expetentibus. Ast præter omnium exspectationem Gallicis partibus addicti Cardinales, qui paulo ante eidem impense favebant, ejus electioni vehementius adversabantur, caussati, ipsum non modo identidem adversa valetudine premi, sed etiam de orthodoxia non nihil suspectum esse. Enimvero Davia ab omni ambitu alienissimus, a Tiara excludi, haud gravate ferebat; se tamen de sana doctrina suspectum haberi, haud tolerandum censuit, unde jamjam contra hostes suos apologiam conscribere paravit, sæpe apud amicos suos in hæc verba prorumpens: *Miror sane, me tam sero de erronea doctrina incusari: sub tribus summis Pontificibus quibusve*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

negotiis adhibitus fueram, quin vel ulla de doctrinæ meæ puritate dubium moveret: ast nempe ejusmodi criminatio ad meam exclusionem perneceſſaria erat, quantumvis non alio innixa fundamento, niſi quod circa quasdam propoſitiones mentem meam nunquam palam explicare voluerim. Ludere videtur Cardinalis ad duodecim Noaillii articulos, ad quorum approbationem inclinare videbatur. Ceterum illi, qui res non ex ſuſpicionibus, ſed ex rei meritis dimetiri ſolent, clarissimum hunc Cardinalem adeo indignè habitum fuiſſe, ægerrime tulerunt. Fertur quoque, tam impotentes Bononienſes contra quosdam, qui Daviæ electionem tunc ſicut & in prioribus comitiis prompediiſſe credebantur, motus fuiſſe concitatos, ut ipſorum Collegium ab incendio, & ipſi Patres ab omni injuriarum genere nonniſi providis Bononienſis Magiſtratus conſiliis præſervari potuerint. Electo igitur Clemente XII. Davia amplis ab eodem benevolentiæ ſignis honoratus, tandem in ſenectute bona vivere deſiit die undecima Januarii annos natus ſeptuaginta novem: ſepultus quieſcit in Eccleſia ſua Titulari S. Laurentium in Lucina.

§. XXVII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

Giberti Borromei Cardinalis deceſſus.

Paucis poſt Daviæ obitum diebus idem æternitatis iter ingreſſus eſt Gibertus Borromeus patria Mediolanenſis. Hic ex tam illuſtri & Sanctis fœcundo genere oriebatur, ut Borromeum naſci, & Borromeæ ſanctitatis hæredem exiſtere pene pro eodem reputaretur: præterquam enim, quod hæc familia Carolum & Fridericum Cardinales, duo magna ſanctitatis luminaria recenſeat, Gibertus quoque Parentes habuit Renatum & Juliam Areſiam, ambos ad virtutes ſuos in Filios transplantandas natos. Ab his fauſto ſidere die duodecima Septembris anni ſupra milleſimum ſexcenteſimi ſeptuageſimi primi progenitus Gibertus, pietatis literarumque ſtudio in patria egregiam navabat operam. Exacta pubertate, cum ſeſe Dei ac Eccleſiæ ſervitio dicare intenderet, Theologiæ præprimis ſacrorumque Canonum præceptis animum adjecit. His probe inſtructus Romam venit, ubi ab Innocentio XII. inter Romanæ Curiæ Præſules, & Protonotarios Apoſtolicos receptus fuit. Variis dein inferioris Ordinis Magiſtratibus defunctus, ſub Pontificatu Clementis

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

XI. primo Patriarcha Antiochenus, po-
ſtea Novarienſis Epiſcopus ac demum
Pontificii cubiculi Præfectus renunti-
batur; quo in munere ſibi gradum ad
altiora ſtravit; quippe ad Romanam
Purpuram paulopoſt ſelectus fuit, ubi id
ſingulare eſt, quod Pontifex non modo
Borromeæ Domus merita antiquis-
temque deprædicarit, ſed prædicat
ipſius Giberti obſequia tam ſibi quam
Sedi Apoſtolicæ præſtita pluribus effe-
ret, inter alia neo-electum Cardinalem
commendans, quod *tam morum inno-
tia quam aliis ſacro Præſide dignis vir-
tutibus inſignes ſuæ gentis Cardinales* (pre-
cipue S. Carolum Borromeum) *æmu-
tus ſit.* Hac dignitate inſignis mox Ro-
ma ad ſuam Eccleſiam vigil Paſtor re-
verſus, nonniſi ad S. Comitia poſt Cle-
mentis obitum in Urbem venit, eidem
autem Innocentio XIII. nulla mora ad
ſuam ſedem rediit: interfuit quoque
conclavibus pro electione Benedicti
XIII. & Clementis XII., in quibus, cum
non modo locuples, ſed & doctiſſimus
pietatis ac juſtitiæ ſtudioſiſſimus eſſet,
ac præterea cunctis Purpuratis, Prin-
pibus & populo Romano acceptiſſimus
maximam ſupremi Apoſtolatus ſpem
habebat: aſt Gibertus hanc dignitatem
non ſemel promeruiſſe contentus, ſi ma-
ardentius concupiverat, quam ſeſe re-
tur

tum ſuo gregi impendere, quem etiam immoto paſtoralis vigilantiæ ſtudio ac uberrimo animarum proventu pavit usque ad ſupremum obitus ſui diem, qui erat vigeſimus ſecundus Menſis Januarii: ſepultus eſt Novariæ in ſacello S. Caroli Borromei, cui ſanguine, ac ſanctitatis imitatione junctus erat. Reliquit inſignem librorum collectionem, quorum magna pars (uti teſtamento caverat) in Ambroſianam Bibliothecam translata fuit.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

§. XXVIII.

Petri Ottoboni Cardinalis fata.

Tertius ex Purpuratis hoc anno denatis erat Petrus Ottobonus, cujus majores ex Euboea Inſula ortum trahentes præclara obſequia diu reipublicæ præſtiterant, quocirca anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto Veneto Nobilitatis albo inſcribi meruere. Natus erat Petrus Parentibus Antonio & Maria Moretti die ſecunda Julii anno prioris ſexageſimo ſeptimo. Puer adhuc Romam evocatus eſt a Petro Vito Ottobono Cardinale Patruo ſuo, qui, cum in Nepote ſuo ſummam ingenii aciem, ac ſpiritus generoſos, & ad magna quævis incitatos deprehenderet, eundem in diſciplinam præ-

Sæc. XVIII
A. C. 1740.

præstantissimorum præceptorum, quos inter ipse etiam Joannes Franciscus Albani, postea Clemens XI. Papa erat, dedit. Horum institutione juvenis Petrus in variis disciplinis tantum proficerat, ut virtutum ac eruditionis merito Veteranis Doctoribus nullo laudis genere concederet. Annum agebat ætatis vigesimum secundum, cum ejus Patronus ad Apostolatum, assumpto nomine Alexandri VIII., eveheretur, a quo mox cunctis benevolentiæ signis honoratus, publicis in Aula Romana negotiis admotus est; quarto enim post Pontificiam inaugurationem Mense, cum legum peritia summopere inclarescens, Pronotarius Apostolicus, Diaconus Cardinalis, totius Ecclesiasticæ ditionis administrator generalis, Legatus Avenionensis, & S. R. E. Vicecancellarius renuntiabatur, atque omnibus denuo honorum titulis augebatur, quos Pontificia largitas Cardinali Nepoti conferre potuit. Insuper sacerdotia longe pinguissima, quæ annuos quinquaginta aureorum millium proventus excesserant, & ab Innocentio XI. Cameræ Apostolicæ adjudicata fuerant, necnon vacantium beneficiorum fructus nondum exactos obtinuit: unde hic Cardinalis paulo ante modicæ fortunæ Nobilis, jam in unico ferme Mense lauto & Re-

gio more vivere, pretiosa uti suppellectile, & numeroso etiam Nobilium famulatu, necnon splendida Ministrorum frequentia inclarescere cæpit, novisque facultatum accessionibus ex Venetæ reipublicæ & Franciæ Protectoris officio haustis ac maximis donis, ditissimisque Ecclesiæ beneficiis inde profluentibus pene in immensum auctus fuit: nec id mirum, hoc tamen vel maxime mirandum, quod in tanta rerum opulentia, & annuis octoginta aureorum millium redditibus tam ingenti æris alieni mole pressus fuerit, ut post ejus obitum pretiosa ejus suppellex ægre eo ascenderet, ut creditoribus satisfieri posset. Id tamen unicum ejus laudi tribuendum videtur, quod pari etiam munificentia & decore Dei cultum promovere studuerit; Ecclesias enim sibi commissas omni magnificentia instructas voluit: sacras functiones, quibus ipsemet assidue interfuit, maxima pompa exerceri præcepit, annuam quoque Venerabilis Sacramenti expositionem horarum quadraginta in Ecclesia sua Titulari tam sumptuosa majestate celebravit, ut fidelium religio indies augeretur. Sacrum insuper Viaticum, quando ad infirmos suæ Pareciæ deferebatur, cereis semper accensis ac singulari pietate unacum suis famulis comitabatur;

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

tur; ejusdem quoque Pareciæ pauperibus ac infirmis pharmacopeam, Medicum & Chirurgum suo ære condunit. Alexandro autem VIII. ejus Patruo vivis sublato, ac Innocentio XII. eidem subrogato Cardinalis Roma Avenionem ad suam legationem secessit, qua tamen suppressa, & nonnisi Pro-Legato commissa, Romam reverti cogebatur, ubi de solita sua pompa nihil quidem remisit, sacris tamen magis intentus bis quolibet mense doctissimis quibusve Viris ad se invitatis Palatium suum veluti scientiarum emporium aperuit, non alio fine, nisi ut selectissimis quæstionibus in medium prolatis, ac discussis suum aliorumque ingenia exercerentur, & librorum copia destituti ex selectissima ejus Bibliotheca sapientiæ flores excerpere possent: summopere enim poesi & Musica delectabatur: poemata quoque & dramata non invita Minerva exaravit, populoque spectacula exhibuit sumptuoso apparatu, ac pompa singulari: eximiæ artis picturas tanta aviditate collegit, ut Trevisanio & Cominihæ præclaris pictoribus quovis Mense triginta scuta solveret, ea lege, ut quod excellens opus confecissent, illud nulli alteri quam ipsi traderent. Adfuit dein comitiis sacris, in quibus Clementis XI. electionem haud parum pro-

mo-

movebat, ac propterea ab Eodem haud vulgaribus ſingularis affectus, gratique animi ſignificationibus honorabatur. Pari etiam benevolentia ipſum quoque proſecutus eſt Galliarum Rex, a quo in Regni Protectorem aſſumptus, poſtquam Palatio ſuo Gallicæ coronæ inſignia palam affixerat, Venetæ reipublicæ indignationem vel maxime in caput accerſivit, pragmatica enim apud Venetos ſanctione cautum erat, ne quis ſuorum ad exteri Principis miniſterium unquam accedat; cum ergo Cardinalis ſe hac lege obſtringi poſſe pernegaret, hinc Veneti eum non modo Pro-Cancellarii munere amoveri, a Papa petebant, ſed eundem Nobilitatis prærogativa, omnibusque bonis ac præbendis in ditione Veneta poſſeſſis ſpoliaturos minitabantur. Aſt Cardinalis hisce minis ſuperior Franciæ Regis gratiam pluris fecit: quapropter Respublica omnes Ottobonæ familiæ Nobiles publicatis eorum bonis exulare juſſit, unde hi Romam atque ad alias urbes transmigrare compulſi ſunt. Quinimo Petrus Ottobonus Cardinalis ne quidem Romæ a mordaci calamo immunis erat; eadem enim nocte, qua Franciæ Regis inſignia in Palatio ſuo erexit, hæc verba foribus adſcripta legebantur: *Ad primum GALLI cantum PETRUS negavit*

Sæc.XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII A.C. 1740.

gavit patriam. Postquam vero Respublica Barbarigium ad Purpuram promoveri petierat, & Pontifex repulsam dederet, nisi prius Ottoboni pristinis restituantur honoribus, hi denuo in Reipublicæ gratiam rediere. Interim Cardinali Ottobono Romæ nil de nominis sui gloria & Principum favore desit, nilque de consueto luxu ac pompa remisit: Viduam Poloniæ Reginam necnon Jacobum Angliæ Regem sæpius & ipsum quoque Pontificem in Albanensi Abbatia sua exquisita symphonia, lautoque convivio excipiebat, in quorum cultu vere eximius ac magnificus. His nihilo minor erat splendida ac grata liberalitas, pietasque erga defunctum Patruum suum Alexandrum VIII. Papam, cujus venerandos cineres ex tumba ad Ecclesiam Vaticanam in novum sumptuosissime a se constructum mausoleum transferri curavit, præsentibus ipso summo Pontifice, novemdecim Cardinalibus, & toto D. Petri Capitulo. Anno autem hujus sæculi septuagesimo inevitabilis mortis lex Antonium Ottobonum Cardinalis nostri Patrem Romæ sustulit, cujus corpus ibidem in Ecclesia D. Marci ingenti pompa tumulandum mandatum est: sequenti autem anno dum ipsemet Clemens Papa naturæ debitum solveret, Cardinalis pro electione

Inno-

Innocentii XIII. & tertio post anno pro electione Benedicti XIII. sacris interfuit comitiis, quibus absolutis sacros Ordines suscepit, & proximo anno Sabinensis Episcopus renuntiatus, suam Diœcesin lustravit, eodemque anno, qui sæcularis erat, rara exercuit charitatis officia; quippe peregrinis pro consequendo indulgentiarum thesauro Romam adventantibus ipsemet obviam processit, eos domi excepit, eleemosynis juvit, eis in mensa ministravit, & Confraternitates hospitio accepit; præterea omnibus pene Romanæ Curiæ Congregationibus adscriptus in Sedis Apostolicæ utilitatem multa præclare gessit, nullique pepercit labori, ut dissidia, quæ inter Pontifices & Lusitaniæ Regem Venetosque intercesserant, amice componerentur. Tandem mortuo Clemente XII. conclave vix ingressus, in periculosam incidit febrim, unde a sacris comitiis die vigesima quarta Februarii domum reportatus, vespere alterius diei animam exhalavit, anno ætatis septuagesimo tertio, & Cardinalatus quinquagesimo primo: quiescit in sua titulari Ecclesia S. Laurentii in Damaso, in sacello SS. Sacramenti a se constructo. Erat præfatæ Ecclesiæ Commendatarius, Archipresbyter Basilicæ Liberianæ, & postea Lateranen-

Sæc.XVIII. A.C.1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

ſis, S. Collegii Decanus, Epiſcopus Oſtienſis, Magnus Prior Ordinis Jerolymitani Hiberniæ, Secretarius ſacræ Inquiſitionis, & Præfectus Capellæ Pontificiæ &c.

§. XXIX.

Joannis Baptiſtæ Cardinalis Altieri extrema.

Proximo Menſe Joannes Baptiſta Altieriis mortis neceſſitate Purpuram vitamque exuit. Erat is Romæ die ſexta Auguſti anno prioris ſæculi ſeptuageſimo tertio natus, parentibus Caſpare Palutio Albertonio & Laura Catharina Altieria Nepte Clementis XI. Papæ, qui hunc puerum attributo Altieri nomine adoptavit; Illum literis ſacratioribus imbutum, ac Doctoralibus honoribus decoratum Clemens XI. Prælatis domeſticis acccenſuit, & paulo poſt Urbini Pro-Legatum dixit. Hoc munere aliquot annis cum laude defunctus, Romam reverſus eſt, ubi Cameræ Clericus & poſtea Senior ſeu Decanus, necnon viarum Præſes, & in Congregatione computorum ſuffragatus nominatus, per plures annos a ſpe ſuperiorum dignitatum longe abſens vixit, donec mortuo Innocentio XIII. Benedictus XIII., qui adhuc Beneventanus Epi-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Episcopus arcta complurium annorum familiaritate eidem junctus erat, illum virtutibus animique candore insignem sacerdotio initiabatur, & Archiepiscopum Tyrentinum renuntiabat. Inde inter Cardinales Presbyteros titulum S. Matthæi in Merullana obtinuit, atque monasterii ad S. Catharinam de Funariis Protector creatus, tranquillam & ab omnibus publicis curis semotam egit vitam, solique Deo vacans, neutrique parti adhærens, præter sacras functiones aliaque privatæ pietatis exercitia nec honores dignitatesque ampliores ambivit, nec prima status Ecclesiastici munia gerere voluit, unde nec æmulorum invidiæ famam exposuit, nec nomen suum politicæ prudentiæ gloria celebre reddidit. Demum Clemente XII. fatis erepto vaticanis interfuit comitiis, quibus tamen vix inchoatis die vigesima nona Februarii apoplexia tactus, omnibusque sacris morientium subsidiis firmatus die duodecima Martii in conclavi anno ætatis sexagesimo septimo obiit, ejusque corpus inde ad Ecclesiam S. Mariæ supra Minervam translatum est. Hæredem instituerat Ecclesiam S. Catharinæ de Funariis, Laurentio autem Altierio Fratri suo nonnisi sacram suam suppellectilem reliquit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. XXX.

Leandri Cardinalis de Portia obitu

Idem ferme fatum subierat Leand ex illustrissima apud Foro-Julien Comitum Portiarum prosapia ortu Hunc Fulvius Comes ex Laura de M niaco Conjuge sua die vigesima qua Decembris anno 1673. suscepit. A num ætatis duodecimum emensus e cum ob indolem bonam, ingenii p stantiam atque judicii maturitatem spes magnas idoneus Venetias mitte tur, ut sub magisterio Patrum de S cha cognoscendis politioribus disci nis operam locaret, inde Patavium gressus, legibus utriusque fori anim adjecit, ibidemque nativi quasi p doris oblitus, inter Monachos Con gationis Benedictino-Cassinensis s petiit. Piis ejus votis lubentissime nuebant illius Ordinis Superiores, de Tironibus ibidem adlectus per u grum annum Monasticæ vitæ fun menta posuit, virtutibus solidis ac p sertim profundissima humilitate & tionis studio undique munitissima tis dein anno 1693. Deo persolutis p losophiæ ac Theologiæ tam prosp progressu vacabat, ut religiosam jur tutem sacris Theologiæ dogmatis buere juberetur, quo munere fun

cum laude perfunctus præcipue in eo commendabatur, quod primus omnium Theologiæ arcana seclusis Metaphysicis, abstrusisque Scholasticorum speculationibus nonnisi ex S. Scriptura, Patrum & Conciliorum placitis hausta tradiderit, hancque sublimissimam Facultatem ex Dialecticorum dumetis ad spatia liberioris campi revocaverit, qua methodo Cardinalis Cornarus tum Patavinus Præsul tantopere delectabatur, ut Leandrum in publicum hujus Universitatis Professorem nominaret: Theologicum ibidem feliciter emensus stadium Romam evocabatur, ubi in Abbatia S. Calixti pari methodo, æqualique totius urbis summique Pontificis applausu aliquamdiu divinarum rerum scientiam docuit, cumque commune scientiarum oraculum tam Romæ ab Eruditis quam in Monte Cassino a suis haberetur, doctissimi quique Viri ab ejus ore pendebant, conversis in se unum omnium oculis animisque; hinc & amorem & venerationem sibi, invitus quoque, domi forisque conciliavit: nil tamen ægrius tulit, quam si a privatis suis studiis, & solitario religiosæ vitæ otio abstraheretur: obedientiæ tamen voci ad primos quosque nutus obsecundans, omnia ferme Ordinis sui munia magis conspicua, & eo ipso magis ardua in-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

offenso pede percurrit, ac nominis
fama ad Aulam Romanam pervolan
a Clemente XI. S. Indicis Congrega
nis Consultor, & Abbas Cænobii ad
Paulum, & ab Innocentio XIII. Co
sultor S. Officii, & S. Congrega
nis Visitationis Apostolicæ renum
tus est, pluribusque aliis ejusmodi
ribus gravatus, cuncta in negotiis
commissis tam mira sedulitate perf
ut ab ipsomet Pontifice sæpius præ
tim in rebus Theologicis in consili
adhiberetur. Mortuo autem Inno
tio XIII. Benedicti XIII. ejus Succ
ris in hunc Virum non modo nata
splendore, sed vel maxime morum
tegritate, & eruditionis præstanti
leberrimum maxima erat observan
nil arduum aggrediebatur Pontifex
consulto prius Leandro: Latera
Synodo tanquam consummatæ doctr
Theologum adesse voluit, ejusque
cium in discutiendis Noailli articulis
cutus est. Tot tantaque demum
rita remuneraturus die trigesima A
lis in Templo Benedictinorum ad
Ambrosium mortuo Cardinale Pri
Leandrum Pergamensi Ecclesiæ Epis
pum suffecit, eodemque die S. Pur
ratorum Collegio adscripsit, eique
Diæcesin suam abeunti præter Prio
tum redditibus pinguem, etiam aure

Co

Crucifixi imaginem, ſibi a Coloniensi Electore dono datam liberaliter impertivit. Præterea Cardinalis ſex adhuc aliis Congregationibus ab eodem Papa aggregatus eſt, quibus, ut pro muneris ſui ratione intereſſe poſſet, Episcopatum ſuum, annuente Benedicto Papa, Abbati Ridettio ultro ceſſit, quo Pontifice vivis erepto in ſacris comitiis in Succeſſorem a non paucis ſuffragatoribus expetebatur; quod tamen onus a ſuis humeris amoturus, cum aliunde calculi doloribus vehementer cruciaretur, Menſe Aprili ad finem vergente ex Conclavi exceſſit: aſt importunis Cardinalium precibus votisque expugnatus, recuperata nonnihil valetudine reverſus eſt, ubi in ſcrutinio die octava Maii ſolus duas, ut vocant, tertias ex ſuffragiis tulerat, abs dubio in Papam eligendus, niſi Cardinalis Cienfuegos cum ſuis obſtitiſſet, ſuſpicatus, hunc utpote, Venetæ Reipublicæ obnoxium plus Gallis quam Auſtriacis propenſum fore. Paulopoſt tamen die vigeſima Junii acutiſſimis doloribus non ſine magno vitæ diſcrimine cruciatus denuo comitia deferere coactus eſt, rurſus tamen a Purpuratis exoratus die decima Julii rediit, & haud parum ad electionem Clementis XII. contulit. Hujus quoque Pontificis benevolentiam de Eccleſia opti-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

optime meritus sibi mirum in modum conciliabat, unde ab eodem gravior-bus Sedis Apostolicæ negotiis adhibi-tus, atque Indicis Præfectura aucta, Cosciæ aliorumque ob male administ-tum ærarium accusatorum caussam de-judicare jubebatur, ac insuper publico bono strenue procurando natus Xeno-dochium S. Spiritus in Saxia, ejusque mensam nummulariam, cum ob maior-rei familiaris procurationem gravissim-ære alieno laboraret, accitis in op-Præsulibus incredibili patientia, dex-ritate, invictaque constantia restaura-irrepentesque abusus tam prospere-stulit, ut Pontifex eidem publici hu-Hospitii curam ex integro demandare-Dum autem in medio laborum cu-erat, post Clementis XII. mortem-Vaticana comitia toties suæ fortu-propitia, ac toties suæ vitæ funeb-die decima octava Februarii ingredi cona-est, ac repentino, pertinacique mo-pressus in suo Palatio, ad quod ex co-clavi die duodecima Maji translat-fuit, intempestiva nimis morte die-cima Juniiexcessit, anno ætatis sexag-simo sexto cum semestri & diebus oct-decim: corpus ejus depositum est p-mo in Ecclesia Titulari S. Calixti, p-stea tumulatum in illo S. Pauli ex-mænia, quam sacram ædem Abbas-

tuſtate pene collapſam recens etiam erecto ſacello S. Birgittæ, mirifice exornaverat, ac magnifica Porticu ruinæ proxima ad priſtinam firmitatem revocata pavimentum nimia humiditate contabeſcens ſalubrius effecerat.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. XXXI.

Seraphinus Cardinalis Cencius mortuus.

Poſtremum ex Cardinalibus eodem Menſe mors intempeſtiva rapuit Seraphinum Cencium, ſeu Cincium, ex nobili Romanorum genere Patre Franciſco & Matre Juſtina Ripa anno evoluti ſæculi ſeptuageſimo ſexto die trigeſima prima Maji progenitum. Hic liberaliter educatus bonisque moribus imbutus Romæ ſacratioribus literis ac Jurisprudentiæ tam felicem navabat operam, ut in eadem Romana Univerſitate utriusque juris Doctor renuntiaretur. Poſtea a Clemente XI. Romanæ Curiæ Præſul & utriusque ſignaturæ Referendarius in Congregatione Fabricæ D. Petri ſuffragium tulit, ſuaque prudentia ac dexteritate haud mediocrem ſui nominis celebritatem conſecutus eſt: nec minori laude Cameræ Apoſtolicæ Pro-Auditorem & ſub Innocentio XIII. Rotæ Romanæ Judicem per decem omni-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

no annos egit: feligebatur quidem a
eodem Papa in Nuntium Apoftolicum
Regni Neapolitani: gravibus tamen de
cauffis hanc dignitatem Alemannio ab
bati cefferat; demum a Clemente XII.
S. Pænitentiariæ Regens, necnon Be
neventanus Archipræful, & tandem Car
dinalis renuntiabatur, pluribus S. Ce
tibus adfcriptus: accepto autem rec
Petafo Romam ad fuam Ecclefiam re
verfus, immota vigilantia ac incredib
integritate cultui divino amplificand
emendandisque Cleri ac populi mo
bus infudavit. Magis tamen exempl
quam legibus, verbisque utebatur: ea
quoque in populum comis, aditu fa
lis, ac liberalis, & in pauperes vix m
prodigus. Sexto jamjam anno fua
Ecclefiam rexerat, cum poft Clemen
tis obitum ad Vaticana comitia Roma
pergeret, in quibus potior Cardinalium
pars fæpius in eum collimabat; ad gra
vi oppreffus morbo, eoque ad integum
menfem protracto die vigefima terti
Maji facris rite munitus fuit; enimve
die vigefima tertia Junii remiffior ex
vomitus cruentus, indeque orta Febri
adeo ut ex pertinaci fuo morbo fere
convalefcere crederetur, ipfoque Natal
die fuo S. Joannis Baptiftæ rem facram
perageret; qua abfoluta, peractisque
de more precibus fefe in lectulum con
jec

jecit, ſumptoque chocolatæ potu nonnihil quieſcere cæpit: paulopoſt tamen, nemine id ſuſpicante, deceſſiſſe repertus eſt. Expleverat ætatis annum ſexageſimum quartum, ſepultus in Eccleſia titulari S. Agnetis.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. XXXII.

Diverſæ Clementis XII. & Benedicti XIV. P.P. Conſtitutiones.

Menſe Januario, quem Clemens XII. Papa hoc anno vitæ ſuæ poſtremum habebat, nonnullas Conſtitutiones pro immoto ſuo paſtoralis curæ ſtudio edidit, & quidem primo die decima quarta Januarii Conſtitutionem, quæ incipit: *In ſupremo juſtitiæ ſolio &c.* contra homicidas ad ditiones tam firmæ terræ, quam Regni Corſicæ & Inſulæ Caprariæ extendit. Sequenti autem die Ludovico XV. Galliarum Regi, ejusque Succeſſoribus indulſit, ut ad quæcunque beneficia ſæcularia & regularia in Metenſi, Tullenſi & Virodunenſi Diæceſibus ac territoriis Lotharingiæ & Bari exiſtentia nominare eaque conferre poſſet, dummodo ea extra Romanam Curiam vacent. Tam ampli tamen favoris cauſſam allegat Pontifex, quod firmiter ſperet, *fore, ut tam ipſe Ludovicus, quam Succeſſores Reges Chriſtia-*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

stianissimi gloriosis Antecessorum Regum vestigiis inhærentes, Religionem Christianam & fidem Catholicam tueri, & propagare, dictæque Sedis Apostolicæ honorem, & auctoritatem in universis suis, & ipsorum Regum Successorum Dominiis illibatas conservare omni studio curaturi, atque in nominandis ad infrascripta Beneficia personis, quæ vitæ integritate, Religione, Fide & doctrina præstarent, summum studium, summamque diligentiam semper adhibituri, nec suam ipsorum conscientiam ea in re ullo modo lædi forent passuri, ampliorem que ipso Ludovico Regi ejusque Successoribus exercendæ erga personas benemeritas Regiæ beneficentiæ facultatem Apostolica benignitate ducens Successoribus Regibus Christianissimis in unitate Catholicæ Fidei, Sedis Apostolicæ prædicta obsequentia perservaturis jus nominandi &c.

Præterea anno priori Petrus Henry Maronitarum Monachus, ac Ordinis S. Antonii Congregationis S. Isaiæ Definitor primus e Syria, *ubi orthodoxa Catholica Fides inter adversas superstitiones & hæreses a Maronitica Natione* (verba sunt ipsius Pontificis) *Sacræ Sedi semper addictissima integerrime colitur*, a Simone Haridde Abbate Generali, & Abrahamo Esaf, Bimiur Agia, & Petro Paulo Chiamo Definitoribus Romam missus

missus advenerat, supplex, ut summus Pontifex Constitutiones tam Congregationis Montis Libani, quam S. Isaiæ jam anno 1732. die vigesima prima Martii a Papa confirmatas nominatim pro præfata Congregatione S. Isaiæ auctoritate Apostolica approbare velit. Horum ergo precibus annuens Papa, die decima septima Jannarii omnes quinque harum Constitutionum partes recensuit, earumque statutis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjecit. Insuper die vigesima secunda ejusdem Mensis Constitutionem Alexandri VII., qua Fratribus Minoribus S. Francisci de observantia Discalceatis ad aliam Religionem transire vetitum erat, ad Provinciam S. Antonii in Brasilia extendit. Denique die vigesima sexta Januarii, uti jam memoravimus, Historiam Concilii Tridentini a Paulo Sarpio Gallice editam proscripsit, simulque damnavit, ac sub pæna excommunicationis ipso facto incurrendæ prohibuit legi *Historiam libri Reflexionum Moralium in novum Testamentum*, & *Constitutionem* Unigenitus, Amstellodami Gallice in quatuor tomis editam, eoquod *propositiones falsas, captiosas, piarum aurium offensivas, scandalosas, temerarias, Ecclesiæ, ejusque praxi injuriosas, neque in Ecclesiam solum, sed & in potestates sæculi contumeliosas, sedi-*

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

seditiosas, impias, blasphemas, suspectas de hæresi, ac hæresin ipsam sapientes, non hæreticis & hæresibus, ac etiam schismaticis faventes, erroneas, hæresi proximas, sæpius damnatas, ac demum etiam hæreticas, variasque hæreses & præcipue Jansenianam, ac Quesnellianam manifeste innovantes & asserentes contineret.

Post Clementis obitum Benedictus XIV. ejusdem Successor longe dignissimus, ut Catholicam fidem custodiret, morumque disciplinam aut servaret, aut restauraret, plures, easque salubertimas æque ac doctissimas Constitutiones quovis anno edidit, quas ipsemet sexto sui Pontificatus anno publicis typis vulgari permiserat: præprimis autem hoc anno præter indicti Jubilæi Bullam die decima septima Octobris edita Constitutione particularem erexit Congregationem, cujus esset ab Episcopis & Regularium Superioribus, an & qui vacantes Episcopatu digniores, aptioresque essent juxta mentem Concilii Tridentini, secreto requirere, & id summo Pontifici indicare, necnon translationum caussas examinare, imposita de his gravis silentii lege. Die autem decima quarta Novembris omnibus Regularibus (exceptis Fratribus misericordiæ) exercitium artis Aromaticæ pro sæcu-

lari-

laribus, necnon pharmacorum ac medicamentorum venditionem inhibuit. Exſtat adhuc alia ejusdem ſummi Pontificis Conſtitutio, qua die vigeſima tertia ejusdem Menſis juxta Bullam Sixti V. Epiſcopis necnon inferioribus Prælatis jurisdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus præcepit, ut per ſe vel per Nuntios jurent, ſe limina Apoſtolorum viſitaturos, & de ſtatu ſuarum Eccleſiarum relationem ſummo Pontifici facturos, & quidem tertio quovis anno, qui in Italia & Inſulis adjacentibus agunt; cæteri autem quinto quoque anno a tempore captæ poſſeſſionis, Memorabilis etiam eſt præfati juramenti formula, quam huc adducere, operæ pretium videtur. Eſt autem hæc:

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Ego N. ab hac hora in antea fide„lis, & obediens ero B. Petro Apoſtolo, „ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, & Do„mino noſtro Benedicto Papæ XIV. ſuis„que Succeſſoribus canonice intranti„bus. Non ero in conſilio, aut ſenſu, „vel facto, ut vitam perdant, aut mem„brum, ſeu capiantur mala captione, „aut in eos violenter manus quomodo „libet, violenter ingerantur, vel inju„riæ aliquæ inferantur quovis quæſito „colore. Conſilium vero, quod mihi „credituri ſunt, per ſe aut Nuntios ſuos,

„ſeu

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„seu literas, ad eorum damnum, ma
„sciente, nemini pandam. Papatum
„Romanum, & Regalia S. Petri adju
„tor eis ero ad retinendum, & defen
„dendum salvo meo ordine, contra omi
„nem hominem. Legatum Apostolicæ
„Sedis in eundo, & redeundo honori
„fice tractabo, & in suis necessitatibus
„adjuvabo. Jura, honores, privilegia
„& auctoritatem S. R. E. Domini No
„stri Papæ, & Successorum prædic
„rum conservare, defendere, augere
„& promovere curabo. Neque ero
„consilio, vel facto, seu tractatu, in qu
„bus contra ipsum Dominum Nostrum
„vel eandem Romanam Ecclesiam ali
„qua sinistra, seu præjudicialia pers
„narum, juris, honoris, status, & po
„testatis eorum machinetur. Et si
„lia a quibuscunque tractari, vel pr
„curari novero, impediam hoc pro posse
„Et quanto citius potero, significabo
„eidem Domino Nostro, vel alteri per
„quem possit ad ipsius notitiam perve
„nire. Regulas sanctorum Patrum, de
„creta, ordinationes, seu dispositiones
„reservationes, provisiones, & ma
„data Apostolica totis viribus observa
„bo, & faciam ab aliis observari. Hæ
„reticos, Schismaticos, & Rebelles eiu
„dem Domino Nostro, vel Successori
„bus prædictis pro posse persequar, & i

„impugnabo. Sacras BB. Apoſtolo- Sæc. XVIII.
„rum memorias ſingulis terminis per- A. C. 1740.
„ſonaliter, ac per me ipſum viſitabo,
„& Domino Noſtro, Succeſſoribusque
„præſaris rationem reddam de commiſ-
„ſo mihi munere, deque rebus omni-
„bus ad mei Monaſterii, ſeu Eccleſiæ
„ſtatum, ad Cleri, & populi diſcipli-
„nam, animarum denique, quæ meæ
„fidei creditæ ſunt, ſalutem quovis mo-
„do pertinentibus, & viciſſim Mandata
„Apoſtolica humiliter recipiam, & quam
„diligentiſſime exequar. Quodſi legi-
„timo impedimento detentus fuero, præ-
„dicta omnia adimplebo per certum
„Nuncium ad hoc dignitate Eccleſia-
„ſtica conſtitutum, ſeu alias Perſona-
„tum habentem, aut, his mihi defi-
„cientibus, per aliquem alium Presby-
„terum ſæcularem vel regularem ſpe-
„ctatæ probitatis, vel religionis, de
„ſupradictis omnibus plene inſtructum.
„De hujusmodi autem impedimento
„docebo per legitimas probationes ad
„S. R. E. Cardinalem Congregationis
„Sac. Concilii Præfectum per dictum
„Nuncium transmittendas. Poſſeſſio-
„nes vero ad Monaſterium meum per-
„tinentes non vendam, nec donabo, ne-
„que oppignorabo, nec de novo infeu-
„dabo, nec vel aliquo modo alienabo,
„etiam cum conſenſu Conventus Mona-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„sterii mei, inconsulto Romano Pontifice. Et si ad aliquam alienationem „devenero, pænas in quadam super hac „edita Constitutione contentas, eo ipso „incurrere volo. Sic me Deus adjuvet, „& hæc sancta Dei Evangelia."

Ad excipiendas autem atque examinandas relationes Pontifex particularem Cardinalium Congregationem erexit. Demum die decima tertia Decembris centum dierum indulgentiam concessit illis, qui flexis genibus quamlibet feria sexta quinquies orationem Dominicam & toties salutationem Angelicam ad sonum campanæ hora tertia post meridiem in memoriam agoniæ D. N. J. Christi recitaverint.

§. XXXIII.

Ejusdem summi Pontificis Epistola Encyclica ad omnes totius Orbis Præsules.

Ut vero vigilantissimus hic universæ Ecclesiæ Pastor commisso sibi Divinitus officio satisfaceret, omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos atque Episcopos encyclica epistola ad explendas sui muneris partes die tertia Decembris egregie hortabatur. Ita enim loquitur:

„Ubi

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Ubi primum placuit Deo, qui di„ves est in misericordia, humilitatem „nostram in suprema Beati Petri Sede „collocare, & Vicariam Domini Nostri „Jesu Christi potestatem Nobis, nullo „quamvis meritorum suffragio suffultis, „ad universæ Ecclesiæ suæ gubernatio„nem committere; auribus insonare „nostris visa est Divina illa vox: *Pasce „agnos meos: pasce oves meas*: injuncta „videlicet Romano Pontifici, ejusdem „Petri Successori, cura regendi, non „modo Gregis Dominici agnos, qui sunt „populi per totum terrarum Orbem dif„fusi, sed etiam oves, nimirum Epi„scopos, qui veluti agnorum matres, „populos in Christo Jesu generant, ite„rumque parturiunt. Pastoris igitur e„tiam vestri voces excipite, Fratres, „per has nostras literas; & in partem „sollicitudinis, cujus plenitudo com„missa Nobis Divinitus est, vocati, in„telligite ex ipsis admonitionibus, & „cohortationibus nostris, quanta Nos „premat cura non prætermittendi ea, „quæ officii nostri sunt, quantaque iti„dem sit vis paternæ nostræ in vos cha„ritatis, qua ad maxime optandum ad„ducimur, ut de profectu sanctarum o„vium fiant gaudia æterna Pastorum.

„In primis vero date operam, omnique „studio, atque ope satagite, ut morum

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„integritas, & Divini cultus ſtudium
„eluceat in Clero, utque Eccleſiaſtica
„Diſciplina ſarta tecta ſervetur, & ſi
„collapſa fuerit, redintegretur. Satis
„enim conſtat, nihil eſſe, quod omnem
„populum ad pietatem, religionem, &
„Chriſtianæ vitæ inſtitutionem effica-
„cius inſtruat, excitet, inflammet, quam
„eorum exemplum, qui Divino ſe mi-
„niſterio dedicarunt. Itaque in id mem-
„tis veſtræ acies primum dirigenda et
„ut cum accurato delectu ii Clerici
„militiæ adſcribantur, a quibus tuerio
„poſſit exſpectari, ut iis in lege Domini
„ambulantibus, & de virtute in virtu-
„tem euntibus, eorum vita cunctis ad
„ferat venerationem, & eorum opera
„Eccleſiis veſtris ſpiritualem afferat u-
„tilitatem. Melius enim profecto et
„pauciores habere Miniſtros, ſed pro-
„bos, & idoneos, atque utiles, quam
„plures, qui in ædificationem Corporis
„Chriſti, quod eſt Eccleſia, nequiquam
„ſint valituri. Quantam idcirco Epi-
„ſcoporum cautionem ea in re facri Ca-
„nones requirant, non ignoratis Fra-
„tres; ſed ab eorum norma, quæ cu-
„nino ſervari debet, ne patiamini vos
„abduci humano ullo reſpectu, vel in-
„portunis ambientium ſuggeſtionibus
„vel fautorum precibus. Apoſtoli ver-
„præceptum, ne manus cuiquam im-
„ni-

„mis propere imponatur, tum potissi- Sæc. XVIII.
„mum servari necesse est, ubi de pro- A. C. 1740.
„movendis ad sacros Ordines, & ad sa-
„cratissima Mysteria, quibus nihil est
„divinius, agendum sit. Non enim
„sufficit ætas, quæ per sacras Ecclesiæ
„leges unicuique Ordini præscripta est,
„nec indiscriminatim omnibus, qui in
„inferiori aliquo Ordine jam sint consti-
„tuti, suo quasi jure patere debet adi-
„ditus ad sublimiorem; sed studiose,
„magna adhibita diligentia investigan-
„dum a vobis est, an eorum, qui prio-
„ra susceperint ministeria, talis fuerit
„vivendi ratio, & in sacris scientiis pro-
„gressus, ut fere digni judicandi sint,
„quibus dicatur: ascende superius:
„cum alioquin expediat in inferiori po-
„tius aliquos remanere gradu, quam
„cum suo majori periculo, & aliorum
„scandalo ad altiorem provehi.

„Et quoniam supra, quam dici pos-
„sit, interest, eos, qui in sortem Domi-
„ni vocantur, ab ineunte ætate ad pie-
„tatem, morumque integritatem, & ad
„canonicam disciplinam veluti novellas
„plantationes in juventute sua, infor-
„mari: cordi idcirco vobis esse debet,
„ut ubi forsan nondum instituta fuerint
„Clericorum Seminaria, quam citissime
„instituantur vel jam instituta amplifi-

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„centur, si majori Alumnorum nume-
„ro pro Ecclesiarum conditione opus sit,
„adhibitis in eum finem mediis, quo-
„rum parandorum potestate Episcopi
„jam sunt instructi, & quibus alia e-
„tiam, si de eorum necessitate edocti
„vobis fuerimus, addituri & nos sumus.
„Eadem vero Collegia singulari vestra
„solicitudine foveantur, necesse est, ve-
„delicet ea sæpe invisendo, singulorum
„adolescentium vitam, indolem, & in
„studiis profectum explorando, Mi-
„stros idoneos, Virosque Ecclesiastico
„spiritu præditos ad eorum cnlturam
„destinando, literarias ipsorum exer-
„tationes sive Ecclesiasticas functiones
„quandoque præsentia vestra decora-
„do, aliqua demum Beneficia iis, qui
„virtutum suarum specimen clarum
„præstiterint, majoremque laudem re-
„tulerint, conferendo. Hujusmodi e-
„nim irrigationem arbusculis hisce,
„dum adolescunt, ministrasse non vos
„pænitebit, sed vestra opera lætissimum
„deinde vobis referet fructum in ubere
„bonorum operariorum copia. Con-
„sueverunt quippe Episcopi sæpius de-
„lere messem quidem esse multam, ope-
„rarios autem paucos. Ast fortasse et
„quoque dolendum esset, non eam, quam
„debuissent industriam ipsos adhibuisse,
„ut operarii ad messem pares aptique
„fo-

„formarentur: boni namque, & ſtrenui „operarii non naſcuntur, ſed fiunt; ut „autem fiant, ad Epiſcoporum ſolertiam „induſtriamque maxime pertinet.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„Sed & illud maximi momenti eſt, „ut iis animarum cura committatur, „qui doctrina, pietate, caſtis moribus, „& illuſtribus bonorum operum exem„plis ita aliis prælucere poſſint, ut vere „lux, & ſal populi ſint, & habeantur. „Hi nimirum præcipui adjutores veſtri „ſunt in grege vobis credito informan„do, regendo, perpurgando, in viam „ſalutis dirigendo, & ad Chriſtianas „virtutes incitando. Ex quo pronum „eſt intelligere, quanti veſtra etiam refe„rat, eos ad Parochiale officium ob„eundum eligi, qui ad fructuoſam ple„bium gubernationem merito judicen„tur aptiores. In id vero potiſſimum „quoque incumbite, ut quicumque a„nimarum curam gerunt, diligenter, „diebus ſaltem Dominicis, aliisque fe„ſtis de præcepto, plebes ſibi commiſ„ſas, pro ſua, & earum capacitate, pa„ſcant ſalutaribus verbis, docendo ea, „quæ Chriſti fideles ad ſalutem ſcire o„portet, ac explicando Divinæ legis ca„pita, Fideique dogmata, & pueros „ejusdem Fidei rudimentis imbuendo, „quacumque prava in contrarium con-

Sæc. XVIII. A. C. 1740

„ſuetudine, ubicunque eſſet, prorſus „ſublata. Quomodo enim audient ſine „prædicante? Aut quomodo recte credendi, recteque agendi normam aſſequi poterunt populi, ſi animarum curatores in ejusmodi officio ſegnes, remiſſi, ac deſides fuerint? Quare non „ſatis animo comprehendi, aut verbis „explicari poteſt, quanta Chriſtianæ „Reipublicæ pernicies impendeat ex „eorum, quibus animarum cura demandata eſt, negligentia in pueris præ„ſertim catechismo inſtruendis. Prodeſ„rit autem plurimum, ſi ſtudueritis, ut „& qui curam animarum gerunt, & ipſi „lii, qui ad pænitentium confeſſiones „excipiendas deſtinati ſunt, per aliquot „dies ſpiritualibus exercitiis quotannis „vacent: in eo quippe pio receſſu renovabuntur ſpiritu mentis ſuæ, & induentur virtute ex alto, ad ea impenſius, alacriusque peragenda, quæ ſuarum partium ſunt pro Divini Numinis „gloria, & ſpirituali proximorum utilitate, & ſalute.

„Jam vero ſcitis, Fratres, Divino „præcepto mandatum eſſe omnibus animarum Paſtoribus, oves ſuas agnoſcere, easque verbi Divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, „ac bonorum operum exemplo paſcere;

„hi-

„hisque, ac cæteris Pastoralis Officii „muniis satisfacere, ut par est, minime „posse eos, qui gregi suo non invigilent, „neque assistant, vineamque Domini, „in qua positi sunt custodes, non custo„diant assidue. Itaque in statione ve„stra maneatis oportet, & personalem „in Ecclesia vestra, vel Diæcesi, serve„tis residentiam, ad quam ex vi mune„neris vestri obligati estis, quemadmo„dum pluribus generalium Conciliorum „decretis, & Prædecessorum nostrorum „Constitutionibus luculenter declara„tum, præscriptumque est. Cavete „autem, ne existimetis fas esse Episco„pis per tres menses singulis annis pro „libitu, aut quacumque ex caussa ab„esse. Ut enim hoc vere liceat Episco„pis, constat habendam esse rationem, „ut absentiam hujusmodi æqua requi„rat caussa, simulque consultum sit, ne „gregi detrimentum obveniat. Memen„tote autem judicem futurum esse eum, „cujus oculis omnia nuda, & aperta „sunt, adeoque videte, ut causa talis „vere sit, quæ probari jure possit supre„mo huic Pastorum Principi, a quo o„vium vobis creditarum sanguis est „quantocius requirendus: in quo qui„dem judicio frustra Pastor contende„ret ea se excusatione tueri, quod lupus „oves, absente se, ac nescio, abductas

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„devoraverit: nam si res penitius inspi-
„ciatur, satis apparet nullum prope ma-
„lum, aut scandalum in Diæcesi sic de-
„stituta contingere, quod non sit ei ad-
„scribendum, cujus erat, subditos a re-
„cta semita deflectentes revocare mon-
„tis, allicere exemplis, voce confir-
„mare, auctoritate, & charitate contine-
„re. Porro quis etiam non intellig-
„multo satius esse negotia alibi per alios
„ubi oportuerit, peragi, quam per
„ipsum ab Episcopo extra Diæceseos
„suam morante; negotium vero omnium
„maximum custodiendi, & gubernan-
„gregis ab eo per se, non per admini-
„stros curari? Sint enim vero quantum-
„vis idonei, probatique Ministri, no-
„tamen eorum vocem sic solent audire
„oves, ut veri sui Pastoris: nec vica-
„riam illorum operam supplere satis
„vigilantiam, atque operam ipsius Epi-
„scopi, cui peculiaris sancti Spiritus
„gratia ad id opitulatur, experientia
„abunde compertum est.

„Ad hæc, cum in omni etiam re
„domesticæ cura nihil sit utilius, quam
„si ipsemet Patersamilias omnia freque-
„ter inspiciat, suaque vigilantia suorum
„industriam, & diligentiam alat, pro-
„pterea vos monemus, & hortamur, ut
„Ecclesias, & Diæceses vestras, (mi-
„gra-

„gravis, ac legitima interveniat caussa, „quæ aliis id committi postulet) vos ipsi „visitetis, vos ipsi oves vestras, & pe„coris vestri vultum agnoscatis. For„midinis sane, ac terroris plena est „certissima illa sententia, non admitti „Pastoris excusationem, si lupus oves „comedit, & Pastor nescit. Multa ve„ro quidem ignorabit Episcopus, multa „eum latebunt, vel saltem serius, quam „oportet, intelliget, nisi ad omnes suæ „Diæceseos partes se conferat, & nisi per „se ipsum ubique videat, ubique audiat, „ubique exploret, quibus malis medi„cina facienda sit, & quænam eorum „caussa fuerit, quave ratione occurri „etiam providenter queat, ne sublata „revivisçant. Præterea cum ea sit hu„manæ imbecillitatis conditio, ut in a„gro Dominico, cujus cultura commissa „Episcopo est, sensim vepres, & spinæ, „ac noxiæ, inutilesque herbæ succre„scant, certe nisi ad eas amputandas „cultor crebro redeat, ille ipse nitor vi„giliis ejus, laboribusque jam progressu „temporis defloresçet. Sed neque etiam „satis est lustrari a vobis Diæceses, & „opportunis præceptionibus vestris cu„rationi earum esse prospectum: restat „& illud enixe perficiendum a vobis, ut „quæ in visitationibus constituta fue„runt, vere in effectum perducantur;

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„nam

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

„nam legum etsi optimarum utilitas
„nulla erit, nisi quod sancitum veritas
„est, re ipsa ab eis, ad quos pertinet,
„studiose præstetur. Quapropter pos-
„quam ad animarum morbos expellen-
„dos, sive avertendos, salutaria pa-
„ravistis medicamenta, non ideo sol-
„citudo vestra conquiescat oportet, sed
„traditorum a vobis præceptorum ex-
„cutio omni virium contentione urgen-
„da est; idque potissimum per iterata
„visitationes estis assecuturi.

„Postremo, ut multa paucis com-
„plectamur, Fratres, in omni sacra, &
„Ecclesiastica functione, & in omni Di-
„vini cultus ac pietatis exercitio vos
„ipsos auctores, vos duces, vos magi-
„stros esse convenit, ut quasi de vestra
„sanctitatis splendore, tum Clerus tum
„grex universus lumen hauriat, & cha-
„ritatis vestræ igne incalescat. Itaque
„in tremendi sacrificii frequenti, & de-
„vota oblatione, in solemni Missarum
„celebratione, in Sacramentis admini-
„strandis, in Divinis officiis obeundis,
„in cultu, & nitore templorum, in di-
„sciplina domus, & familiæ vestræ, in
„pauperum amore, & ope eis ferenda,
„in ægrotis invisendis, & sublevandis,
„in peregrinis hospitio excipiendis, in
„omni denique Christianæ virtutis ope-

„re estote vos forma gregis vestri, ut „omnes imitatores vestri sint, sicut & „vos Christi, quemadmodum decet E„piscopos, quos Spiritus sanctus posuit „regere Ecclesiam Dei, quam acquisi„vit sanguine suo. Apostolos itentidem „respicite, in quorum successistis locum, „ut eorum vestigia sectemini in labori„bus, in vigiliis, in ærumnis toleran„dis, in arcendis lupis ab ovilibus ve„stris, in vitiorum radicibus extirpandis, in Evanglica lege exponenda, in „eis, qui erraverint, ad salutarem pæ„nitentiam reducendis. Aderit profe„cto vobis omnipotens, & misericors „Deus, in quo nos confortante omnia „possumus: non deerit etiam vobis, ut „plane confidimus, religiosorum Prin„cipum auxilium. Omnia insuper ad„jumenta parata vobis erunt ab hac san„cta Sede, quotiescunque nostra Apo„stolica Auctoritate opus esse censueri„tis. Magno itaque animo, magnaque „fiducia venite ad Nos, qui vos cun„ctos, ut Fratres & adjutores nostros, „& coronam nostram amamus in visce„ribus Jesu Christi: venite ad vestram, „& omnium Ecclesiarum Matrem, Ca„put, & Magistram, sanctam Romanam „Ecclesiam, unde Religionis origo ma„navit, ubi Fidei petra, ubi fons sacer„dotalis unitatis, ubi incorruptæ veri„tatis

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

Sæc. XVIII. A.C. 1740.

„tatis doctrina; nihil enim Nobis opta-
„tius, nihil jucundius esse potest, quam
„una vobiscum Dei gloriæ inservire, &
„Catholicæ Fidei custodiæ, ac propa-
„gationi allaborare, atque animas ita
„vas facere, pro quibus ipsum quoque
„sanginem & vitam nostram libenti-
„me, si oportuerit, impenderemus.
„Excitet vos demum, stimulosque cu-
„rentibus vobis addat ingens, ac certa
„quæ vos manet, remuneratio; nam
„cum apparuerit Princeps Pastorum,
„percipietis immarcescibilem gloriæ co-
„ronam; coronam utique justitiæ, quæ
„reposita est fidelibus dispensatoribus
„Mysteriorum Dei, & strenuis, vigi-
„busque speculatoribus domus Israel,
„quæ est sancta ipsius Dei Ecclesia.
„Ejus autem vices Nos, quamvis indi-
„gni, gerentes in terris, Fraternitatibus
„vestris peramanter benedicimus, nec
„non Clero ac populo vestro fideli, eam-
„dem Apostolicam Benedictionem no-
„stram paterno affectu impertimur."

Paulopost summus Pontifex die tri-
gesima Aprilis anni sequentis Romæ
possessionem Pontificiæ suæ Mntropoli-
tanæ Basilicæ ad S. Joannem in Late-
rano solemni pompa adiit, ubi Carolus
Borbonius Siciliæ utriusque Rex in ve-
nerationis suæ testimonium magnificos
trium-

triumphales arcus ac honorum ſtatuas Romæ erigi curavit. Cum vero Pontifex probe perſpiceret, quod non modo Maria Thereſia Hangariæ Regina poſt Patris ſui obitum, ſed etiam Hiſpaniæ Rex Etruriam, Parmam & Placentiam, quem utrumque Ducatum Eccleſia Romana ſibi feudi nomine proprium cenſebat, ſibi vendicaturus eſſet, hinc bellum in Italia inde oriturum prævenire, totis viribus conabatur: ut vero præfatum Regem ſibi amplis demereretur favoribus, eidem pro ferendis belli contra Anglos moti expenſis decimam redditum partem ab omni Clero exigendi poteſtatem fecit, & Hiſpalenſis Archiepiſcopatus ampliſſimos proventus Toletano Archiepiſcopatui in favorem Ludovici Cardinalis Regii Filii adjunxit, pluraque alia ad Regis preces conceſſit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. XXXIV.

Lutherana ſanctio circa impedimenta Matrimonii.

Sub idem tempus Fridericus Boruſſiæ Rex die decima tertia Junii, ut in ſuis ditionibus incolarum numerum augeret, Prædicantibus inhibuit, ne pro impedimentorum diſpenſationibus pecuniam acciperent, ſed potius in omnibus affinitatis vel conſanguinitatis gradi-

Sæc. XVIII. A. C. 1740

dibus nisi a Deo clare sint prohibi-
quoscunque gratis conjungant. Acce-
pto hoc Regis decreto Mindenses et
Prædicantes dubii hærebant, quinam
gradus a Deo clare sint vetiti; quamvis
enim sacram Scripturam omnino cla-
ram esse jactitarent, fateri tamen co-
gebantur, nondum esse decisum, a
quosnam casus sacræ Paginæ prohibi-
tionem matrimoniorum extendat, a
utrum ad solas duntaxat Personas in-
lis expressas lex prohibens restringat,
vel an etiam Divina lex *personas ibi non
enumeratas propter rationis identitatem*
complectatur. Hanc difficultatem ge-
geri putabant ex eo, quod Levit. XVIII.
v. 6. matrimonia inter proximos con-
sanguineos generaliter prohibeantur,
nec definitum legatur, an hac lege et-
tiam comprehendantur personæ non
ibi expressæ, quæ tamen ob rationis
identitatem comprehensæ videntur.
Id ergo decidi, ac præcipue generalem
regulam statui petebant, *an matrimonia
in consanguinitate duntaxat usque ad gra-
dum secundum lineæ collateralis æquali-
& in affinitate ad secundum genus, et
omnibus quoque ceteris casibus, ubi reli-
ctus adest parentelæ (quæ tamen sese usque
Fratrum & Sororum liberos consangui-
nitate, & in affinitate ultra primum gra-
dum non extendit) sint prohibita?* Igitur
hanc

hanc quæstionem a suo Principe (utpote cui jus Pontificium in sacra, soli juxta ipsos competit) decidi petierunt, eo-quod, addebant ipsi, inconvenientissimum foret, si *cuivis matrimonii prohibitionem ex S. literis declarandi facultas concederetur* (forte in quibusdam vel otiosus vel stupidus est spiritus privatus) Hoc ergo dubium dissolvere, ac certum principium, juxta quod occurrentes casus deciderentur, statuere, Berolinensi Consistorio, cui utique præ Mindensi, infallibilitatis donum competiisse necesse est, die duodecima Julii demandatum est, cujus etiam decisio Regis jussu ab omnibus Prædicantibus promulgata, atque executioni data fuit, & Georgius Henricus Styrer Juris Professor Borussicum hoc edictum edita *commentatione academica de jure dispensandi circa connubia jure Divino diserte prohibita* illustravit.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

§. XXXV.

Scriptorum Religione Catholicorum opera & obitus.

Hoc item anno plures eruditione clarissimi Viri Orbi literario per commune mortalium fatum erepti fuere. Hos inter primum sibi locum vendicat Cacciaturo de Arachiele natione Armenus, Theologiæ Doctor ac Missionarius, qui Arzerone in Armenia minore natus

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

tus, decimo quinto ætatis anno Roman pervenit, ibidemque in Collegio Cong de propaganda fide confecto laudabilissi me studiorum cursu tam Venetiis, quam Constantinopoli suis Concionibus non minus facundis quam fervidis, vastaque sua eruditione magnum sibi nomen comparaverat. Obiit Venetiis die se cunda Maii: Posteris reliquerat sum mam universæ Theologiæ, necnon uni versalis Theologiæ speculativæ, dogma ticæ, positivæ & moralis opus, præm introductionem ad Christianæ vitæ mo res armenice scriptam, cujus tamen e ditio nondum erat absoluta, cum Au thor vivis eriperetur: quocirca Abbas Micatarus eidem ultimam manum ad movit. II. Petrus Julianus Rouille Je suita, qui sermonem de utilitate Mathe seos edidit, & Romanorum Historum a P. Catrou editam notis & dissertatio nibus illustravit, utilemque operam ad edendas Patris Orleans revolutiones Hispanas & ad Trivoltienses ephemeri des junxit. Decessit die septima præsen Mensis. III. Nicolaus Commenus Pa padopoli in Universitate Patavina Pro fessor juris Pontificii, & ad S. Zeno bium Abbas, qui Cretæ natus duode cimo ætatis anno Romam deductus, in Collegiis S. Athanasii sacratioribus lite ris operam dedit, ac tandem Patavii anno ætatis octogesimo quinto die vigesima pri

narii deceſſit. Scripſit Hiſtoriam Gymnaſii Patavini, Prænotiones myſtagogicas ex jure Canonico, teſtimonium Græciæ ſapientis, tractatus de probationibus, de præſumptionibus, de hæreticis, de poteſtate uſurarum, de differentia græcorum & latinorum Epiſcoporum, epiſtolam contra Jobum Hokſton hæreticum, & tractatum ad titulum de teſtibus. Nondum edita aſſervantur I. ejus inſtituta Græcolatina, II. Opus annorum de Eccleſiæ Græcæ Sanctis, & III. carmina. IV. Innocentius Pokorski Ord. Eremit. S. Pauli, qui Varſoviæ publici juris fecit vitas SS. Patrum Paulinorum ex S. ejusdem Ordinis annalibus excerptas V. Paulus Antonius Monelia Carmelita, qui Italice reddidit celebratiſſimum opus ſub titulo: *Entretiens ſur l'eloquence de la chaire & du Bureau:* ipſus vero elucubravit ſacras reflexiones in geſta magis heroica S. Thereſiæ, myſticam enumerationem obſequiorum erga eandem, vitam S. Joannis a Cruce, ſynopſin miraculorum S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis &c.

§. XXXVI.

Scriptores Acatholici hoc anno mortui, eorumque Lucubrationes.

Occurrunt inſuper ex Acatholicis nonnulli, qui relictis ingenii ſui monumentis hoc anno deceſſere: ex his primus eſt celeberrimus Georgius Melchior

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Ludolf Judicii Cameralis Assessor, juris que Doctor, qui prelo subjecit suum sche diasma de comitiorum statu, necnon tra ctatum de introductione Juris primogenitorum & de jure fæminarum illustrium præter alia quam plurima, potissimum circa statum Cameralis Judicii & comitiorum. II. Erhard Rausch, qui posteris reliquit disputationes de eo, quod humanum habetur in rebus Philosophicis pro tractandis, de Reipublicæ Romanæ mo de populi Romani Quæstoribus & ædiriis, de Christo hærede scripto, de ipsa naturæ immutabili, de titulo Imperatoris, de Bibliothecis Romanorum, de & præstantia actorum Pacis Westphalicæ, commentarium in illud Pauli Colo II. 18. & in hymnum Angelicum Lu II. 14. præter alia non pauca. III. Fri ricus Opfergeld Lutheranus, qui publi juris fecit Dissertationem Ethicam, fide lem Onesimum, præcipua S. Scriptura & Ecclesiæ fata &c. IV. Joannes Lo man, qui edidit disputationes de lingua hebraicæ facilitate, de certaminibus ruditorum, de cognitione certa & probabili, de præcipuo præcepto ad Jo XIII. 34. de adminiculis moralibus conversione Paganorum, de vera & ex cta comparatione rationis & fidei, & lia quædam. V. Joannes Georgius Abicht, qui scripsit selecta rabbinica Philologica, methodum linguæ sa

ctæ, artem distincte legendi & interpretandi scripturam V. T. Accentum Hebræorum explicatum unacum vindiciis contra Franckium, theses de quibusdam naturalis Theologiæ capitibus, annotationes ad vaticinia Habekuki, disputationes de Jona fugiente, de damno Atheismi in republica, de oraculo Isaiæ c. IX. & alia quam plurima prorsus singularia, quæ in Jöcheri Lexico recensentur. VI. Joannes Philippus Baratier, qui sexto ætatis anno jamjam Gallicum, latinum, Germanicum, Græcum & hebraicum idioma sibi familiare fecit, dein octo annos natus, textum originalem S. Scripturæ perfecte intellexerat, ac postea Rabbinicæ, Chaldaicæ, Syriacæ & Arabicæ linguis, necnon Ecclesiasticæ Historiæ antiquitatibus, & chronologicis ac Mathematicis disciplinis operam dabat, sed nondum expleto vigesimo ætatis anno decessit. Edidit epistolam in novam editionem Bibliorum hebraico-Chaldaico-Rabbinorum, aliam, qua scriptum quoddam falso Athanasio adscriptum Hegesippo adjudicat, dissertationes de ordine Romanorum in constituendis Pro-Consulibus, & de Theodoreto: itinerarium Rabbi Beniamini unacum dissertationibus Historico-Criticis: Conspectum Canonis Ecclesiastici Scripturæ S. Antiartemonium seu initium

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740.

S. Evangelii Joannis, varias thes inaugurales; Vindicias Monarch Siculæ & Historiam succinctam controversia inter Clementem XI. Pa pam & Siciliæ Regem, de raro num Caligulæ, disquisitionem Chronologic de successione Episcoporum Roma rum usque ad Victorem Papam, pre alia nondum satis elaborata. VII. Go frid Bœttner, qui elucubravit diss viventium obligatione erga mortuos de eruditis sibi mortem accelerantib de malis eruditorum uxoribus, de Sab tho lege naturæ præcepto, de potes Dei, de emendatione mentis hum &c. VIII. Joannes Noltem, e cujus lamo profluxere dissertationes de m culis, de judicio Sanctorum in mun & Angelos, quæstio, an Anglicana clesia proximius accedat ad Calvin nam vel Lutheranam, theses de m ne Protestantium, de chymicis m culis &c.

Hist

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

LIBER CCXXXIV.

BENEDICTUS XIV. PONT. MAX. VICARIAT. IMP. ET CAROLUS VII. IMP. ROM.

§. I.

Religionis Catholicæ ſtatus in Sileſia.

Anno, qui conſecutus eſt, ſupra quadrageſimum primo bellum exarſit Auſtriacis funeſtum, & prope omnibus Europæ Principibus commune; poſtquam enim Carolus VI. Imperator absque maſcula prole deceſſerat, in hæreditarias ejusdem Provincias ſuccedendi jus in controverſiam trahebatur. Earum poſſeſſionem vi Sanctionis Pragmaticæ die ſexta Decembris anno hujus ſæculi vigeſimo quarto conditæ, & omnium pene Principum ſponſione ac conſenſu munitæ die decima Octobris anno priori adiit Maria Thereſia Archiduciſſa, Hungariæ ac Bohemiæ Regi-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

na, defuncti Imperatoris Filia natu major. Aſt huic conventioni ſemper refragabatur Carolus Albertus tum Bavariæ Elector, qui Viennæ per Comitem de Peruſa Legatum ſuum hanc poſſeſſionem ceu irritam Bavarisque juribus adverſam declarabat. Oppoſitionis momentum erat Ferdinandi I. Cæſaris teſtamentum, & ut vocant, Codicillus, in quo hæc verba diſtincte expreſſa contineri dicebatur: *Deficiente MASCULO HÆREDE Bavariæ Elector in Auſtriaca hæreditate ſuccedat.* Inſpicitur Viennæ autographum, & deprehenditur, ſcriptum fuiſſe: *Deficiente LEGITIMI TORI hærede.* Refragabatur tamen Bavaro jus ante magnum Interregnum ab Imperatoribus confirmatum, vi cujus Wittelſpachenſis ſtemma Habſpurgico præponendum eſſet, aliunde vero ſuccedendi jus probarent nuptialia pacta inter Albertum I. ejusque Conjugem Auſtriæ Archiducem ſam olim inita. Hac ſuper controverſia aliquamdiu calamis certatum eſt, jus autem ſuum gladio proſequendum cenſuit Fridericus II. Boruſſiæ Rex, qui Ducatum Carnovienſem, Lignicium, Brigam, Voluviam aliasque Sileſiæ annexas terras ſibi competere obtendebat. Igitur anno priori ad finem vergente cum numeroſo exercitu inopina irruptione

Männlichen Leibeserben.

Ehelichen Leibeserben.

Glo-

Glogaviam & Saganum finitimos inferioris Silesiæ Principatus, in quos tamen nullam prætensionem unquam formaverat, sine prævia belli denuntiatione inundavit, die prima Decembris sparso per urbes & pagos ad Provinciales status proclammate, quo fides facta, hanc invasionem non hostili consilio, sed unice Silesiæ & Brandeburgici Ducatus securitati prospiciendi animo factam fuisse, de cetero autem hac super re cum Augustissima Hungariæ Regina conventionem agitari, ac sinceram cum ea amicitiam foveri. Hæc jam gesta fuere, priusquam Gotterus Comes amicæ compositionis spe Reginam frustraturus Viennam adventasset. Ferunt quoque Marchioni de Botta Cæsareo in Aula Brandeburgica Legato disertis verbis fuisse declaratum, Regem fore Austriacæ Domus perpetuum Amicum, ac Reginæ præter vigesies centies mille florenos offerre quadraginta armatorum millia ad repellendos hostium suorum insultus parata, suumque suffragium pro Regis Romanorum electione Francisco I. Magno Etruriæ Duci polliceri: Nihilominus bellum in animo, & hostis in Silesia jamjam erat, dum Regiæ pollicitationis ac concordiæ fiducia Reginam a validiore belli apparatu averterat; quippe Rex die decima octava De-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

cembris insperato copias ad Uratisla-
viam, hujus Principatus metropolin ad-
movit. Fruebatur equidem hæc urbs
veteri privilegio, vi cujus præsi-
cives nullum alium præsidiarium mi-
litem recipere teneretur; cum autem
tam valido hosti longius resistere
impar esset, Regina percepta hostis in-
ruptione Senatui, qui potissimam pa-
tem ex Lutheranis constabat, quinq-
armatorum millia sub Gubernatore Ba-
rone de Roth itidem Lutherano obtu-
sponsione facta, nihil inde præsidii pr-
vilegio derogatum iri. Placuit hoc co-
silium senioribus, juniores tamen nu-
mero sexcenti magno furoris impe-
Maximilianum de Rampusch & Jo-
nem de Wutgenau nominari petiere-
ut ipsimet sub horum imperio exc-
Austriaco milite urbem defendere-
Attamen hoc diffidio Rex, qui jam-
octo Borussorum millia suburbiis, p-
gisque vicinis imposuerat, cæsis
duodecima Aprilis ad Molvitzium a-
striacis, & devastata Henrichsavia-
Abbatia in rem suam usus, Urbi neu-
litatem obtulit, sub conditione pl-
immunitatis ab omni onere & præs-
militari, adeo, ut polliceretur, nec A-
striacum nec Borussicum præsidium e-
imponendum, unam duntaxat u-
portam Regi nonnisi triginta Equit-
tra-

transeunti fore apertam, ejusque copiis tranſitum ſed duntaxat per centurias eſſe indulgendum &c. Neglecta hac pollicitatione Rex cum numeroſo milite Urbem occupat, ac demum die undecima Auguſti cives ad præſtandum fidelitatis juramentum adigit, in ædes Eccleſiaſticas tria Boruſſorum millia immittit, & die prima Septembris omnes Eccleſiæ Cathedralis ad S. Joannem & Collegiatæ ad S. Crucem proventus in ſequeſtrem accipit, ac demum die decima tertia Aprilis anni ſequentis Philippum Ludovicum Cardinalem de Sinzendorff Vratislavienſem Epiſcopum ob denegatam contributionem captum Ottmachovio Vratislaviam ſub militum præſidio abduci jubet, & Canonicos (*) utriusque Eccleſiæ die decima octava Auguſti, ademptis bonis, expellit. Poſtea in Superiorem Sileſiam tredecim, Rauswizium decem, Glogaviam novem Præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

(*) Enimvero Proteſtantes juratam fidem Auſtriacæ Domui datam ſine ſcrupulo ejurarunt, hi tamen Canonici id totum recuſarunt, eoquod eorum fundatio non a Sileſiis, ſed a Polonis facta, ſoli Bohemiæ Regi fides data, ſolique Epiſcopo ſuo ac Pontifici ſubjecti eſſent, & ſi ſe homagio præſtito Regi Boruſſo ſubjicerent, bona ſua in ſuperiori Sileſia & Moravia eſſent amiſſuri.

Sæc. XVIII. A. C. 1741

Prædicantes invehit, & in qualibet urbe in Senatum duos Lutheranos admiti præcipit, quinimo Lignitii & Juvavii ejectis Catholicis nonnisi Protestantes ad Senatores nominat &c.

§. II.

Summi Pontificis sollicitudo pro conservanda fide Catholica in Silesiæ Ducatu.

Postquam non modo hujus Cardinalis captivitas, sed ipsæ etiam plurimorum Catholicorum lacrimæ ad ipsum Pontificis solium penetraverant, hic acerbi vulneris sensum proximius ad se pertinere ratus, Catholicæ Religionis decremento indeque abs dubio orituris malis præsentiora remedia opponere statuit; præprimis ergo ad omnes Orthodoxos Principes Apostolicum Breve transmittit, quo declarabat, se non sine maximo animi sui mœrore percepisse, quod Brandeburgicus Marchio calamitosam Austriacæ Domus conditionem in rem suam verterit, & immenso valido agmine Silesiæ Ducatum occupare molitus sit. Omnes ergo Principes, quibus Religionis Catholicæ conservatio cordi esset, obstrictos fore monebat, ut junctis viribus latius grassanti malo obicem ponerent; non, enim aperte

bat, agi duntaxat de Auſtriacæ Domus & Hungariæ Reginæ emolumento, ſed præcipue totius Eccleſiæ ſalutem ac bonum periclitari; niſi enim victricibus Boruſſorum armis & conſiliis tota virium contentione potenter reſiſteretur, timendum fore, ne hæreſis contagione, quæ jamjam nimis ampla ſumpſiſſet incrementa, etiam illa regna, in quibus etiam illa regna, in quibus Catholica fides adhuc illibata floret, inficerentur. Has tam validas eſſe rationes autumabat, ut omnes Catholici Principes ſuum erga veram Religionem Zelum haud luculentiori ſpecimine teſtatum reddere queant, niſi Auſtriacæ Domus incolumitatem extremis viribus defendendo &c. Præterea Pontificis curam augebat Pater Luganus, qui nomine Reginæ Hungariæ nuntiare juſſus erat, quod validis undique hoſtibus cincta unicam potentis auxilii ſpem in comprobata Hungarorum fidelitate ac virtute repoſitam haberet, ex his vero potiſſimi eſſent Proteſtantes, quos ſibi auxiliaturos haud ſperare poſſet, niſi eis liberius ſectæ ſuæ exercitium in Hungaria polliceretur: ſe ad id prorſus invitam nonniſi extrema neceſſitate adigi. His perceptis Pontifex reſpondit, notam ſibi eſſe religioſiſſimæ Reginæ pietatem, ardensque Religionis ſtudium, ac ſibi inde

Sæc.XVIII. A.C.1741.

per-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

persuasum esse, nil acerbius eidem accidere potuisse, quam quod ad fatalem redigeretur necessitatem, ut sectas in suo regno impune tolerare, atque a Sectariis opem implorare cogeretur: in hisce extremis, ubi nonnisi lacrimis & gemitibus vacare licet, se tamen sperare, Reginæ sollicitudinem eo fore intentam, ut Protestantium importunitati ita cedatur, quin tamen propterea fides orthodoxa damnum patiatur. Hæc dum Romæ agerentur, Borussus violata Schnöllendorffensi transactione, Neosam cepit, ac sese in superiorem Silesiam, comitatum Glazensem, imo & in Moraviam effudit ipsamque Metropolin intercepit.

§. III.

Borussiæ Regis declaratio circa usum Religionis Catholicæ.

Haud incognitum erat Friderico Regi, quod ea, quæ hucusque in Protestantium favorem a prima sua in Silesiam irruptione egisset, non modo summum Pontificem, sed & potentissimos Principes Catholicos ad justam indignationem provocarent: ne ergo pacem Westphalicam hac in re violasse arguereretur, aut novos hostes in se concitaret, Regium diploma in omnibus Silesiæ urbibus

bibus promulgari jussit, vi cujus declarabat, nolle se cuipiam ob Religionem Catholicam inferre molestiam, sed cuivis liberum fore sacrorum usum. Cum vero nihilominus apud ipsa S. R. Imperii comitia Ratisbonæ de extirpandæ religionis Catholicæ periculo graves querelæ ac curæ exponerentur, Rex de his certior factus, ad Baronem de Pollman suum ibi Legatum has perscripsit literas: „Ex publico diplomate, quod a primo „exercitus mei in Silesiam ingressu pro„mulgari jusseram, sat luculenter pa„tet, quantum a me absit, ut quem„piam cujuscunque demum conditionis „sit, in libero Religionis, quam huc„usque professus est, exercitio turba„rem, sed potius e contrario omnes in „pleno usu suorum privilegiorum, ju„rium ac prærogativarum tam in Eccle„siasticis, quam in politicis, quibus huc„usque potiti sunt, cujuscunque sint „religionis, conservare intenderim. Me „minus recte noscit, qui mihi persecu„tionis spiritum imputat: vix enim ul„lus reperitur, qui ad tolerantiam ma„gis me ipso propensus est, & Catholici „de me minus quam de quovis alio „Protestantico Principe, quod timeant, „habebunt: eapropter Tu sine hæsi„tatione omnium Catholicorum Princi„pum Legatis, qui Ratisbonæ degunt, hanc

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„hanc meam mentem declarare, eo-
„que certos reddere poteris, quod ne-
„in propriis meis ditionibus, nec in ce-
„teris Imperii Provinciis in præjudi-
„cium eorum, quæ per pacem We-
„phalicam in favorem trium Religi-
„num in Imperio toleratarum ac recep-
„tarum ſtatuta fuere, vel minimum qu-
„attentaturus ſim: quinimo ægerrime
„ferrem, ſi quispiam ex Principibus Ca-
„tholicis jure conqueri poſſet, ſibi in
„meo regimine aut in ulla ex meis di-
„gionibus vel minimam injuſtitiam a-
„violentiam fuiſſe irrogatam &c.“ Ut
vero huic declarationi robur accederet
cujusdam Anonymi ſcriptum variis in
locis præcipue autem Ratisbonæ divu-
gabatur ſub titulo: *Catholica Religio
tuto in vicinis Regni Poloniæ vindicatis
leſiæ Ducatibus adverſus Auſtriacam* etc.
ubi in §. II. & ſeqq. hanc in rem in
præſidenti calamo ſcripta legunt:
*Tragica Hiſtoria eſt deſtitui jure ſuo,
mo integris ducatibus, ob fidei chriſti
formulas ritusque alienos. Damnetur
ganismus: ſed Deo & Chriſto fidi
cives, quis non toleret in republica
ſtiana? Sint illi in ſymbolis ac form
ſuis invicem diverſi. Docere jubet Se
tor errantes; non tollere e medio,
juribus privare rerumque dominiis.*

ti ac duci vult intellectus eloquiis divinis, non ferro aut armis cogi.

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

His symbolis & nunc & olim usi sunt Borussiæ Reges & Principes Electores Brandenburgici in regno ac principatibus suis, quaqua versus distractis, per Germaniam universam. Neque mens illis alia etiam in bellorum sacrorum gravissimis incendiis patriæ nostræ. Testis integerrima hic erit ejus ævi historia. Notat hæc aliorum Germaniæ Principum exempla passim, qui armis maluerint limites suæ religionis proferre, eradicare, quam tolerare, in fidei christianæ formula dissentientes. Verum hac labe Brandenburgica & Porussica arma contaminata tum legeris nunquam.

Religioni sibi duxerunt nullo non tempore Brandenburgici, catholico Imperatori minus obsequi; coire adversus principes catholicos in fœdus, privare suis juribus ac privilegiis, vel quod passim factum alibi, eosdem agere religionis caussa in exilium. Parum tunc erat nostris, incurrere ideo apud suos in otia, iras, mala verba; quasi justo remissiores essent nostrates in religionis zelo. Ejus rei invidiæque specimina requiris? Fœderis bellique Schmalcaldici te docere poterit historia, offensa nostrorum tum gravis apud ipsos evange-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

licos; quod recusaverit Princeps Elector Brandenburgicus ejusdem fieri sodalis.

Et vero Germaniæ universæ sor princeps fuerit nullus; qui in Provinc suis numeravit tot vel cives catholicos collegia, & sacros collegas catholic quam Porussiæ Rex & Princeps Elect Brandenburgicus. Tantum vero abe his subditis catholicis vel minus favo ille, quam evangelicis; vel foveat ultim magis, quam primos; ut potius irrato quandoque oculo intuerentur ultimi, in Brandenburgicis territoriis non tole tur tantum catholica passim sacra ob gem, sed etiam ex indulgentia singu catholicis nova erigantur templa, sta turque aræ & foci. Ne quid inte queat eorundem: vivere sub catholica evangelicæ religionis principe. Exa requiris? Ire liceat per omnium Pon carum provinciarum, in Germania ob metropoles & urbes. In quibus cath corum sacrorum cœtus nunc cogi & c brari videas in templis; ubi per Ger nici imperii leges & pacis tabulas, quidem catholicis relictus quondam fu incolatus.

Inter tot religionis gravamina, in diernis imperii comitiis agitata; non men argumentum occurret; quod tan provincias Brandenburgicas. Unde fi

est ad intelligendum; quod principes nostros a religionis odio ac persecutione non tam leges retraxerint, quam animi ad tolerandum proni omnium generum homines Christianos. Dummodo illorum fidei formulæ tales sint: ne officia lædant, quæ homo homini, civis civi ac principi debet in republica. Vera scribo; vix in christiano orbe universo, vel regnum inveniri, vel rempublicam vel principatum ullum, qui æquior indulgentiorque sit fueritque olim in tolerandis sacris catholicis aliisque, quam Brandenburgica late patentia territoria.

Novissimi Regis Borussiæ ea virtus & sapientia est, cognita Europæ universæ: ut rectæ rationi studeat habeatque, in regimine suo, naturæ & gentium jura præcipuo loco. Atqui abhorrent illa omnino tum ab odio adseclarum religionis diversæ; tum a tyranide, ultimis metuenda. Etiam hic: suum cuique. In civili societate eadem omnibus multiplicium religionum jura sunt: parta tueri. Id est eorundem. Idque sive lege, sive pacto sive moribus, consuetudine corroboratis. Hæc regnandi norma & rerum administris & subditis Porussiæ Regis esse debet commendatissima. Violatores omnino sacrilegii sunt rei, si ullus, vel in civili caussa, fuerit in judice religionis favor, quem damnavit dirisque Rex devovit, utrique religioni æquissimus.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Præterea Olomutii inter deditionis pacta die 27. Decembr. inita Swerinus Comes nomine Regis pollicebatur, Catholicam Religionem in omnibus suis hucusque usitatis functionibus, exercitiis & publicis ritibus nec turbatum nec præpeditum iri, nec alium, quam Catholicum vel civitatis jure donandum, vel in Senatum esse adlegendum ac in universitate & urbe præter Catholicam nullam scholam vel Ecclesiam eo admiscendam, cunctaque privilegia Episcopo, Capitulo, Monasterils &c. aliisque piis caussis & fundationibus sancta servanda. Imo Friderici II. tolerantia eo usque processerat, ut sub ejus auspiciis non modo Schwenkfeldiana secta, sed etiam illa societas, quæ *liberos Murarios* appellat, tutum in ejus ditionibus asylum haberet, unde eorum numerus plurimum augebatur, atque inter socios tam jucundæ audiebantur gratulantium acclamationes, ut etiam in Comekensi horto festivam, publicamque solemnitatem ipsa die sancto Joanni Baptistæ sacra ingenti prorsus pompa celebrarent.

§. IV.

Summi Pontificis querelæ propter Cardinalis Sinzendorffii captivitatem.

Non minus acerbo dolore paternum Be-

Benedicti XIV. Papæ pectus lancinabat violenta Sinzendorffii captivitas: quapropter animi ſui amaritudinem in ſinum Venerabilium Fratrum ſuorum effuſurus, habito, ut vocant, *Conſiſtorio* eos his verbis allocutus eſt: Sæc. XVIII. A. C. 1741.

VENERABILES FRATRES!

„Percepimus, inclyti veſtri Ordinis „membrum, dilectiſſimum Filium no„ſtrum Philippum Ludovicum tit. S. „Mariæ ſupra Minervam Presbyterum „S. R. E. Cardinalem Sinzendorffium, „noſtra gratia & conſenſu Vratislavien„ſis Cathedralis Epiſcopum, eo ipſo „tempore, quo debita vigilantia paſto„ralis ſui officii partes erga commiſſas „ſibi oves expleverat, a Friderico Mar„chione Brandeburgico hoſtilibus armis „Sileſiam invadente, Ottmachovio ca„ptum fuiſſe abductum. Hoc factum „Vobis, Venerabiles Fratres, hoc in „loco manifeſtare voluimus. Ipſimet „facile perſpicietis, quam gravi dolore, „moleſtia, & incredibili afflictione cor „noſtrum excruciarit hæc violentia E„piſcopali dignitati tantopere adverſa, „ſacro Collegio noxia, & Apoſtolicæ „Sedi, Nobisque injurioſa, ac denique „hucusque nunquam audita. Notum „enim vobis eſt, quanto in honore ac „veneratione Vos habeamus, quantave

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„animi propensione vestram dignitatem
„supremis honoribus æqualem semper
„protegere atque augere intenti sumus.
„Eapropter accepto fatali hoc nuntio
„quantocyus in forma Brevis epistolam
„ad nostrum in Christo dilectum Filium
„Ludovicum Christianissimum Francie
„Regem dedimus, eumque pro sua in
„nata pietate ac Religione eximia sum
„mis precibus exoravimus, ut juxta
„lialem suum erga Nos affectum, & pe
„petuam sacræ Sedis protectionem e
„empla suorum Majorum de Eccles
„optime meritorum æmulari, ac pr
„Nobis in hac caussa Regiam suam au
„ctoritatem, potestatemque impendere
„velit. Eadem occasione pariter de
„ctum nostrum Filium Andream Hero
„lem S. R. Ecclesiæ Cardinalem Fle
„ryum impense sollicitavimus, atq
„hortati sumus, ut eundem Regem, a
„pud quem plurimum gratia valet, e
„inducere conetur, quatenus capu
„Collega libertati restitueretur, ipse
„que sui Zelo specimen ederet. Pe
„suasi insuper sitis, nos nulli insuper
„bori parcituros, ut etiam Catholi
„Principes nostris hortationibus ad i
„efficiendum excitentur, horumque
„tam præclarus Antistes ac Cardinal
„honore suæ dignitati debito rursus a
„suam Ecclesiam reducatur. Interim

„vobiscum, Venerabiles Fratres Prin- „cipem Paſtorem animarum, Jeſum „Chriſtum humillime deprecemur, ut „Apoſtolicum caput omnesque Eccleſiæ „Ordines in ſancta fide clementiſſime „tueatur ac conſervet &c.“ Quem porro exitum hæc cauſſa habuerit, poſtmodum referemus.

Sæc.XVIII. A. C. 1741.

§. V.

Matrimonia diſſolvendi libertas a Papa Polonis reſtricta.

Cum in quibusdam Polonici Regni Diæceſibus tanta corruptela invaleſcere videretur, ut quorumdam Epiſcoporum Vicarii generales ob leviores etiam cauſſas connubia quoad thorum, imo & quoad vinculum diſſolverent, hinc Benedictus XIV. paſtoralem ſuam ſollicitudinem ad remotas hasce terras extendit, ac de hac facilitate minime toleranda certo edoctus, die undecima Menſis Aprilis cunctos hujus Regni Epiſcopos hortabatur, ut deinceps cautius in concedendo conjugiorum divortio procederent: Hanc in rem ad eos ſequentem transmiſit epiſtolam encyclicam:

„Perpetuum indiſſolibilemque ne- „xum, cujus firmitatem ab Adamo

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„tanto ante pronunciatam Christus Do-
„minus, & his verbis, *quod Deus conjunxit, homo non separet*, confirmare & evange-
„ca gratia, unde magnum in Ecclesia Sa-
„cramentum est, augere dignatus fuit,
„tanta facilitate, perinde acsi neque le-
„ge naturæ, neque Divino jure, neque
„Evangelicis præceptis & Canonum
„sanctionibus initum esset connubium,
„in aliquot Catholici Orbis partibus, ut
„que in isto præsertim florentissimo Ho-
„loniæ Regno indies dissolvi audiemus,
„neque lacrimis, neque verbis expli-
„re possumus allatam inde Nobis incu-
„dibilem sollicitudinem, conceptam que
„in Pontificio animo Nostro ingentem
„molestiam. Etsi autem plurimum re-
„lentes, facile adducimur, ut credi-
„mus hujusmodi dissolvendorum con-
„jugiorum licentiam, propter quam
„non sine gravi bonorum offensione, sive
„vir unus, sive mulier una pluribus re-
„cissim adhuc viventibus sibi antea con-
„pulatis Conjugibus, tertium aut quar-
„tum matrimonium contrahere certa-
„tur, a nimia curiarum vestrarum liber-
„tate, quemadmodum alibi evenire ac-
„cepimus, ortum ducere; tamen facere
„non possumus, quin justissimas ad vos,
„Venerabiles Fratres, querelas nostras
„deferamus; atque in simul tantæ li-
„centiæ refrænandæ, & intra præscri-
„pta

„ptos a Catholica Ecclesia fines coer- Sæc. XVIII.
„cendæ, salutares leges modumque me- A. C. 1741.
„ditemur.

„Ad sacerdotalem igitur virtutem „vestram, vestrumque pro Ecclesiastica „disciplina zelum, magna cum Ponti- „ficii animi fiducia, pastorales curas „conferimus, ut inde opportunum huic „malo ab inclyta Polona Natione aver- „tendo propulsandoque, & abstergen- „dæ nomini vestro inustæ notæ, subsi- „dium interea repetamus. Eapropter „Fraternitates Vestras in Domino roga- „mus, & hortamur, ut memores ratio- „num Cælesti Catholicæ Ecclesiæ Spon- „so Jesu Christo Judici reddendarum, „Apostolicis vocibus Nostris obtempe- „rantes, ministerium vestrum ea, qua „decet, vigilantia adimplere satagatis. „Ac, dum pares muneri, pietati, & re- „ligioni vestræ de hisce rebus successus „præstolamur, Fraternitatibus Vestris „Apostolicam benedictionem peraman- „ter impertimur.

§. VI.

Jejunii quadragesimalis observantia a Benedicto XIV. Episcopis commendata.

Nullam omnino restaurandæ veteris Ecclesiasticæ disciplinæ occasio-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

nem prætermittendam censuit idem la-
dabilissimus Pontifex Benedictus XIV.
quoniam vero crebræ ad eum delatæ
fuissent querelæ eorum, qui ex justa
Zelo relaxatam, imo & ferme abolitam
jejunii quadragesimalis observantiam
deplorabant, hinc ea de caussa Pon-
fex hoc item anno die trigesima Maji ad
tollendos, qui irrepserant, hujus re
abusus, Constitutionem Apostolico lau
Zelo dignam edidit, hujus tenoris:

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepis-pis & Episcopis universis, gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

„Non ambigimus, Venerabiles Fra-
„tres, quin universis Catholicæ Reli-
„gionis cultoribus notum sit, a tota per
„Christianum Orbem Ecclesia inter pri-
„cipua orthodoxæ disciplinæ capita per-
„petuo adnumeratum retineri Quadra-
„gesimale jejunium; quod olim in lege
„& Prophetis primitus adumbratum,
„ipsius Domini Nostri Jesu Christi e-
„emplo veluti consecratum, ab Apo-
„lis traditum, a sacris Canonibus sa-
„que præscriptum, & ab universali Ec-
„clesia ab ipso sui primordio retentum
„& observatum est. Hoc nimirum, ut
„veteres tradidere Patres nobis quot-
„die peccantibus communis pæniten-

„constituto remedio, per consortium „Crucis Christi, nos etiam aliquid in „eo, quod ipse propter nos præstitit, a„gimus; simulque ad recolenda sacra„tiora Redemptionis nostræ mysteria, „quæ per Dominicæ Passionis, ac Re„surrectionis memoriam, Quadragesi„mali potissimum tempore solemnius ce„lebrantur, purificatis jejunio corpori„bus, & animis, dignius paramur, hoc, „veluti nostræ militiæ tessera, ab inimi„cis Crucis Christi secernimur, flagella „Divinæ ultionis avertimus, & cælesti „præsidio indies adversus principes te„nebrarum munimur. Hoc despectui „habito, non contemnendum divinæ „gloriæ detrimentum, non leve Catho„licæ Religionis dedecus, nec dubium „animabus Christi fidelium periculum „oboritur: nec aliunde populis calami„tates, rebusque publicis, & privatis „cladem exitiumque importatum esse „constat.

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

„Ab hac vero insita inhærentique „in omnium Catholicorum hominum „animis de sacratissima Quadragesima, „aliisque diebus jejunio consecratis per„suasione, & reverentia, quam aliena, „quam discors, quam absona sit hodier„na jejunantium consuetudo, quantum „ab ipsa jejuniorum institutione, & ser„vata

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„vata semper ubique, & ab omnibus
„disciplina quam longissime distet; Vos
„Venerabiles Fratres, qui populorum
„curæ vestræ commissorum mores,
„usus probe nostis, pro singulari sapie
„tia vestra præ cæteris clarius inte
„gitis. Nos sane, quibus in hac
„limi Apostolicæ procurationis spec
„constitutis undique gentium nuntii
„feruntur, lacrymis satis deplorare
„possumus augustissimam Quadrag
„malis jejunii observantiam ob nimia
„nullis legitimis urgentibus caussis
„que indiscriminatim dispensandi fa
„litatem plane sublatam esse; ita ut
„thodoxæ quidem Religionis cultor
„merito querantur; hæresum vero
„statores illudant, & exultent. Pe
„niciosæ huic corruptelæ plurimor
„insuper licentiam adjunctam esse g
„viter dolemus; quæ usque adeo in
„luit, ut nulla Apostolici Instituti,
„cratissimique præcepti habita ratio
„jejuniorum tempore, palam, &
„pune ab iisdem agitentur convivia,
„epulæ interdictæ promiscue inferan

„Eapropter, quemadmodum qui
„curis, sollicitudinibus & angoribus
„geamur, cum Fraternitatibus vestr
„communicamus; ita facere non pos
„mus, quin pro injuncto Nobis supre
„sacrosancti Apostolatus officio, & arde

„tissimum Fraternitatum vestrarum ze-
„lum ad opportunum hisce malis adhi-
„bendum remedium excitemus, & ad
„congruentes hujusmodi abusibus peni-
„tus extirpandis leges præscribendas,
„meditemur. Interea, Venerabiles Fra-
„tres, gaudium, & corona nostra, no-
„biscum considerantes, nihil Deo ac-
„ceptius, nihil Pastorali ministerio di-
„gnius, nihil gregibus curæ nostræ com-
„missis utilius, quam ut verbo, & ex-
„emplo præeuntes, Christi fideles ad
„tam salutarem christianæ pænitentiæ,
„& pietatis exercitationem alacrius su-
„scipiendam, constantissime retinendam,
„& ea, qua instituta fuit, disciplina per-
„agendam vehementius inflammemus;
„omni opera atque industria studeamus,
„ut fideles populi in conspectu Dei per
„austeriorem jejuniorum observantiam
„tales permaneant, quales in ipso Pa-
„schali festo dignum est inveniri.

„Debitum igitur paternæ uniuscu-
„jusque vestrum sedulitatis, & caritatis
„officium jure postulat, ut omnibus no-
„tum faciatis, & annuntietis nemini
„quidem sine legitima caussa, & de u-
„triusque Medici consilio, multitudini
„vero, veluti populo, aut civitati, aut
„genti indiscriminatim integræ, nonnisi
„gravissima & urgente necessitate, & in

„cali-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„casibus per sacra Canonum statuta pre-
„scriptis, cum debita Apostolicæ hujus
„sanctæ Sedis reverentia, a Quadrage-
„simali jejunio dispensationem toties
„quoties opus fuerit, concedendam, ne
„audacter, fidenterque usurpandam
„nec superbe, & arroganter ab Eccle-
„sia, sicut alicubi in more positum esse
„accepimus, esse postulandam.

„Gravissimam vero urgentemque ne-
„cessitatem etsi non est, cur vobis enu-
„cemus: Nolumus tamen vos ignorare
„cum hujusmodi necessitate & serva-
„dam esse potissimum unicam Comedi-
„nem, sicut alias hic Romæ, ac Nos
„ipsi hoc anno urgentibus caussis dis-
„spensantes expresse præscripsimus, e-
„licitas atque interdictas Epulas pro-
„scue minime apponendas esse.

„Porro quemadmodum de ejusmo-
„indulgentia tam caute impertienda,
„secus fieret, Nos persuasum habere
„districtum supremo Divino Judici re-
„ditum iri rationem, ita conscientiis
„uniuscujusque Vestrum onerandis
„esse ducimus. Insimul Fraternitati
„Vestras rogamus, & in Domino ad-
„hortantes obsecramus, ut populos, q-
„communem omnium Christi fideliu-
„pænitentiam, ac disciplinam serva-
„nequeant, commonere satagatis, ne

„per alia pietatis opera, ut ſua cuique „devotio ſuggerat, peccata ſua expiare, „& Deo ſatisfacere negligant; quinimo „ſanandis vulneribus, quibus humana „infirmitas ſauciatur, diligentem adhi„bere ſtudeant curationem, ut culpas „de mundano pulvere contractas, dum „caſta jejunia decoquere non poſſunt, „pia opera, orationum ſuffragia & elee„moſynæ munera redimant. Interim „ſolatium, & levamen non leve mœrori „noſtro a paſtorali vigilantia, & cari„tate veſtra præſtolantes, ac certo No„bis pollicentes; Apoſtolicam benedi„ctionem, cum uberi cæleſtium charis„matum copia conjunctam, in eosdem „populos veſtros redundaturam, Vobis, „Venerabiles Fratres, peramanter im„pertimur."

Sæc.XVIII. A.C. 1741.

§. VII.

Quæſtio circa jejunii legem ab eodem Pontifice deciſa.

Jam antea per plures annos, uti jam ſupra mentionem ingeſſimus, ingens inter Theologos fervebat controverſia, utrum illi, quibus juſtis de cauſſis uſus carnium permittitur, ab unicæ comeſtionis lege pariter diſpenſati cenſeantur? Affirmando reſpondebant laxiores Moraliſtæ; contrariam tenebant ſanioris

Vid. ſupra T. LXXVI. pag. 400.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

ris doctrinæ Magistri. Hanc ergo quæ-
stionem Pontifex ad pondus sanctuarii
trutinandam ratus, hoc quoque anno
die vigesima secunda Maji sequenti
pro more suo eruditam promulgavit
Constitutionem, quam rursus ad omnes
Hierarchici Ordines Superiores trans-
misit. En illius verba!

„In suprema Universalis Eccles-
„procuratione, meritis licet impari-
„per ineffabilem Divinæ bonitatis abu-
„dantiam, ut orthodoxæ Fidei affec-
„res, sic etiam Ecclesiasticæ disciplin-
„custodes, ac vindices constituti, Qu-
„dragesimale præsertim jejunium, q-
„inter præcipua orthodoxæ disciplin-
„capita semper & ubique ab ipso Eccl-
„siæ exordio numeratum esse nemo
„Catholicis inficiatur, ab hodierna
„junantium corruptela vindicare, &
„pristinam, quantum benedicente D-
„mino fieri posset, observantiam rev-
„care cupientes, per alias nostras in
„mili forma literas ad Fraternitates V-
„stras die XXX. proxime elapsi m-
„Maji currentis anni datas, eximiam
„Fraternitatum vestrarum zelum ex-
„tandum curavimus, ut adlaborare
„deretis, ne hac in parte, & optatam
„Apostolicæ nostræ solicitudinis ang-
„ribus levamen & salutare abolendæ
„cri-

„cratissimi jejunii corruptelæ remedium „deesset. Quoniam autem paternæ Pon„tificiæ caritatis, quæ novit imbecilli„tates infirmorum sustinere, atque e„tiam cum infirmantibus infirmari, „non immemores, quemadmodum a „jejunio aliquando, legitima caussa aut „gravissima urgentique necessitate exi„gente, dispensandum esse ex Aposto„lica benignitate censuimus, ita inter „cætera præscripsimus Unicam Come„stionem servandam, & licitas, atque „interdictas Epulas minime esse appo„nendas.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„Hinc factum esse accepimus, quod „non defuerint, qui per humanas, & „hominibus a Christiana pænitentia ab„horrentibus duntaxat dignas illatio„nes, sibi aliisque persuadeant, unicam „potissimum Comestionem servari, at„que Epulas licitas, & interdictas mi„nime apponi debere, cum multitudini „quidem indiscriminatim ob urgentem „gravissimamque necessitatem, non ve„ro singulis ob legitimam caussam, & „de utriusque Medici consilio dispen„satur.

„Quam sane persuasionem a senten„tia nostra alienam, ut ex omnium animis „penitus evellamus, Nos quibuscumque, „quacumque occasione, sive multitu-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„dini indiscriminatim ob urgentem gra-
„vissimamque necessitatem, sive singulas
„ob legitimam causam, & de utriusque
„Medici consilio, dummodo nulla certa
„& periculosa affectæ valetudinis ratio
„intercedat, & aliter fieri necessitas
„exigat, in Quadragesimæ aliisque ma-
„ni temporibus, & diebus, quibus ca-
„nium, ovorum, & lacticiniorum esu
„est prohibitus, dispensari contigerit,
„ab omnibus omnino, nemine excepto,
„unicam comestionem servandam, dic-
„citas, atque interdictas Epulas mis-
„me esse apponendas, tenore præsentium
„declaramus, & edicimus; quemad-
„modum per singulas nostras in parti-
„ma Brevis literas singulis utriusque
„sexus Christi fidelibus, ob corporis in-
„firmitates, quibus obnoxii reperiun-
„tur, in sacratissima Quadragesima, a-
„liisque jejunio consecratis diebus, ve-
„scendi prohibitis licentiam dantes, tam-
„cuique expresse præscribimus, atque
„præcipimus.

„Eapropter Fraternitates Vestras ro-
„gamus, atque in Domino obsecramus,
„ut populos vestræ curæ commissos, ut
„tum opportunum sanandis vulneribus
„quibus per humanam infirmitatem
„quisque fauciatur, sanctissimi jejunii
„remedium alacriter adhibendum cu-
„ra-

„hortantes, ſedulo, ac paterne monea- Sæc. XVIII.
„tis, rem agi non quidem exiguam, A. C. 1741.
„ſed longe graviſſimam, de obſervando,
„ſuſtinendoque jejunio purificandis ani-
„mis corporibusque ſalutari. In ſpem
„igitur illos erigite cæleſtium præmio-
„rum, quibus aſſequendis non ſunt con-
„dignæ paſſiones hujus temporis; imo
„leve, ac momentaneum non tribula-
„tionis, ſed modicæ abſtinentiæ noſtræ
„incommodum, magnum gloriæ pon-
„dus operatur in cælis. Ab omnibus
„ſe abſtinent, qui in agone contendunt,
„ut corruptibilem coronam accipiant;
„pudeat tam imbelles ac delicatos chri-
„ſtianæ militiæ milites, refugientes a
„conſortio Crucis Chriſti, qui coronam
„legitime certantibus propoſitam ſpera-
„re præcipit incorruptam; ad cujus au-
„ſpicium, & pignus, Fraternitatibus
„Veſtris Apoſtolicam Benedictionem,
„iisdem etiam populis veſtris Noſtro
„nomine impertiendam, peramanter
„elargimur."

§. VIII.

Ejusdem ſummi Pontificis declaratio circa vetitos cibos cum permiſſis non commiſcendos.

Divulgata per univerſum orbem utra-
que hac Conſtitutione, variæ mo-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

vebantur quæstiones, præcipue vero circa cibos carneos cum esurialibus non commiscendos. Hispani insuper ob Bullam, ut vocant, *Cruciatam*, se hac lege obstringi dubitabant. Id ubi Pontifex ab Episcopo Compostellano compererat, ad propositas ejusdem quæstiones alia epistola Pastorali respondendum censuit: unde tertio post anno die octava Jul. ad eum has transmisit literas:

„Si Fraternitas tua secum reputaret, „quot gravissimis & maximis curis pro„pemodum obruamur, quantumque „hoc præsertim difficillimo tempore „prorsus Nos teneat imposita tenuitas „nostræ sollicitudo omnium Ecclesia„rum, non sane mirabitur tam diu in„procrastinatum fuisse responsum ad tua „literas, quibus Apostolica auctoritas „dissolvendas rogasti obortas in Hispa„nia disputationes aliquas, e duabus „nostris Epistolis ad omnes Episcopos „superioris Anni MDCCXLI. XXI. „Maji, & XXII. Augusti, quibus intra „legitimos fines coercuimus invalescen„tem Ecclesiastici jejunii relaxationem. „Potius tibi in mentem veniet cogitare „de singulari nostro in religiosissimam „Hispanam Ecclesiam amore, unde Nos „immensa licet rerum mole fatigatos ad expediendum sibi in omni fa„

„Ne-

„perplexitate ſalutis iter opem noſtram „præſto habet.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„Quamquam igitur, dum prænuntia„tas Conſtitutiones edimus, non aliud „propoſitum Nobis fuerit, ac refrænare „paucorum nimis ingenio fidentium „Theologorum licentiam, qui opinio„num novitate gaudent; nec otium, „nec animus Nobis fuerit definire quid„quid ſubtili indagatione deduci poſſit „ex propoſita a Nobis jejunandi regula; „tamen eximia paterna caritate com„plectimur adeo obſervantiſſimos Ro„manæ Sedis Hiſpanos, tantique faci„mus obſervationes tuas, ut occurrere „anxietati veſtræ libenter adjecerimus „animum, & Nos ipſi quæſtiones abs te „propoſitas dirimendas conſtituerimus. „Sic autem ſe habent.

Utrum, quæ in antedictis noſtris literis in forma Brevis de unica comeſtione, & de epulis non permiſcendis, præſcribuntur, ſub gravi etiam præcepto prohibeantur.

„Reſpondemus: Concedentes facul„tatem veſcendi carnibus tempore veti„to ſub gravi, teneri easdem facultates, „non aliter dare, quam geminis hisce „adjectis conditionibus, videlicet uni„cæ in die comeſtionis, & non permi„ſcendarum epularum. Eos vero, qui

Sæc XVIII. A. C. 1741.

„hujusmodi facultatibus utuntur, sol-
„gravi ad binas ipsas conditiones in-
„plendas obligari.

II. *An ii, quibus concessum est uti carnibus, possint in vespertina refectiuncula ea quantitate carnis vesci, quæ jejunantibus permittitur?*

„Respondemus, non licere; sed o-
„pus habere eo cibo, eaque uti potius
„quibus utuntur homines jejunantes
„rectæ & meticulosæ conscientiæ."

III. *An qui jejunii tempore vesci carnibus permittuntur, & unica comestione uti debent, horam jejunantibus prescriptam servare opus habeant?*

„Edicimus, observandam iis esse.

IV. *Quænam sint epulæ licitæ, quæ vetantur cum interdictis conjungi?*

„Respondemus: Epulas licitas
„iis, quibus permissum est carnes
„medere, esse carnes ipsas. Epulas
„terdictas esse pisces, adeoque utra-
„que simul adhiberi non posse. Pis-
„bus tamen edendis non interdicun-
„ii, quibus datur tantum facultas
„hibendi ova, & lacticinia.

V. *An præceptum de utroque ovorum genere non miscendo dies quoque Dominicos Quadragesimales complectatur?*

„Affirmatur complecti.

VI. *Utrum hæc lex ad eos quoque pertineat, qui ex Bulla Cruciatæ edere possunt ova, & lacticinia?*

„Rescribimus: Nihil in prænuncia„tis Nostris Apostolicis literis statutum „esse, quod respiciat gratiosum Cru„ciatæ Diploma. Quare, qui eo gau„dent, illius tenorem stricte & conside„rate perpendant, ex ejusque senten„tia se gerant. Caveant autem, ne in„ani quapiam excusatione sese solutos „esse arbitrentur præscriptis ibi legibus.

VII. *Utrum memorata duo præcepta urgeant extra Quadragesimam?*

„Respondetur: urgere extra Qua„dragesimam utrumque præceptum; „illud scilicet unicæ comestionis, cum „reliquis legibus in secundo, & tertio „ad hæc postulata responso expressis; „& alterum non permiscendi epulas li„citas cum interdictis, ut in quarto po„stulato definitum est.

„Habes, Venerabilis Frater, peni„tus explicatum quidquid apud vos ex „nostris sæpius nuncupatis Apostolicis „literis dubitationem attulisse scribis. „Qua quidem in re laudavimus consi„lium tum interrogandæ supremæ Ro„manæ Sedis, ut libero, & non vacil„lanti gressu ad oves sana doctrina im„buendas incedere Pastores queant, in

Sæc. XVIII. A. C. 1741

„istoque tuo suscepto consilio agnos-
„mus Hispanam religionem nihil sibi re-
„tum nisi e Divi Petri Cathedra accep-
„tum reputantem; qua splendidissima
„gloria tantum nomen, & incorrupta
„Fidei fructum Hispania sibi peperit.

„Cavendum autem vobis est (idque
„plurimum ad te pertinet, qui illustri
„Archiepiscopi, & Inquisitoris geris pra-
„cipuum munus) ne in expendendis S.
„postolicæ Sedis Constitutionibus, ut
„nimia exhauriendi argumenti sollicitu-
„dine, nullus fiat differendi ambiguita-
„que modus: sedula deinde opera conde-
„renda, ut istiusmodi dubia, quæ fa-
„cile pro ingeniorum varietate, disqui-
„tando emergunt, penitus inter vos de-
„rimantur, ne diuturna unquam disce-
„ptatione fluctuent animi; præsertim
„cum Constitutiones ipsæ Apostolicæ
„scopum, quo tendunt, aperte demon-
„strant, & illuc prompte dirigi possint,
„quidquid dubitando interturbare vi-
„deatur. Id si animadvertissent, qui
„de præsenti negotio plura dubitandi
„nodum sibi exsolvissent. Patebat enim
„nihil aliud Nobis in animo fuisse, quam
„cohibere vivida nonnullorum Theolo-
„gorum ingenia, qui nimium sacri pa-
„tronii fines prætergressi, & non parum
„obliti illud ad retinendum in officio
„ccc-

„corpus divinitus inſtitutum, hoſti huic „ſpiritus infenſiſſimo blandiebantur. „Statim ſiquidem comperiſſent, quid in „propoſitis quæſtionibus conſtituendum „eſſet; nec tibi moleſtiam exhibuiſſent, „nec Nobis, quos graviſſimæ undique „circumſtant curæ, non parum tempo„ris occupaſſent: quod tamen pro ſin„gulari noſtro in veſtram gentem ſtudio, „atque amorem, libenter impendimus „ad rectum vobis iter monſtrandum, in „poſtremum ſimul præcaventes, quo„modo in hujusmodi quæſtionibus fir„mare greſſus veſtros in promptu ſit.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

§. IX.

Utraque Pontificis Conſtitutio Conſtantiæ & Spiræ promulgata, atque declarata.

Quamprimum utraque hæc prior Benedicti Papæ Conſtitutio Spiram & Conſtantiam pervenerat, confeſtim Dominus Hugo Comes de Schönborn Cardinalis & Spirenſis ac Conſtantienſis Epiſcopus die vigeſima Decembris omnibus ſuæ curæ commiſſis exactam Pontificii decreti obſervantiam præcepit, ejusque tenorem expoſuit, edita hanc in rem epiſtola Paſtorali, cujus tenor eſt ſequens:

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Omnibus & singulis Præpositis, Decanis, Decanis ruralibus, Parochis, Vicariis & Confessariis, omnibusque Constantiensis Diœcesis fidelibus salutem, gratiam & felicitatem.

„Significamus omnibus tam in com-
„muni quam in particulari, quod quan-
„vis Christus Dominus, Salvator no-
„ster quadragesimale jejunium ipsius sa-
„ctissimo suo exemplo docuerit, illo-
„que sancti Patres & primi Christi-
„fua imitatione confirmarint, ac de-
„que sancta Romana Christi Ecclesia
„nice salvifica tam quadragesimale je-
„nium, quam alios jejunii dies sub
„vi præceperit, nihilominus ex hom-
„nis Christianis non pauci hac in re
„primitivæ Ecclesiæ rigore per suam
„piditatem adeo recesserint, ut, p
„dolor! vix illius umbra supersit.
„de Benedictus XIV. felicissime regn
„Pontifex permotus jam exeunte
„edictum die tertia Februarii Italis
„mone & alias duas literas Apostolic
„latino die trigesima Maji & vigesi
„secunda Augusti ad omnes Patri
„chas, Archiepiscopos & Episcopos
„l osque Ecclesiæ Prælatos direxit, h
„vero commisso nobis gregi hic tra
„scriptas palam facimus."

Tum Cardinalis utramque Papæ epistolam tam latino quam teutonico sermone adduxit, sicque prosecutus est. Sæc. XVIII A. C. 1741.

„Jam vero Deo, Ecclesiæ, & sacræ „Romanæ Sedi gravem rationem red„dere deberemus, si ad consequendum „tam salutarem finem, totum, quod in „nobis est, conferre negligeremus. Ea„propter, ut hoc Pontificium edictum „ad rudioris populi captum magis ex„peditum sit, utramque illius episto„lam distincta declaratione explanare „aggredimur. Præprimis ergo doce„tur, quod sacrum vernale jejunium „non tantum eo respiciat, ut nos Chri„stiani ab esu carnium abstineamus, & „una comestione per diem ad satieta„tem sumpta contenti simus, sed

II. „& quidem præcipue, ut pecca„ta ac vitia fugiamus, opera charitatis „erga Deum & proximum exerceamus, „pauperibus juxta nostras facultates e„leemosynam elargiamur, & tempus „ferventi ac fervida ad Deum oratione „bene ac utiliter impendamus.

III. „Ut hi, qui justis de caussis car„nibus vesci permittuntur, in die non„nisi semel ad satietatem comedant, non „vero, uti sors hucusque nonnulli er„ronee crediderunt, eis ad libitum sa„tiari

Sæc. XVIII. A. C 1741.

„tiari permissum sit; abstinentia enim, „seu abstinentia ab esu carnium, & prae„cepti dies jejunii duplicem importat „legem, ut earum quælibet sub gravi „peccato seorsim obliget, & quidem ab„stinentia, qua ab esu carnium abstine„tur, & jejunium, ut in die semel dum„taxat ad satietatem comedatur.

IV. „Sanctitas ergo sua hac in re „decidit, quod ad jejunium solemni vo„to obstrictis universaliter dispensatio „concedi nequeat.

V. Quod illi, quibus carnium esu „conceditur, non alia, quam sana ca„ne, id est, quæ ægrotantibus aut de„bilibus conceditur, vescantur, v. g. „carne ovina, vitulina, caprina &c. „cui etiam in nostris terris bovina, ca„cina &c. adjungi potest, quia ceterae „carnium species non semper aut ne„nisi caro pretio haberi queant.

VI. „In quadragesima caro nec pu„lice mactetur, minus vero palam ex„ponatur, vendatur, aut per plateas de„feratur, sed clam, & in absconditis.

VII. „Pariter, qui pullos, & ceteros „volatilia, v. g. columbas, aves spino„ticas & carnes vendunt, non publice, sed „clam eas venum exponant, aut in suis „ædibus retineant.

VIII.

VIII. „Præcipit quoque Sanctiſſi-„mus, ut nullus, quiscumque demum „ſit, quodcumque carnium genus emat „aut veſcatur, niſi prius utriusque Me-„dici teſtimonium ſubſcriptum obtinue-„rit, quod tamen atteſtatum ſecundum „conſcientiam & fine perſonæ reſpectu „gratis detur, ac ei, qui diſpenſandi po-„teſtatem habet, tradatur, ea adhibita „cautela, ut hic dictum atteſtatum ſo-„lerter examinet, & ſi vel ſuſpectum, „vel minus legitime datum videatur, „nullo modo chirographo ſuo muniat, „aut petitam licentiam impertiatur, nec „permittat, ut illud ab aliis ſubſciba-„tur, aut ſolum ſigillum apponatur.

IX. „Declarat etiam Pontifex, illos „Parochos, Confeſſarios & Medicos, „qui ſine ſufficienti cauſſa ejusmodi At-„teſtatis ſubſcribunt, ſeſe alieni peccati „reos facere, & præterea ſevere caſti-„gandos eſſe.

X. „Medicos monet, ut non aliam, quam ſalubrem carnem permittant, nec „diſpenſati alia veſcantur; proin illis, „qui ſuæ ſanitati ovis aut lacticiniis ſa-„tis conſulere poſſunt, ad veſcendas e-„tiam ſalubres carnes, nec Medici atte-„ſtatum concedant, nec atteſtatis pro-„viſi his veſci permittantur.

XI.

Sæc. XVIII
A. C. 1741.

XI. „Dispensati juxta suam conscien-
„tiam probe ac religiose necessitatem
„ponderent, ne eorum preces vanæ
„imaginationi nitantur, secus Judici
„Deo, quem fallere nequeunt, graven
„rationem reddituri.

XII. „Præcipit summus Pontifex,
„ut nullus caupo, vini aut cerevisiæ
„propola, Obsonator, nec alii Catholici
„cujuscunque conditionis sint, permi-
„tant aut concedant, ut vel in quadra-
„gesima vel aliis diebus ab Ecclesia ve-
„titis carnes coquantur vel apponantur
„nisi id infirmitas vel aliæ ejusmodi
„caussæ exigant.

XIII. „Insuper quadragesimali tem-
„pore ejusmodi conversationes aut con-
„ventus prohibentur, ubi musica reso-
„nat, vel choreæ aguntur, item inter-
„dicuntur convivia & comessationes,
„& multo magis nocturnæ cantiones,
„circumvagationes, & publicæ musicæ.

XIV. „Severissime vetatur, ne cum
„carneis etiam esuriales cibi vel pro cons-
„servanda, vel reparanda sanitate, vel
„ob alias rationabiles caussas dispensa-
„tis apponantur, cum ingens hucusque
„abusus & Protestantium offensio sub-
„rit, & aliunde ejusmodi sensualitates,
„præsertim eo tempore, quo quilibet
„Christianus suas cupiditates refræna-re
„tenen-

„tenetur, ſine Dei offenſa appeti ne-
„queant.

Sæc.XVIII.
A.C. 1741.

XV. „Epiſcopis interdicitur, ne in „ſibi commiſſis Diæceſibus generaliter, „vel univerſæ urbi aut Communitati „carnibus veſci concedant, excepta gra-„viſſima neceſſitate, aut aliis caſibus „per S. Canones exceptis.

„Hæc eſt Apoſtolicarum Conſtitu-„tionum ac Brevium ſynopſis, quibus „etiam Nos, utpote S. R. Eccleſiæ Car-„dinalis ac Epiſcopus pro officii noſtri „ratione morem gerere tenemur, eaque „in noſtra Conſtantienſi Diæceſi exactiſ-„ſime obſervari volumus.

„Ut vero omnibus Catholicis vel ob „infirmitatem aut debilitatem, vel ob „provectam ætatem ad comedendas „carnes compulſis, vel ſine ſanitatis „detrimento abſtinere non valentibus, „aut ubi eſuriales vel difficulter vel ca-„riſſimo pretio habentur, ſatis proſpi-„ciatur, illi, quibus hæ vel aliæ ratio-„nes patrocinantur, & vel in Conſtan-„tienſi urbe vel in vicinis locis agunt, „a noſtro Vicario Generali carnibus ve-„ſcendi licentiam petant, qui vero ex-„tra urbem vel in remotioribus locis „degunt, cujuslibet loci Parochis aut „Curatis licentiam impertimur, ut in „præfatis caſibus (exceptis feriis quar-

„ta,

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„ta, sexta & sabbatho) carnes, seu
„tamen duntaxat in die, ad cænam ve-
„ro nonnisi collationem moderatam, &
„quidem usque ad Dominicam Palma-
„rum exclusive permittere queant, &
„spensati vero in prandio exiguum tan-
„pus insumant, & hujus præcepti ra-
„xationem aliis bonis operibus v.g.
„leemosynis, Templorum visitationibus,
„sedula Concionum ac SS. Sacramen-
„rum frequentatione, & inimicorum
„conciliatione compensent; in Epi-
„pali vero Curia nostra vel extra illa
„nihil omnino pro dispensatione sol-
„tur, conscientiam vero eorum one-
„mus, qui dispensant, vel dispensan-
„tunt; solerter ergo ponderent, an
„lata motiva sint talia, ut tuto dispen-
„sare queant: præcipue vero per ar-
„rem Dei omnes Parochos & Concio-
„tores admonemus, ut omnia præ-
„Christiano populo explicent, simul-
„eis illa verba ad Rom. 8. probe in-
„cent: *Si secundum carnem vivere-
moriemur, si autem spiritu facta car-
mortificaverimus, vivemus.* Et tum de-
„vina laborum nostrorum mercede
„erimus. Datum Bruchsalii in arce
„stra die 26. Decembris 1741.

DAMIAN HUGO,
Cardinalis & Episcopus Spire-
& Constantiensis.

§. I.

§. X.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Benedicti XIV. epistola ad Mariam Theresiam Hungariæ Reginam.

Postquam Maria Theresia Austriæ Archiducissa die decima Octobris Viennæ in legitimam omnium Patris sui regnorum & statuum hæredem jure sanguinis & ex lege sanctionis Pragmaticæ proclamata fuerat, & die vigesima secunda Novembris a suis fidei homagium receperat, Poloniæ, Angliæ, Sardiniæ & Borussiæ Reges, utpote præfatæ sanctionis sponsores eandem ut talem agnovere, eique ad tuendum hoc jus omnem opem & operam polliciti sunt. Re comperta pariter Benedictus XIV. Papa novam Reginam ceu paternarum ditionum hæredem salutabat, Palutium tamen, tum Sedis Apostolicæ nuntium leniter reprehendit, eoquod ipse inter exteros Principum Ministros primus, non exspectato Pontificis mandato, Reginam sub hac prærogativa veneratus esset. Illa vero hanc præclaram paterni erga se affectus testificationem pro innata sua pietate maximi fecerat, cumque suam gratitudinem haud luculentiori specimine comprobare posset, perdemissis, ac filialis observantiæ plenis literis summum Pontificem rogaverat,

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

ut Ipse prolem, quam proxime parturi enixura esset, e sacro fonte suscipere vellet. Sancta hæc petitio piissimi Pontificis animum ingenti lætitia complevit, qui etiam die vigesima sexta Februarii paternas has ad eandem dedit literas:

Nostræ in Christo Jesu dilectissimæ Mariæ Theresiæ, Augustissimæ Reginæ Hungariæ & Bohemiæ &c.

„Filia in Christo Charissima! Incomparabili consolatione percepimus, „quod specialis ac vere paterna benevolentia, qua in vestram Majestatem ferimur, eandem eo induxerit, ut pro „illa prole, quam luci daturam spemus, „ad sacrum fontem Sponsores nos fieri „exoptet. Inde colligimus, Majestatem „tem suam de nostra, qua præclarissimi „ejusdem virtutes summo loco habemus, æquitate persuasam esse; quam „propter summa animi voluptate ac „propensione pro serenissima prole ad „Ecclesiæ communionem per Baptismum recipienda eo lubentius sponsorem faciemus, quo certius tam magnorum exempla, quam Parentum suorum „educatio nostram sponsionem optatum iri, Nobis polliceri possumus. Eapropter dilecto Filio nostro „Cardinali de Kollonitz plenam nostro „nomine hoc sacro munere defungendi „facul-

„facultatem dedimus: Nos vero inte- Sæc.XVIII.
„rim Deum omnipotentem ardentissimis A. C. 1741.
„suspiriis exorare non cessabimus, ut
„Serenissimis Parentibus masculum e-
„jusmodi hæredem donare velit, qui ce-
„lebre suæ Familiæ nomen ad suos Po-
„steros propaget, Maternæ suæ domus
„splendorem & famam continuo con-
„servet, & veræ Religionis ornamen-
„tum ac fulcrum evadat. Hæc vota
„nostra ut feliciter compleantur, præ-
„nuntia sit Apostolica nostra Benedictio,
„quam Regiæ suæ Majestati Charissimæ
„in Christo Filiæ nostræ peramanter im-
„pertimur. Datum Romæ die 26. Febr.
„anno 1741."

Demum Regina die decima tertia Martii feliici partu levata est, Filium enixa, qui hora septima vespertina ejusdem diei lustrali aqua tinctus fuit. Sponsoribus summo Pontifice, & Augusto III. Polonorum Rege, quocirca Regius hic Princeps in sacro Baptismate vocabatur Josephus, *Benedictus*, *Augustus* &c. Faustissimi hujus partus nuntio Romam delato Pontifex præceperat, ut eapropter in Nationis Teutonicæ Ecclesia præsentibus Cardinalibus sacrum solemne & Hymnus Ambrosianus decantaretur. Obstrepebant Purpuratorum nonnulli, id novum insolitumque esse caussati: cum

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

vero eis significaretur, hanc solemnita-
tem, si eam in præfata Ecclesia habet
tergiversarentur, omnino in Vaticano
esse celebrandam, acquivere omnes:
unde in dicto templo hæc festivitas cum
ingenti pompa peracta fuit, effigie Pon-
tificis dextro, & illa Reginæ sinistro la-
tere palam exposita.

§. XI.

Ejusdem summi Pontificis querela contra præfatam Hungariæ Reginam.

Quantumcunque ingens esset summi
Pontificis benevolentia erga Ma-
riam Theresiam Hungariæ Reginam
atque Austriacam Domum, potior ta-
men in eo erat cura, ut antiqua Sedis
Apostolicæ jura contra quoscunque lo-
bata servarentur. Firmiter sibi cum Sui
Prædecessoribus persuasum habebat, pa-
nime controversum jus Romanæ Eccle-
siæ competere in Parmam & Placen-
tiam, hosque Ducatus sibi tanquam
supremo Domino beneficiaria lege sub-
jectos esse: quamprimum ergo compe-
tum habebat, quod Parmenses æque ac
Placentini nomine Hungariæ Reginæ
tanquam hæredis Legato hanc in rem
deputato fidelitatis homagium præstare
compulsi fuissent, Apostolicæ Sedis jo-
jura

juribus grave vulnus inflictum ratus, die sexta Aprilis congregatis Cardinalibus ingentem suum inde conceptum dolorem his verbis exposuit.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

VENERABILES FRATRES!

„Non ita pridem cum ingenti nostro „fastidio percepimus, quod Mariæ Theresiæ Hungariæ ac Bohemiæ Reginæ „nostræ in Christo dilectissimæ Filiæ Ad„ministri præstandi homagii formulam, „unacum modo illud excipiendi conce„perint, ac publicis typis vulgarint, & „demum Parmensis & Placentini Duca„tus Deputati, sicut & alii, qui quoad „utrumque hunc Ducatum Romanæ Se„dis Vasalli ac clientes sunt, in ipso e„tiam Ducali Palatio non sine magna „solemnitate convenerint, & præsenti„bus Nobilitate & Magistratu, nomine „ejusdem Reginæ tanquam Parmensis „& Placentinæ Ducis, fidelitatis jura„mentum sibi exsolvi curarint. Primus & „publicus hic est impetus, quo indubi„tata sacræ Sedis jura ab eo tempore, „quo sine nostris meritis Apostolicæ ser„vitutis onere gravati fuimus, concussa „fuere; est autem hæc ipsa concussio „ejus naturæ, ut nobis imperare haud „potuerimus, quin non Vobis de illa hoc „in loco notitiam communicemus: „Christo Domino, supremo Pastori de

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„Ecclesiæ Patrimonio, eique annexis
„bonis Ecclesiasticis rationem reddere
„tenemur, ac probe memores summi
„eorum, quæ sub nostris felicis recor-
„dationis Prædecessoribus Clemente XI.
„Innocentio XII. & Benedicto XIII. de-
„ca prætensam investituram acta fuere,
„nota nobis etiam sunt ea omnia,
„quæ gloriosissimæ memoriæ Clemens
„XII. Pontifex Maximus tam post fu-
„bilis Antonii Farnesii mortem, quam
„post Cæsarei exercitus invasionem in
„hos Ducatus egerat: horum ergo ma-
„gnorum Pontificum vestigia firmiter
„premere, eorumque principia sequi ac
„Nobis vel maxime incumbat, Vos Ve-
„nerabiles Fratres, omnino permo-
„esse cupimus. Nos omnia, quæ con-
„tra fas ac nulliter hac in caussa fue-
„attentata, omnino ac solemniter re-
„probaturos, simulque Apostolici pa-
„stri officii auctoritate juramentum
„hac super re injuste ac illegitime pre-
„stitum ac susceptum, pro nullo, irri-
„& tanquam non præstito declaratu-
„Venerabiles Fratres, in gravis hu-
„negotii, ponderis ac amaritudinis pa-
„tem nobiscum venite, vestras omni-
„nes nostris conjungite, nobiscum ve-
„stras manus ad cælum attollite, pre-
„gantes Omnipotentem Deum, ut
„hæreditatem suam respicere, eamque

„a ſublimi ſuo ſolio defendere velit. Sæc. XVIII.
„Nos vero interim, ne Apoſtolico no- A. C. 1741.
„ſtro muneri deſimus, prout nobis de-
„ſuper die undecima Novembris inſi-
„nuatum fuit, Ordinario S. Sedis Nun-
„tio neceſſarias dabimus informationes
„& mandata, cunctaque cetera magis
„opportuna adhibebimus media, ſpe
„freti, Deum Patrem miſericordiæ no-
„ſtra conſilia ac labores proſpero ſuc-
„ceſſu ſecundaturum.“ Nec hic ſtetit hujus Pontificis ſolertia; ſed inſuper contra præfatam homagii præſtationem Viennæ ſolemniter reclamari juſſit, ſimulque apud Hiſpaniæ Regem precatus eſt, ut mutatis temporum circumſtantiis Eccleſiæ bono in ſuis regnis proſpicere vellet. Præterea Benedictus Pontifex ad Cardinalem Fleuryum Franciæ Regis Adminiſtrum literas dedit, in quibus de Eccleſiæ juribus tam aperte violatis amare queſtus abs dubio Italiam cruento bello devaſtatum iri prænuntiavit, rogavitque, ut imminentes calamitates potenti ſuo patrocinio apud Franciæ Regem interpoſito præverteret. Ceterum hoc negotium Pontifex tanta prudentia ac moderatione agitabat, ut toto regiminis ſui tempore hæc controverſia pene ſopita crederetur, & primum regnante Clemente XIII. in apertas erumperet flam-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

mas, non ſine maximo Sedis Apoſtolicæ faſtidio ac decremento.

§. XII.

Ejusdem ſummi Pontificis humanitas erga devios a veritate.

Inter alias excelſi animi dotes præcipue in Benedicto XIV. Papa eminebat rara ejusdem moderatio ac humanitas, qua, etſi errorum hoſtis eſſet implacabilis, erga errantes ſe vel maximæ benevolum, facilemque ſemper exhibuit. Hinc frequens illi erat epiſtolare commercium cum Proteſtantibus, præſertim eruditionis fama inclytis, quos moderatione, expoſitæ veritatis potentia & chriſtiana tolerantia ad rectam ſententiam revocare nitebatur. Paternæ patientiam miſerationis lacrimis identidem deplorabat pertinaciam illorum, qui miſere decepti obſtirmato animo Quesnellianæ factioni adhæſere; horum tamen paucos literis apoſtolica unctione plenis ad erroris agnitionem reduxerat, ut que tandem omnes ad Chriſti ovile revocaret, ipſum Ludovicum XV. Franciæ Regem, ut fertur, datis literis impenſe hortabatur, ut adverſus facentes, qui Conſtitutionem *Unigenitus* (ſed tamen periculoſis motibus) acceptam renuerunt, ſeveriores pænas non ex-

pli-

plius decerneret, eoquod ſpe minime vana duceretur, fore, ut ſe regnante, ac Rege operam ſuam conferente firma pax Eccleſiæ redderetur. Nec ſua eum opinio fefelliſſe videtur; ab eo enim tempore refragantium intemperies plurimum reſedit, eorumque numerus indies minuebatur, & niſi paucorum nequitiæ Parlamenti, ac laicæ poteſtatis ſibi Eccleſiaſticam jurisdictionem arrogantis auctoritas robur addidiſſet, Janſenismus pene in phantasma fumumque abiiſſet. Sæc.XVIII. A.C.1741.

Præprimis vero præclaro ſubmiſſionis exemplo præluxit hoc anno Sorbona, quæ non modo præfatam Conſtitutionem ore & animo recepit, ſed etiam ſtatuit, ut quilibet ex Doctoribus, Licentiatis &c. eandem acceptare, & Regio mandato morem gerere teneatur, ſecus ſua dignitate omnibusque juribus ac prærogativis privandus. Hanc in rem Sorbona Regis juſſu ſequens acceptationis juramentum a quovis præſtandum præſcripſit: *Ego N. N. Conſtitutionem* Unigenitus *tanquam dogmaticam fidei regulam ab univerſali Eccleſia receptam accepto, & Facultatis Theologicæ decreto hac in re die decima quinta Decembris anno* 1729. *edito conſentio, eique firmiter adhæreo, hancque meam adhæſionem legitimo teſtimonio confirmari peto.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1740.

§. XIII.

Joannis Meindarts Ultrajectensis Archiepiscopi consecratio a Benedicto XIV. Pontifice damnata.

Vid. supra tom. 76. p. 597.

Quemadmodum Benedictus Papa et errantes ad veritatis orbitam reduceret, omnes moderationis ac mansuetudinis fontes exhaurire nitebatur, ita ferrum & ignem admovere non dubitabat, ubi nec oleo nec balsamo inveterata pertinaciæ vulnera curari posse cognoverat: id experiebatur Joannes Petrus Meindarts, qui spretis, iisque iteratis Ecclesiæ censuris a Schismaticis Pseudo-Canonicis in Ultrajectensem Archiepiscopum electus pariter ab excommunicato & suspenso Episcopo consecratus fuit, & quamvis jam a Clemente XII. Papa prætensa sua dignitate exutus fuisset, nihilominus omnia Archiepiscopalis Ordinis munia exercere præsumpsit. Eapropter Benedictus XIV. Papa severius in eum animadvertere statuit, illumque a fidelium communione segregatum, suspensum &c. declaravit, edita die vigesima quarta Januarii sequenti Constitutione:

„Auget Pastoralem nostram Solicitudinem filius iniquitatis Joannes Petrus

„trus Meindarts, qui nec Paternis mo- Sæc. XVIII.
„nitis delinitus, nec anathemate per- A. C. 1741.
„cuſſus ullum ſibi facit furendi modum.
„Cum enim undique admonitus, & pu-
„blicis monumentis edoctus ignorare
„non poſſet, ſibi detractam fuiſſe a fel.
„rec. Clemente XII. ludicram illam
„Ultrajectenſis Archiepiſcopatus larvam
„induere inaniter conabatur; ac propter-
„ea vigore literarum in ſimili forma Bre-
„vis die VI. Octobris MDCCXXXIX. ſu-
„per nullitate Electionis ſeveriſſimis
„cenſuris illigatus fuiſſet; tamen non
„abſtinuit falſum illud nomen uſurpare,
„ſed, ut abyſſus abyſſum invocat, patra-
„tum ſcelus novo ſcelere cumulavit.

„Siquidem non ſine horrore, & in
„amaritudine animæ noſtræ intellexi-
„mus eo temeritatis perveniſſe, ut ſa-
„cra omnia polluens ſolennibus cære-
„moniis initiari, conſecrarique volue-
„rit. Quid fieri debeat Filio tam de-
„generi, non audienti amantiſſimi Pa-
„tris vocem, & ad Eccleſiaſticæ diſtri-
„ctionis plagas obdureſcenti, jam diu
„conſuluimus Dominum, atque utinam
„auribus noſtris non reſonet horribilis
„vox illa: *Curavimus Babylonem, & non*
„*eſt ſanata, derelinquamus eam;* quo diro
„fulmine nullum profecto majus.

„Quare

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„Quare ad Vos, Dilecti Filii, gau-
„dium & corona nostra, omnem conve-
„timus curam; & quo magis in provi-
„mo objecti estis lupo huic insidioso, ac-
„que implacabili, eo Vos diligentius
„hortamur, & commonemus, ut sta-
„statis fortes in fide, quam ab Apostoli-
„lica Sede omnium Ecclesiarum Mate-
„& Magistra a primis usque temporibus
„accepistis. Nolite a semita justitiæ
„abduci subdolis ac venenatis illius ver-
„cibus, quas infundere conatus est in
„illa captiosa, & in simplicium subver-
„sionem & schisma aperte tendente Ep-
„pistola Pastorali, data 1. Decembris
„elapsi anni 1739. ad gregem exiis de-
„tasse collectum, qui secum ambulant
„in tenebris, non alio sane animo con-
„scripta, quam ut inconsutilem Christi
„vestem scindat. Scimus, & in Domi-
„no gaudemus, Vos ab hac vera fide
„non aberrare; nostra tamen Paterna
„caritas & commissi Nobis licet imme-
„ribus Apostolici Ministerii ratio poscit
„lant, ut soliciti vigilemus ad vestram
„custodiam, nec a vobis dejiciamus oc-
„culos, quos vaferrimus ille seductor
„disjungere studet a vero Christi ovili,
„ut secum per vias non bonas errantes
„pereatis. Nam utcumque blandiatur
„sibi, nemini suadebit, se in Ecclesia mo-
„nere, quam dilacerat pertinaci schis-
„mate.

„Ad quam profecto Ecclesiam, ut „aliquando intelligat pertinere se nullo „modo posse, nisi resipiscat. Nos Præ- „decessorum Nostrorum, sacrarumque „legum morem, atque exempla secuti, „tradita Nobis a cælo potestate primum „hujusmodi nefariam consecrationem „illicitam, illegitimam, sacrilegam, ac „contra supremæ Sedis mandata, & sa- „crorum Canonum sanctionem factam „declaramus.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„Deinde eundem Joannem Petrum, „& quotquot huic execrabili facinori „operam, consilium, consensum præsti- „terunt, auctoritate Omnipotentis Dei „excommunicamus, anathematizamus, „atque ab Ecclesiæ communione segre- „gatos, ac prorsus Schismaticos ha- „bendos, & evitandos esse iterum con- „stituimus.

„Sciat autem idem Joannes Petrus „non solum ab iis, quæ sunt jurisdictio- „nis, exercendis esse suspensum, prout „vigore earundem literarum Prædeces- „soris Nostri fuit suspensus, sed etiam „ab iis, quæ sunt Ordinis, mandamus „illi propterea, districteque interdici- „mus, sub pæna Excommunicationis „ipso facto, & sine ulla declaratione in- „currendæ, ut nullo pacto aut chrisma „conficere, Clericos ordinare, aut Vir-

„gines

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

„gines consecrare, aut alia Episcopalis
„Ordinis exercere audeat; decernentes
„insuper vacuos, inanes, nulliusque
„prorsus roboris, ac momenti omnes &
„singulos alios actus, quos attentare
„præsumpserit. Ac proinde qui ab iis
„Ecclesiasticis Ordinibus initiati fuerint,
„noverint suspensionis vinculo se obli-
„ctos, atque irregularitati propterea
„obnoxios, si susceptos Ordines exer-
„cuerint.

„Hanc ad sanandum prope desperatum hominis furorem, extremam medicinam adhibemus, acrem illam quidem sed certe necessariam: cujus proprietate vim si non intelligit, miser; multo vero miserior, si intelligit, & contemnit. Reliquum est, ut, quoniam vehementer soliciti sumus, ne propinquitas morbi saniores partes trahat Christianæ Reipublicæ, Vos, Dilecti in Christo Filii, iterum, atque iterum monemus, ut ab eo quam diligentissime caveatis. Quod quidem facilius promptiusque perficietis, si illud in pius cogitetis, quod certum omnino est atque exploratum: neminem vere in Christi Ecclesia esse posse, nisi capiti visibili, atque Divi Petri Cathedræ communione consocietur. Atque Apostolicam Benedictionem Vobis, Dilecti Filii, peramanter impertimur.

§. XIV.

§. XIV.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Poloni Sectariorum progressibus obsistere intenti.

Protestantes, qui vulgari nomine in Polonia *Dissidentes* vocantur, vel maxime sub auspiciis Caroli XII. Suecorum Regis regnum hoc semper apprime Catholicum, latius grassante eorum secta fæde contaminarunt; sensim enim aliorum Principum patrocinio freti, cum olim nonnisi pacis amore tolerati, aut violenter intrusi fuerint, jam paribus juribus cum Catholicis frui, sibique liberum sectæ usum concedi postularunt. Ad tantam audaciam non raro eis calcar addidere dissensiones inter Regem & proceres, necnon tam intestini quam exteri belli tumultus: in turbido enim piscandum rati partim minis partim promissis auxiliis tantum extorsere, ut quibusdam in urbibus regiis sectæ suæ fana erigere, ibique publico exercitio deinceps frui permitterentur, in aliis tamen locis, ubicunque demum agerent, novas Ecclesias erigere eis non liceret, licet privatim suæ religionis actibus vacare datum esset. Hæc eis singulari ex favore indulserat anno Christi millesimo sexcentesimo trigesimo secundo *Consæderatio*, ut vocant, Polona, his verbis:

In

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

In urbibus regiis, ubi in præsenti Dissidentes in Ecclesiis a se erectis publico gaudent exercitio, eodem in posterum quoque perinde ac nunc gaudere & uti poterunt. Ubi vero Ecclesias in præsenti ad eum usum erectas non habent, eas ad evitandos tumultus, ibidem erigere non debebunt; privatim tamen unicuique privato incolæ & peregre venienti devotionibus sacris interesse dare, integrum erit. Quoniam vero Sectariis nil magis familiare et quam quod semel ex mera benevolentia admissi sese contra manifesta Principum jura & pacta latius diffundere, suam sectam propagare, amplioresque fructus res quovis pretio & captata quacumque occasione extorquere intenti sint, ita et in currente hoc sæculo accidit; quidam enim Cives genere Nobiles & Religione Lutherani in Lobzanica urbe proprio arbitrio Templum erigere, ac Præcantem & Ludimagistros introducere præsumpserant, atque in attentati sui patrocinium præfatæ Confæderationis decretum allegarunt, caussantes, *UBI* pariter ad Regias Urbes esse referendum. Comperto horum ausu citatur rei, discutitur caussa & examinatur allata eorum argumenta: cum autem *Dissidentes* in rem suam nil nisi privatas quorumdam Palatinorum concessiones allegare possent, hæ autem intu-

nifestis regni juribus legibusque adversarentur, nulloque legitimo comitiorum decreto approbatæ fuissent, hinc pronuntiata sententia hoc fanum demoliri & Prædicantem cum ceteris scholæ ministris expellere jubebantur. Nil eis reliquum erat, quam ab hac sententia ad Regis tribunal appellare, ubi tamen habita æquitatis ratione caussa ceciderunt: unde clauso hoc sano Præco Lutheranus cum suis ejectus fuit. Hujus vero sententiæ tenor erat sequens:

„Anno Domini millesimo septingen„tesimo quadragesimo primo, die vero „Mercurii duodecima Mensis Julii, Ca„meni. Coram Perillustri, & Re„verendissimo Domino *Josepho Eras„mo de Platern*, Ecclesiæ Metropoli„tanæ Gnesn. Canonico, Archidiaco„no & Officiali Camenensi, Tucho„liensi Præposito, & in ejus publica cau„sarum Audientia comparens personali„ter Perillustris & admodum Reveren„dus *Adalbertus Bebrent*, Ecclesiæ Col„legiatæ Camenensis Custos, Decanus „Foraneus & Præpositus Curatus Lobsi„nensis, Actor Principalis in termino „ex citatione ad publicandam senten„tiam definitivam ex Cancellaria officii „& judicii præsentis emanata, debite „legitimeque executa, pro hodie ca„dente accusata contumacia spectabi„lium

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„lium ac famatorum *Martini Karkuzka* Præconsulis *Joannis Kurzmann*, *Bogu-*
„*lai Kurzmann*, *Constantini Schlichting*,
„*Szendel*, *Stanisl. Bieniewski*, aliorum-
„que civium seniorum oppidi Lobzenica
„sectæ Lutheri adhærentium, in causis
„& actione judiciaria, occasione erec-
„tionis ac ædificationis Fani, necnon
„conservationis circa idem fanum Præ-
„dicantis, in assistentia competenti cito-
„torum; & in talem eorum contum-
„ciam, si & in quantum non compare-
„tium, nec quidquam contra publica-
„tionem sententiæ definitivæ dicentium
„verbo vel in scriptis inserentium, quan-
„doquidem liquido constat & deducitur
„prærecensitum Fanum in oppido Lob-
„zenica contra jura & Constitutiones
„Regni erectum esse, Prædicantes
„quoque illicite & nulliter introductus
„qui taliter introductus cum summo
„præjudicio Sanctæ Fidei Romanæ Ca-
„tholicæ in hoc inclyto Regno præ-
„minantis multos apostatare, errorib.
„& dogmatibus suis peregrinis imbuere
„atque confirmare, cætus & conventi-
„cula publica pro illis peragere audet,
Fanum proinde dictum juxta obloquen-
„tiam jurium Regni demoliri, dirui, Præ-
„dicantem aliosque Lutheranos scho-
„liregas & ministros abalienari, amove-
„ri, quæ juris & justitiæ fuerint, sen-
„tentiari petiit & cum debita instantia
„po-

„postulavit &c. Præsentibus ex ad-
„verso Spectabilibus ac Famatis *Stanis-*
„*lao Bieniewski & Boguslao Kurzmann*
„Civibus Senioribus Lutheranis ex op-
„pido Lobzenica ad hunc actum Depu-
„tatis in assistentia Domini *Joannis Je-*
„*litowski*, Bonorum Lobzenica & Rataie
„hæreditatis Magnificæ Dominæ *The-*
„*resiæ de Swiniarska Radulinska*, Succa-
„merariæ Wschowensis, Oeconomi com-
„parentis, caussam præsentem ad Fo-
„rum seculare spectare allegantibus.
„Et Perillustris ac Reverendiss. Domi-
„nus Judex, sedens, foro spirituali huic
„caussæ competenti adinvento, Christi
„Domini Nomine invocato, matura in-
„ter se præhabita deliberatione, ad fe-
„rendam sententiam definitivam in hac
„caussa in judicio suo intentata & agi-
„tata, condescendit, auditis &c. lectis
„quoque & bene trutinatis juribus ac
„certis quibusdam scriptis ex parte ci-
„tata coram judicio suo productis, eo-
„que penitius attento, quod ejusmodi
„scripta ac facultates non modo contra
„S. Canones, sed & contra jura regni ab
„hæredibus Bonorum Lobzenica propria
„usurpativa authoritate, pro habendo
„sano & retinendo ibi Prædicante, a-
„liisque Augustanæ professionis dissi-
„dentibus Lobzinensibus sint impertita
„& concessa. Primum enim scriptum
„seu facultas pro conservando Prædi-

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Sæc. XVIII A. C. 1741.

„cante sub die 10. mensis Martii An.
„1662. ab Illustrissimo olim *Carolo Ant.*
„*Gradzinski* Palatino Posnaniensi in fa-
„vorem eorundem dissidentium factum
„quo mediante concedit illis dictus Ca-
„lim Illustrissimus liberum exercitium
„devotionum suarum: secundum quo-
„que scriptum ab Illustriss. *Stephano*
„*Gradzincski* Subdapifero regni sub die
„tertia Martii A. 1682. liberalibus & le-
„culentis terminis conscriptum con-
„permissione liberi exercitii, tum con-
„servandi Prædicantis, aliorumque Ma-
„nistrorum & Scholiregæ pro instruen-
„ac imbuenda dogmatibus suis pro-
„Lutherana; cætera pariter similia in-
„pta tam ab Illustrissimo *Paulo Bialin-*
„Palatino Calisiensi sub die 30. mensis
„Apr. A. 1688. quam Illustr. *Joan.*
„*Krozbok Lacki* Castellano Calisiensi sub
„A. 1692. iisdem data & concessa.
„Quæ omnia scripta præfatorum magni-
„ficorum pro tunc hæredum bonorum
„Lobzenica cum sint illicita, & religio-
„ni catholicæ contraria, juribusque re-
„gni adversantia, tum quoque dicti Ma-
„gnifici concedentes præmissa scripta
„nullum jus dandi & concedendi ha-
„buerint, imo eodem attento, quod ne-
„mo Catholicorum cujuscumque digni-
„tatis & Præeminentiæ foret, etiam pro
„usu catholicæ devotionis aliquas Ca-
„pellas

„pellas privatas ſine licentia Epiſcopo- Sæc. XVIII.
„rum in ſuis bonis conſtituere poſſit, A. C. 1741.
„tanto minus hæreticis ſana ſibi ex-
„ſtruendi & in illis conventicula facien-
„di permittere valet; idque non ſolum
„rectæ rationi repugnat, ut aliquis id,
„ad quod nullam poteſtatem habet, da-
„re poſſit, ſed etiam lumen fidei Catho-
„licæ, ſeminare in Eccleſia Dei zizania,
„animasque pretioſo ſanguine redem-
„ptas depravare, abhorret; & non tan-
„tum ſimilia facere, ſed etiam favere,
„ſit magnum peccatum, quod tam le-
„gibus eccleſiaſticis quam publicis adeo
„circumſcriptum, ut ſimilia agentes ſint
„Fautores, ac per conſequens, non ſo-
„lum viventes ab Eccleſia ſint excom-
„municati, ſed etiam legitimæ pro-
„les usque ad quartam generationem
„fiant incapaces omnium bonorum;
„ſtatuta quoque regni, prout ex *Her-*
„*bruto* Tit. de Hæret. fol. 75. evidenter
„patet, inter infames illos ponunt, qui
„dant Protectionem hæreticis, & om-
„nia bona ipſorum mobilia & immobi-
„lia, in quibuscumque rebus conſiſten-
„tia confiſcanda theſauro regio applicari
„debent. Confæderatio quoque Parc-
„zouzenſis & ſtatutum *Jagellonis* pro ta-
„libus nec verbum loqui ſinit. Et quam-
„vis confæderatio anni 1632. quam pro
„ſe hæretici allegant, ipſis devotiones

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„suas in civitatibus regiis in fanis ante-
„hac fabricatis peragere usu tantum
„permittit; alibi id fieri penitus inter-
„dicit, & nonnisi transeuntibus, idque
„in silentio sine cantu & sine concioni-
„bus permittere, evidenter constat: a-
„liæ quoque subsequentes confædera-
„tiones sub tempus interregnorum A.
„1648. & A. 1668. & rel. id reassum-
„serunt, & nihil ultra permittunt, nisi
„præfatam confæderationem an. 163
„de verbo ad verbum repetunt. ne
„quicquam sibi Dissidentes arrogent vel
„aliquid plus ultra sibi licere putent,
„quam præfata confæderatio A. 163
„obloquitur, ut scilicet nullibi locorum
„fana sive in oppidis sive villis tam re-
„galibus quam nobilium conserventur.
„Præterea tantum quæ in civitatibus
„regiis solum ante confæderationem
„dictam fuerunt, alia vero fana præ-
„tis confæderationibus contraria, id est
„non in civitatibus regiis ab antiquo
„recta, sine quavis dilatione & strepitu
„juris dirui constitutio Anni 1717. ju-
„bet & ordinat; sacri etiam Canones
„semper, ac fides catholica ad id exe-
„quendum obligant. Cum itaque nul-
„lum jus, nisi supra hæredum scripta
„Domini Dissidentes Lobsinens. favore
„sui & pro fundamento præsenti juris
„allegent & producant, quod jus pe-
„nitus

„mittendi nequidem ipſi Reges Poloniæ „unquam ſibi competere affectant, imo „etiam Epiſcopi in aliena Diæceſi etiam„ſi in propriis bonis ibi exiſtentibus, „non poſſunt dare facultatem ſuis ſub„ditis aut Vaſallis exſtruendi ſibi novas „Capellas catholicas, imo nec Sacer„dotibus dare facultatem in iisdem Ca„pellis prædicandi, aut ſepeliendi vel „matrimonia contrahendi, ſine licentia „loci Ordinarii proprii. Proinde circum„ſcriptis & caſſatis dictis illicitis ſcriptis „præfatorum hæredum, judicium præ„ſens dictum fanum in oppido Lobzeni„ca hæreditatis Magnificæ Thereſiæ Ra„dolinska Succamerariæ Wſchov. om„nino demoliri, Prædicantem cum a„liis miniſtris abalienari, & quævis „conventicula interdici mandat atque „interdicit: ſcripta priorum hæredum „pro nullis, irritis ac illicitis declarat, „contractus quosvis alios in eodem fun„damento cum quocumque initos & ha„bitos caſſat & annihilat. Et ad effe„ctum demolitionis fani, amotionis „Prædicantis aliorumque miniſtrorum & „Scholiregarum Lutheranorum pro ex„ecutione præſens decretum ad Magnif. „Dominam Thereſiam de Swiniarska „Radulinska Succamerariam Wſcho„wienſ. Bonorum Lobzenica Hæredif„ſam & Poſſeſſitricem, atque ad Ma-

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„gnificos ejusdem Successores remiſit, „Hortando eosdem Magnificos in Do„mino ſub pæna excommunicationis „contra Fautores Hæreticorum in jure „expreſſa, & contra eos fulminanda, „quatenus intra quatuor ſeptimanas a „lato præſenti decreto fanum Lobſ. de„moliri & Prædicantem cum quibusvis „Scholiregis & miniſtris Lutheranis re„moveri faciant. Alias in eventu con„traventionis huic noſtræ monitionis „tunc pro ulteriori demandanda execu„tione præſentis Decreti, extendendis „que ulterioribus majoribus pænis eos„dem Magnifica Succameraria Wſchow „Bonorum Lobzenica Domina ac Suc„ceſſoribus ejus tam ratione non admi„niſtratæ juſtitiæ, quam ob Fautorum „Hæreticorum ac contemptum cenſura„rum eccleſiaſticarum ad judicia tribu„nalitia regni remiſit, & terminum ſpa„elapſum quatuor ſeptimanarum ſpa„tium eidem Magnif. Dominæ Succa„merariæ ac Succeſſoribus ejus ad com„parendum in Judicio tribunalitio regni „ſeu tum & quando cauſſa præſens ex „Regiſtro Arianismi vocata & acclama„ta fuerit, præfixit & aſſignavit — „prout &c. &c.

„A quo Decreto lecto & publicato „pars citata appellationem interpoſuit, „eandemque annotari petiit; & Perſo„ne

„lustris ac Rev. Dominus Judex eidem „appellationi detulit, & terminum tri- „ginta dierum spatium assignavit, inhi- „bitionemque contra eos emanatam in „robore conservavit &c. &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

(L. S.)

Ex Actis extractum

JOANNES THADEUS KIEDROWSKY,
Can. Cam. & Consist. Cam. Not.
Actuarius.

§. XV.

Hamburgensium Protestantium intolerantia erga Catholicos.

Nil equidem ardentius frequentiusque Protestantes in aures Catholicorum inclamant, quam tolerantiam; hanc quoque non modo in rebus Politicis, sed vel maxime in sectæ suæ usu sibi ubique exhiberi postulant, cum tamen Catholicos a jure civitatis aliisque dignitatibus, officiis & prærogativis, quas tamen infimæ sortis hominibus suæ sectæ addictis indulgent, in suis terris excludunt, & ne quidem privatum orthodoxæ Religionis usum ipsis Nobilibus permittunt. Tam inhumanæ intolerantiæ specimen hoc anno dedere Hamburgenses: hucusque

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

enim Cæsaris Legatus juxta antiquam & ex jure gentium Principum Legatis assertam consuetudinem Hamburgi Palatium habuit, in cujus sacello tam per ipso quam ejus domesticis Sacra ritu Catholico peragebantur: Quamprimum vero Caroli VI. obitus innotuerat, mox die undecima Novembris Senatus dictum Palatium sibi rursus vendicavit, simulque misso Scheeleo Secretario cum duobus Notariis tam Legati Capellano, ejusque Consuli Lempano, quam aliis ministris & famulis inhibuit, ne ullum Catholicæ Religionis actum deinceps in præfata domo exercere præsumerent, ne vero clam privatimque rebus Divinis vacandi opportunitas reliqua esset, Senatus insuper jussit, ut vasa sacra, vestes, altare, ejusque ornamenta, minima quæque ad Dei cultum spectantia sine omni mora inde auferrentur, & qui hactenus hanc domum incoluissent, confestim ad alias ædes transmigrarent. Hujus decreti prætextus erat, quod hanc domum ab omni periculo & ruina tartam servare oporteret. Sequenti tamen die præfatus Secretarius unacum Notario Nicolao Krohn & Christiano Gude Domus possessionem cepit, & pro Joannem Andream Brabe ædituum Petrum Kempe, Möhleno & Eimigio Catholicis Sacerdotibus inhibuit, ne deinceps

ceps ullum Divini cultus actum exercerent, sed convasatis omnibus domo exirent; postea idem Secretarius claves ad Sacellum repetiit, & quatuor Viros assignavit, quibus injunctum, ne ulli extero aditum permitterent, sique hi Patres forte de reculis suis adhuc quicquam e Sacello extrahere vellent, non plures quam duo januis mox sigillo obserandis admitterentur. Hujus facti indignitas eo intimius Thomam Josephum Baronem de Kurtzrock Hungariæ Reginæ Legatum offendit, quo minus exspectatum esset tale attentatum; Senatus enim eadem die, qua dolorem suum ob perceptam Imperatoris mortem, necnon singularem suam erga Austriacam Domum submissionem solemni deputatione, verbisqae amplissimis contestatus erat, paucis post horis hanc injuriam eidem Archiducissæ, ejusque Augustissimæ Domui intulit, dum omnia cubicula, & januas aperiri, cuncta solerter perlustrari, Magistratus sigillo muniri, & nequidem relicto alias ædes locandi spatio, domesticos exire, domumque quatuor militibus & uno Centurione custodiri jussit. Hanc inhumanitatem Legatus Senatui exprobrabat missis die decima quarta Novembris ad eum literis, in quibus præcipue querebatur, quod, quamvis Religionis Catho-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

tholicæ exercitium solemnissime pro-
missum fuisset, & in hac domo Cæsa-
reum Archivum asservaretur, nihilom-
nus Senatus Sacerdotibus cuncta Di-
vini cultus exercitia non modo interdi-
xerit, sed etiam ea privatim peragendi
facultatem ademerit. Eapropter Le-
gatus petiit, ut Senatus, nisi futuri Im-
peratoris indignationem sibi accersere
velit, omnia in pristinum statum redi-
ceret. Verum Senatus has querelas
flocci habuit, ac die quinta Decembris
Legato respondit, de Archivo ibidem
asservato sibi non constare, Senatum
vero religionis Catholicæ exercitium
duntaxat ex tenore pacis Westphalicæ
in Legato, ac propriis ejusdem Domi-
sticis tolerasse, ejus vero Sacellanos
etiam absente Legato, jura parochi-
lia passim erga omnes Catholicos cives
exercuisse & publicum religionis exer-
citium invehere molitos fuisse &c. Prae-
terea Senatus typis edidit scriptum, cui
titulus: *Vera relatio de civitatis dum-
olim a Cæsarea Legatione inhabitata, &
post gloriosissimi Imperatoris Caroli VI.
mortem a Senatu vindicata.* In hac re-
latione exponitur, quod quidem post re-
ditiosam a Lutheranis attentatam de-
prædationem Domus, in qua Comes
de Metsch Cæsareus Legatus habitabat,
Senatus dirutas has ædes recens ædi-
ficare

ficare, & a civico nexu liberare jussus fuerit, facta autem compositione Senatus hanc domum emerit, & pro Legatione Cæsarea aliam Domum & Sacellum salvo tamen nexu civico assignarit; nunc ergo extincto Domus Austriacæ masculo stemmate Senatus has ædes rursus sibi vendicandi jus habeat &c. Verum quæcunque demum verosimilia Hamburgenses ad excusandum hoc facinus excogitabant, nunquam tamen debitæ reverentiæ defectum, fidei odium, & intolerantiæ vitium satis a se amovere poterant.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

§. XVI.

Protestantium postulata in Hungaria circa sectæ suæ exercitium.

Postquam Maria Theresia Hungariæ Regina ab omnibus Regni Provinciis pro legitima hærede ac Regina fuerat agnita, a Regni Proceribus ad decimam quartam Maji diem hujus anni comitia indicebantur, in quibus pro veteri more Posonii Regum electio & postmodum coronatio fieri consueverat. Præstituta ergo die, absente Primate & Palatino Joannes Comes de Palfy utpote Judex Curiæ, necnon Colossensis Archiepiscopus in Cathedrali ad S. Martinum convenerant, ubi re Divina solemni

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

lemni ritu peracta die decima nona d
sequenti conclusum, præprimis Pala-
tinum ex Hungara Natione esse eligen-
dum, Lotharingiæ Ducem tanquam
Con-Regentem, non autem tanquam
Regni Palatinum agnoscendum, ac de-
mum Reginam ad proximam coronatio-
nem ab omnibus (*) quatuor Regni Sta-
tibus esse invitandam. Hoc negotium
committebatur triginta quatuor primi
Nobilitatis Proceribus, qui Præside Co-
mite de Erdoedi Episcopo Erlaviensi die
vigesima septima Maji Viennæ Reginam
ad sui coronationem venire rogabant,
simulque nomine omnium statuum re-
tebant, I. Ut Palatini natione Hun-
gari dignitas juxta decretum Regis
Matthiæ de anno 1485. resuscitaretur.
II. ut Regni jura & libertates confirma-
rentur, & confirmatio Capitulationis
proponendæ inseratur, III. ut tam in
Hungaria quam in acquisitis Provinciis
in Sclavonia, Servia & Temesvaria de
inceps civile regimen militari non sub-
jiciatur. IV. Hungari æque ac Austriaci
ad arcana Aulæ negotia admittantur
& Regina imposterum insciis statibus
pacem cum Turcis non ineat. V. Mo-
litur

(*) Nempe Prælati, Regni Barones seu Magnates, Status Equestris, & liberorum Ordinum Deputati.

litum ſtipendia, & transmigrationis ex penſæ deinceps non per bellici Senatus Commiſſarios, ſed per Hungaros ſolvantur. VI. Ad Hungaricam Cancellariam, quæ cum ceteris Cancellariis pari jure gaudeat, necnon ad Regni dignitates, Gubernatorum munia, ad teloniorum, ſteurarum &c. adminiſtrationem nonniſi Hungari admittantur. VII. Ut Hungaris integrum ſit, ſuas merces ſine extraordinario tributo in Auſtriam & Styriam evehere, nec Hungari ultra pro mercibus in Regnum invehendis tertium nummum ſolvere teneantur, ſublatoque monopolio boves in regno emere Venetis liceat. VIII. Nobilitas ab omnibus gravaminibus libera ſit, & quæ a quovis Regni Comitatu ſolvenda ſunt, ad debitam cujusvis ſtatus proportionem revocentur. IX. Omnia Eccleſiarum Catholicarum beneficia & munia indigenis conferantnr, & decreta in favorem Proteſtantium facta executioni mandentur.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Perceptis hisce poſtulatis Regina pollicita eſt, ſe ad vigeſimam quintam Junii diem coronationi præfixam Poſonium venturam, & tum unum ex Hungaris Magnatibus in Palatinum nominaturam: circa ceteros vero articulos cum Regni Cancellario Comite de

Ba-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Bathiany deliberare, ac demum in comitiis, quod æquum erit, decernere paratam esse.

Priusquam vero Regina Posonium venerat, Protestantes Hungari iis, quæ in eorum favorem Catholici petebant, nondum contenti, particulariter decem Deputatos Viennam decrevere, postulantes, ut regia privilegia eis circa liberum sectæ exercitium benigne indulta confirmarentur, & gravamina, quæ proximis abhinc annis illata fingebant, penitus abolerentur. Attamen Regina quamvis temporum calamitate jam nimis ampliora, quam ejus pietas, ac religio permittere videretur, illis concedere adacta fuisset, nihilominus pro innata sua Clementia Deputatis significari jussit, ut responsum ab Hungarici regni Cancellario perciperent, qui eis etiam declaravit, standum esse ordinationibus, quas Imperator pie defunctus tanquam Hungariæ Rex annis 1731. & 1736. ob per eorum gravamina edidisset. Postquam dimissis hisce Deputatis Regina una cum Marito suo, ejusque Fratre Carolo Lotharingo die decima nona Junii Viennam Posonium contendit, ubi a regni Episcopis & Prælatis ac præcipua Nobilitate solemni pompa excepta fuit. Ad primum obtutum Esterhasius de Galantha

Pri-

Archiepiſcopus Strigonenſis Hungariæ Primas Reginam oratione latina ſalutabat, cui viciſſim Illa clementiſſime reſpondit. Altera autem die præſentibus Regni Ordinibus, comitiis datum eſt initium habito per Cancellarium ſermone, quem Regina latina oratione admodum facunda & nitida proſequebatur, pollicita, ſe non tam Reginam quam Matrem fore, diſcuſſisque poſtulatis gravamina ſublaturam. Die 22. ejusdem Menſis Ordines electo ad Reginæ nominationem Joanne Palfyo Regni Palatino, præparatisque ad coronationem inſignibus, de ipſa hac ſolemnitate egerunt; tum vero levis contentio de jure coronandi inter Strigonienſem Archiepiſcopum & Epiſcopum Veſprimienſem exorta eſt, quæ tamen in prioris favorem deciſa fuit, eoquod Reginas ex *Nobilium* genere aſſumptas coronandi jus antiquum Veſprimienſi competeret, ipſa vero Maria Thereſia ipſo nativitatis jure *Regina* ac ſuprema Princeps non ab alio quam a Regni Primate coronanda eſſet. Illa ergo die vigeſima quinta Junii, quæ erat Dominica, conſueta pompa a Strigonienſi Archiepiſcopo fuit Hungarico diademate redimita: præſtito dein fidelitatis homagio, & perſoluto centum florenorum millium dono Regni ſtatus ſua po-

Sæc.XVIII. A.C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

ſulatata confirmari rurſus petebant, quibus tamen reſponſum: Reginam ea poſtulata, quæ ad comitiorum initium eſſent propoſita, concedere, circa illos vero articulos, qui poſtmodum fuiſſent additi, cum ex iis non pauci regiis privilegiis ac regni legibus adverſari videretur, Reginam cuncta præſtituram, quæ ſine coronæ & dignitatis ſuæ præjudicio facere poſſet, nunc tanti momenti rebus rite expediendis tempus deeſſe, in proximis vero comitiis hoc negotium ad cunctorum vota fore abſolvendum.

Hæc cum Poſonii agerentur, nuntiatum eſt, Gallos & Bavaros in ſuperiorem Auſtriam irrupiſſe; die igitur undecima Septembris convocatis Regni Ordinibus Regina pereleganti ſermone latino ſummum ſui Imperii, ſui Filii totiusque ſuæ Domus periculum expoſuit, eisque Joſephum Filiolum ſuum in Hungarici Regni ſpem natum, veſte Hungarica veſte indutum monſtrans, ut fortis hæc Natio, ſi non Reginam, ſaltem Regem ſuum contra potentiſſimos hoſtes ſtrenue defenderet. Ubi hæc prolocuta erat Regina, cum illico generoſus ſenex Joannes Comes de Palfy, quem Regina ſuum Parentem vocare ſolita erat, Joſephum Filiolum ſuas ulnas excipiens exclamaret, Vita

Rex noſter! ad hanc vocem omnes Regni Ordines evaginato acinace ſe ſanguinem & vitam pro Majeſtate ſua profundere paratos eſſe conteſtabantur, & contractis ex populo triginta armatorum millibus, jam Menſe Octobri quindecies mille Nobiles, qui propriis mererentur ſtipendiis, ad Poſonium caſtra metabantur. Inſuper Ordo quoque Eccleſiaſticus ad ferendas belli expenſas ſollicitabatur; aſt ille reſpondit, Hungariæ Clerum in Turcicis duntaxat bellis decimam partem conferre, & quidem in iis ſolum, ubi Religionis defendendæ neceſſitas urgeret, neque ſibi integrum eſſe, absque Sedis Apoſtolicæ indulto in petita conſentire: nihilo tamen minus uterque Clerus non quidem ex lege ſibi impoſita, ſed ex ultronea liberalitate ampliſſimis omnisque generis ſubſidiis largiter concurrebat.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

§. XVII.

Alexander Saulius Beatorum Albo a Benedicto XIV. Papa inſertus.

Inter Paſtoralis officii ſui curas Benedictus XIV. primam ac potiſſimam habuit, ut Chriſti fideles ad perfectiorem Dei cultum propoſitis novis virtutum exemplis excitaret: ad id vero pro præſenti temporum viciſſitudine nil ma-

Sæc. XVIII
A. C. 1741.

gis opportunum fore censebat, quam
Sanctorum Dei merita extollere, ac de
bitæ venerationis cultum eorum pra
sertim promovere, qui dum in hac va
peregrinabantur, Apostolico suo studio
olim vel maxime rigabant illam pa
triam, ubi hodiedum invalescentibus
vitiorum zizaniis rursus virtutum sem
na exarescere videbantur. Hæc ma
potissima ratio, quæ hunc Pontifice
permovit, ut rite comprobatis virtu
bus ac miraculis Alexandri Saulii Cle
rici Regularis S. Pauli Barnabitæ Bea
tificationem maturare satageret: nam
enim, ait ipse in sua Bulla, *intelligen*
in hac temporum conditione, esse opp
tunius, quam ut universis Christi fide
bus & animarum maxime Pastoribus,
beriora suppetant ad imitationem exem
atque in ejusdem patrocinio, fadisque
mirandis præsidia ad pacem, tranquil
tem, & salutem, tam inter Christi
omnes, quam inter eos potissimum pro
procurandam, quos ab illo per viginti
amplius annos, non tanquam solius
riæ Episcopo, sed totius Corsicæ
stolo olim salutaribus monitis ac
instructos & moribus correctis, ex
odiis, conciliatis animis, reformat
Clericis, viam mandatorum Dei cum
edoctos, ipsa rerum humanarum dim
rumque perturbatio jam dudum imibi

orta, a tradita sanctissima disciplina alienos tenet. Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Postquam igitur S. Rituum Congregatio unanimi consensu declarabat, Saulium patria Mediolanensem primo Aleriæ in Corsica, dein Papiæ Episcopum vitæ sanctitate, virtutibus in gradu heroico, ac miraculis inclytum tuto Beatorum honoribus decorari posse, Pontifex die vigesima tertia Aprilis ad Imperatoris, Siciliæ Reginæ, Sabaudiæ & Etruriæ Ducum, necnon Reipublicæ Genuensis, ac potissimorum Italiæ Episcoporum preces concessit, ut idem Dei Famulus imposterum Beati nomine nobilitaretur, ejusque corpus & reliquiæ fidelium venerationi exponerentur, ac de eo quotannis die vigesima tertia Aprilis Officium & Missa recitari posset. Præterea idem Pontifex indulsit, ut non modo in Bohemiæ Regno, sed in omnibus hæreditariis Domus Austriacæ regnis Festum S. Joannis Nepomuceni sub ritu duplici secundæ classis celebrari, & de eo propria Missa & officium cum octava peragi valeret.

§. XVIII.

Benedicti XIV. Pontificis Constitutio circa Matrimoniorum dissolutionem.

Præterea idem Pontifex totus in eo e-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

rat, ut ſubnaſcentes corruptelas, quibus & animarum ſaluti pernicies & Sacramentis Eccleſiæ injuria infertur, radicitus everteret: cum ergo compertum haberet, quod in quibusdam Eccleſiaſticis curiis inconſulta nimis Judicum facilitate quandoque Matrimonia tamquam nulla pronuntientur, & Conjugibus ad alia vota transeundi potestas detur, hinc jam primo Pontificatus ſui anno Epiſcopos illarum partium, ubi prædicta corruptela invaluiſſe dicebatur, datis literis ad abolendam hanc corruptelam vehementer hortatus eſt. Verum ab his reſponſum fuit, hoc malum ſæpe contingere, partim, quod Judice ordinario vel abſente vel impedito Delegati Judices nullo vel levi examine habito ejusmodi matrimonia ceu nulla declarent, partim quod inter conjugeſ de valore ſui matrimonii litigantes ſæpe una duntaxat pars compareat, & hujus ipſius allegata diſſolutionem obtineat nemine appellationem interponente, vel quia una pars matrimonium ſuum validum eſſe propugnans, poſt ſententiam in ſui favorem latam ob litis expenſas cauſſam ſuam deſerat, & pro nulla haeſtet. Eapropter Pontifex die tertia Novembris ſtatuit, ut in poſterum causae Matrimoniales duntaxat ab Epiſcopis vel aliis ab eo cum conſilio ſui Capituli

nominandis cognoſcantur, ac ubique Matrimonii Defenſor nominetur, qui coram legitimo Judice ac teſtibus Matrimonii valorem tueri ſub juramento teneatur, partes vero primum ad alias nuptias transire poſſint, ſi per primam & ſecundam Judicis ſententiam matrimonium fuerit ceu nullum declaratum, nec a parte vel Defenſore appellatum &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

§. XIX.

Ejusdem ſummi Pontificis declaratio ſuper matrimoniis Proteſtantium in Hollandia & Belgio.

Jam dudum inter Epiſcopos, Parochos, & Hollandiæ ac Belgii Miſſionarios gravis & ultro citroque agitata vertebatur controverſia, utrum in Fæderati Belgii locis matrimonia Hæretici cum Hæretica, vel Hæreticæ cum Catholico & viciſſim inita, non ſervata Tridentini forma, valeant, necne? Ut ergo hæc quæſtio tandem Sedis Apoſtolicæ judicio definiretur, Belgii ac Hollandiæ Epiſcopi ac præcipue Yprenſis jam ad Clementem XII. Papam ſupplices recurrebant. Hic quoque de tota controverſia pro rei gravitate cognoſcendi negotium dedit Sacræ Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum,

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

qui exploratis aliorum hujus regionis Præsulum relationibus ac sententiis, consultisque præstantissimis Romanæ urbis Theologis rem summa, qua res erat, maturitate discusserunt. Interveniente autem hujus Pontificis obitu Benedictus XIV. Successor hoc negotium coram se a S. Congregatione die decima tertia Maji examinari jussit, ac demum omnibus rationum momentis hinc inde sedulo ponderatis velut ex tam pro his terris regulam ac normam die quarta Novembris declaravit ac statuit, I. Matrimonia in his Provinciis inter hæreticos hucusque contracta deinceps contrahenda, etsi forma Tridentini non fuerit servata, si aliud non intervenit impedimentum, pro validis esse habenda, proin si ambo Conjuges vel eorum unus ad veram fidem convertatur, quin mutuus consensus coram Parocho Catholico innovetur, illos eadem vinculo teneri, & neutrum ad alias nuptias transire posse. II. Si vero Catholicus Hæreticum, vel Hæretica Catholicum duxerit, quamvis a sacrilego hoc connubio serio avertendi sint, si tamen tale matrimonium jam sit contractum, vel contrahatur, pariter pro validio habendum esse, ita tamen, ut Catholica pars pro perpetrato scelere poenitentiam agat, & hæreticum conjugem

gem ad ſinum Eccleſiæ pertrahere ſtudeat. III. Idem tenendum eſſe circa ejusmodi matrimonia extra fines Dominii Fœderatorum Ordinum vel Moſæ Trajectenſis a militibus ad cuſtodiendas arces, vulgo Barier-Städt, deſtinatis contracta. IV. Conjugia in regionibus Principum Catholicorum contracta ab iis, qui in fœderato Belgio domicilium habent, vel in Hollandia ab iis, qui in Catholicis terris domicilium habent, pro validis vel nullis eſſe habenda juxta diſpoſitionem juris communis.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

§. XX.

Aliud ejusdem ſummi Pontificis decretum circa Matrimonia occulta.

Die decima ſeptima dicti Menſis idem ſummus Pontifex alios, eosque graviſſimos abuſus ex matrimoniis ſecretis ortos penitus eliminare conabatur: compertum enim habebat, apud quasdam gentes plus nimium invaluiſſe conſuetudinem occulta matrimonia, conſcientiæ vulgo nuncupata contrahendi, ubi nempe vel extra vel intra Eccleſiam januis tamen clauſis, & ſine præmiſſis denuntiationibus coram ſolo Parocho & fidis duobus teſtibus, ſecluſis omnibus aliis, matrimonia celebrantur: inde autem perſæpe eveniſſe, quod, cum

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

præter Parochum, contrahentes & testes nemo alius initi matrimonii scientiam haberet, aliqui relicta priore uxore aliam sub spe futuri Matrimonii deceperint, & libidinose cum ea vixerint, vel omnino eam vivente priore conjuge clam vel palam duxerint, non sine gravissimo prolium damno tam spirituali quam temporali. Præterea Pontifex inter gravissimas corruptelas jure numerabat secreta matrimonia, quæ dissentientibus Parentibus Filii familias, vel Clerici in Minoribus Ordinibus jam constituti contrahunt, & tamen adhuc beneficia retinent. Ut ergo tot malis remedium opponat Pontifex, serio omnes animarum Pastores hortabatur, ut sine gravi ac legitima caussa in denuntiationibus non dispensent, & sedulo examinent, an dispensati sint sui vel alieni juris, an filii familias, an eorum Parentes juste dissentiant, & utrum sint Clerici, & an contrahere volentes clari & indubia, & a quavis fraude exempta proferant documenta status liberi: ut alterius ex contrahentibus Parochus, Minister, vel eo impedito probus & doctus Vicarius deputetur, qui conjugem de gravi obligatione proles in pietate educandi instruat. Præcepit etiam Pontifex, ut celebrato matrimonio Parochus mox scriptum desuper testimonium

nium exhibeat, illudque ad acta relatum caute asservetur &c.

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

§. XXI.

Ordo Equestris S. Georgii in Bavaria novo favore auctus.

Jam supra meminimus, Ordinem Equestrem in honorem immaculatæ Virginis Mariæ sub invocatione S. Georgii Martyris a Carolo Alberto Bavaro Electore fuisse institutum. Hunc quoque Benedictus XIII. anno 1729. die decima octava Martii edito diplomate confirmaverat. Cum vero idem Elector pro sua pietate & avita erga res sacras reverentia sex Nobiles Viros in Ecclesiastica dignitate constitutos in hunc militarem Ordinem cooptare eo fine desideraret, ut ad majorem Dei gloriam, & Ordinis splendorem sacra Officia in dicti Ordinis Templo peragenda quam maxima potest majestate ac decore peragantur, hinc datis ad Papam literis rogabat, ut ad hanc rem Apostolicum quoque beneplacitum ac confirmatio accederet. Igitur æquissimis hisce precibus lubentissime annuens Pontifex, die sexta Octobris ad Electoris votum concessit, approbavitque, ut nominetur I. quidam *Episcopali* dignitate insignitus, qui ab omni Ordinarii Episcopi jurisdictione ex-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

exemptus, in dicta Ecclesia Pontificalia munia obeat. II. Eligatur alius cum nomine *Præpositi* Pontificalium usu nobilitatus, qui Episcopi vices eo absente vel legitime impedito expleat: ambo autem ad dignitatem cum decore sustinendam ab Electore ad Præposituras vacantes nominentur. III. Eligantur duo Ecclesiastici, qui *Decanorum* nomine honorentur, quorum erit Divinis Officiis sive Horis Canonicis, præsentibus in Ecclesia Equitibus interesse. His Collegiales Præbendæ conferantur, duosque habeant adjunctos *Eleemosynarios*, qui Decanorum officia, ipsis vel absentibus vel impeditis suppleant, iisque, quibus alii Milites Equestres donantur, commendis, pensionibus & beneficiis augeantur, ita tamen, ut Episcopus ac Præpositus magnam cum stella, Decani mediam, & Eleemosynarii parvam Ordinis Crucem e collo in vitta serica cærulei coloris pendentem gestare teneantur. Hæc omnia Pontifex ad Serenissimi Electoris præscriptum Apostolica auctoritate approbavit.

§. XXII.

Ordo Equestris a Carolo Neapolis Rege institutus a Papa pluribus privilegiis ditatus.

Vid. supra p. 71.

Anno hujus sæculi trigesimo octavo Car-

Cardinalis Troyanus de Aquaviva nomine Caroli utriusque Siciliæ Regis post investituram a Sede Apostolica obtentam supplicabat, ut Pontifex ordinem seu militiam Equitum sub invocatione S. Januarii Martyris favoribus Apostolicis ac gratiis prosequi, & Pontificia auctoritate firmare vellet. His precibus annuens Benedictus XIV. indulsit, ut I. Ordinis Cancellarius Episcopali dignitate clarus vel alius ab eo Deputatus Sacerdos approbatus singulos Equites ab omnibus peccatis & censuris Papæ reservatis semel in vita vel in mortis articulo absolvere, vota (exceptis excipiendis) commutare, & in mortis momento indulgentiam plenariam impertiri queat. II. Ut omnes Confratres ubicunque existant, annuente loci Ordinario, Oratorium domesticum erigere, & quovis die (exceptis quibusdam diebus) etiam una hora ante auroram unam Missam a quovis Sacerdote etiam tempore interdicti clausis tamen januis peragendam curare, & Sacramenta recipere possint. III. Ut in diebus S. Januario sacris præter stationales etiam aliam indulgentiam plenariam lucrari queant. IV. Ut in quadragesima lacticiniis, & si opus fuerit, carnibus quoque vesci possint. V. Fidei rebelles tamen, & S. Sedi refracta-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

rii

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

rii ab his privilegiis omnino exclusi sint. Nempe illo adhuc ævo Regibus ac Principibus ex Catholicæ Religionis principiis persuasissimum erat, piis etiam institutis potissimum robur ab auctoritate Apostolica accedere, & sacros ejusmodi favores & gratias a nemine nisi a summo Pontifice, vel aliò per ipsum speciatim deputato concedi posse.

§. XXIII.

Diversæ aliæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.

Haud remissiori studio Benedictus XIV. Papa ad ea, quæ ad Ecclesiæ decorem, subditi gregis quietem & justitiæ administrationem conferre noverat, Pastoralem curam suam extendit, huncque in finem pro occurrentium temporum, rerumque ratione hoc anno saluberrimas condidit Constitutiones. Harum prima præter jam allegatas erat ad P. Paulum a Laurino S. Sepulchri Guardianum data; cum enim hic plurimis privilegiis jam dudum obtentis confisus Sacramentum Confirmationis conferret, graves autem inde difficultates, frequentesque oppositiones orirentur, summo Pontifici sequens proponebatur dubium: *Utrum Custos & Guardianus S. Sepulcri D. N. J. C. ex speciali*

ciali Sacræ Sedis delegatione, & vigore quorumdam privilegiorum per Superiores Ordinis FF. Minorum S. Francisci de observantia exhibitorum necessarias facultates habeat conferendi Sacramentum Confirmationis? Igitur Pontifex ponderatis hujus rei meritis, ut in posterum hac de re dubitandi occasionem tolleret, die nona Januarii præfato Custodi concessit, ut durante ejus Officio & pro locis Terræ sanctæ, ubi desunt ritus latini Episcopi in propria Diæcesi agentes, Sacramentum Confirmationis oleo & chrismate etiam antiquis, si nova haberi nequeunt, per Catholicum Antistitem consecratis, conferre queat. Sequentis autem Mensis vigesima quinta Februarii die renovatis Prædecessorum Constitutionibus severe inhibuit, ne Clerici, etiam sub alieno laici nomine, negotiationes exerceant, secus omnia illorum bona sic alieno nomine acquisita spolio subjecta sint. Præcepit insuper Pontifex, ut negotia a laicis incepta & ad Clericos sive hæreditario jure vel alio quovis titulo delata confestim dimittantur, si vero sine Clerici detrimento temporali statim dimitti nequeant, ab Ordinario loci ea ad aliquod tempus retinendi licentia gratis impertienda petatur. Pariter pro antiquo more Benedictus XIV. Bullam Cænæ Domini die trigesima Martii promulgari jussit.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Die

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

Die autem prima Junii innovavit Constitutiones Gregorii XV. & Alexandri VII. P.P. necnon declarationes S. Officii contra Confessarios sollicitantes editas: obstringit igitur Confessarios, ut si noverint, suos pænitentes vel in ipsa confessione, vel ante vel immediate post, vel occasione & prætextu confessionis aut in confessionali simulata etiam dumtaxat confessione ad inhonesta & turpia fuisse ab aliis Confessariis tentatos, hos pænitentes moneant, ut sollicitantem Confessarium, si sæcularis est, apud ejus Ordinarium, vel si regularis est, apud regularem ejus Superiorem denuntient, si autem denuntiare renuerint, eis absolutionem denegent. Si qui vero vel ex odio vel alia ex caussa falso innoxios Sacerdotes sollicitationis insimularent, hos beneficio absolutionis soli summo Pontifici reservatæ extra mortis articulum privatos declarat. Altera autem hujus Constitutionis parte statuit, confessionem (secluso mortis articulo & in defectu alterius Confessarii) complicem circa peccatum mortale luxuriæ ex defectu jurisdictionis esse omnino nullam, & si quis complicem nihilominus absolverit, excommunicationem majorem Pontifici reservatam incurri.

Insuper idem Pontifex Clericis sub pæna suspensionis, & Laicis sub pæna ex-

excommunicationis Papæ reſervatæ vetuit, ne eleemoſynas majoris pretii pro Miſſis celebrandis in alio loco pro tenuiore ſtipendio recipiant. Monuit etiam cunctos, ut Miſſas in eo loco, ubi datur ſtipendium, peragi ſatagant. Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Paucis abhinc annis Athanaſius Epiſcopus Jeroſolymitanus Cophtici ritus à ſchismate ſuo ad Eccleſiæ Romanæ ſinum & obedientiam reverſus eſt, ſuoque exemplo ac doctrina quamplurimos ejusdem ritus fideles tam Eccleſiaſticos quam ſeculares ad eandem veritatis, unitatisque cognitionem reduxit: cum vero hi ab Epiſcopis vel hæreticis vel ſchismaticis per ſuperioris inferiorisque Ægypti regiones conſtitutis regerentur, proin luculento ſubverſionis periculo expoſiti eſſent, hinc Benedictus Papa eorum ſortem miſertus die quarta Auguſti præfato Athanaſio tam in Ægyptios quam in alios ritus Cophtici ad veram fidem converſos cujuscunque demum eſſent Diæceſis, jurisdictionem & neceſſariam regendi facultatem tribuit.

Sub idem ferme tempus nuntiatum erat eidem Pontifici, quod ex Hiberniæ Epiſcopis quidam nunquam, alii vix uno menſe, alii ſemel duntaxat in anno in propriis ſuis Diæceſibus reſidere con-

Sæc. XVIII. A. C. 1741

sueverint: ut ergo Papa hunc tolleret abusum, die decima quinta Augusti missis literis eos hortabatur, ut gravis suæ obligationis memores, necnon sanctorum Præsulum Prædecessorum suorum exemplo permoti non tantum materialiter, seu solo corpore, non autem Apostolico labore, sed & *formaliter*, id est, Verbum Dei disseminando, devios revocando, periclitantes adversus lupum tuendo &c. resideant, sique invalidi, & Pastorali muneri impares fuerint, Coadjutorem sibi dari petant. Non minori dolore afficiebatur Pontifex, dum intellexerat, quosdam esse Clericos, qui turpi lucro fascinati annuos suorum beneficiorum proventus, quos donec viverent percipere possent, unico actu pro ea pecuniarum summa vendunt, quam habita ratione suæ ætatis vel valetudinis verosimiliter sentiebant durante sua vita ex illis se consecuturos sperabant: cum ergo Benedictus Papa serio ponderaret, ex hac nundinatione non modo grave Ecclesiastici Ordinis dedecus, fidelium scandalum & mendicitatis infamiam, sed vel maximum ob amissam mercedis spem Divini cultus, psalmodiæ &c. neglectum oriri, hinc die vigesima nona ejusdem Mensis hanc corruptelam, aliaque ejusmodi pacta & contractus damnavit, irritos que

que declaravit, ſimulque reſignationes beneficiorum cum reſervatione penſionis, aut cum pacto eam penſionem abolendi, ſevere inhibuit, adjecta pæna privationis beneficii, inhabilitatis ad alia obtinenda, & reſtitutionis acceptæ pecuniæ.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Conſueverant olim ſummi Pontifices ſolemnitatem de Canoniſatione Sanctorum vel in Aula Synodi, ſi quæ tunc celebrata fuit, vel in Templo urbis principe, ubi morabantur, feſtive celebrare; ſic Joannes XV. in ipſa Aula, ubi Lateranenſe habebatur Concilium, Beatum Udalricum Epiſcopum Auguſtanum, & Innocentius IV. Beatum Petrum Martyrem Peruſiæ in Templo FF. Prædicatorum, & Beatum Stanislaum Aſiſii in Eccleſia, ubi tum rem Divinam peragebat, ſolemni ritu inter Sanctos retulere. Cum autem Romani Pontifices ſtabilem Romæ ſedem figerent, hinc omnes (paucis exceptis) in Baſilica Vaticana S. Petri Romæ fuerunt celebratæ Canoniſationes. Veterem igitur hanc conſuetudinem Benedictus XIV. novo decreto die vigeſima tertia Novembris firmare ſtatuit, juſſitque, ut deinceps hæ ſolemnitates in præfata Baſilica Vaticana celebrarentur. Porro de expenſis, quæ in proceſſuum con-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

structione & ipsomet Canonisationis actu fiunt, idem summus Pontifex pro more suo eruditissime egit in celeberrimo suo opere de Servor. Dei Beatificatione &c. tom. 1. lib. I. cap. 46. Insuper eadem die unanimi S. Collegii Cardinalium consensu modum in eorum exequiis observandum præscripsit.

§. XXIV.

Historia de nova Missalis Slavonici editione hoc anno Romæ adornata.

Jam sæculo reparati Orbis nono Dalmatæ seu hodie Illyrici populi antiquitea Slavi fidem Christi amplexati sunt, in eaque usque ad hodiernam diem constanter perseverarunt studio. Utebantur hi populi in Missis ritu latino, & recitabant orationem Dominicam in Slavonicum idioma conversam. Sanctus Methodius quoque, cujus labore Apostolico hæc gens in Christum credere cœperat, a Sede Pontificia impetrabat, ut Slavis Sacerdotibus rem Divinam facientibus lingua Slavorum uti liceret. cum vero Romani Pontifices postmodum ad hanc gentem Clericos non latinæ linguæ gnaros ad Episcopatum & sacerdotium promoveri jubebant, hinc Sacerdotes in Divinis officiis Slavonico idiomate uti desinebant: quia

imo in Synodo Spalatensi. I. sub Alexandro II. Papa, condito decreto sancitum fuit, ut nullus de cetero in lingua Slavonica præsumeret Divina officia celebrare, sed Latinus in Latina, Græcus in Græca. Reclamabant tamen vehementer Slavi Episcopi, Presbyteri & Clerici: postea etiam Joannes VIII. Papa Moravis concesserat, ut Romanum ritum colerent, sive demum latino sive Slavico Sermone uterentur: unde etiam Slavi omnes *in Dalmatia & Illyrico* latinum ritum observarunt, & ab illo usque tempore Slavo-latinum ritum usurparunt, quem usum etiam Innocentius IV. Papa lib. 5. Epist. 753. anno 1248. auctoritate sua ratum habuit; quocirca jam sæculo decimo quarto Missalia & Breviaria Slavonico idiomate ac literis Hieronymicis juxta ritum latinum scripta visuntur. Econtrario autem Slavi *in Suecia*, Dania aliisque regionibus, ubi Episcopos Latinos a Sede Apostolica acceperunt, latino idiomate usque ad hodiernum diem Divina peragunt officia, id eis præcipiente Gregorio VII. l. 7. epist. 11. ad Uratislaum Bohemiæ Ducem.

Sæc.XVIII. A.C.1741.

Cum autem sensim partim temporum injuria, partim quorumdam inscitia & literalis idiomatis Slavici igno-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

rantia in Breviarium, Missale, Sacramentorum Rituale, aliosque libros liturgicos non pauci iique crassi errores reperent, hinc anno 1596. Franciscus Barbarus Patriarcha Aquilejensis, qui usum linguæ Slavonicæ in Divinis adolere nitebatur, celebrata Synodo præcepit, ut saltem hi libri illyrice vel Slavonice impressi a Viris æque doctis ac piis hujusque idiomatis probe gnaris diligenter revideantur atque emendentur. Verum huic operi serio laborem fuisse impensum, non invenio; quippe primum circa annum 1626. Urbanus VIII. Missale Illyricum juxta Missale Romanum emendari, sicque recognitum charactere S. Hieronymi (*) vulgo nuncupato ac idiomate Slavonico typis edi curavit. Postea Innocentius X. Breviarium quoque Slavonicum eodem charactere, & ad normam Breviarii latini impressum anno 1648. approbavit, quod demum typis S. Congregationis de Propaganda anno 1688. rursus editum est. Denique eadem S. Congregatio Missale

libro

(*) Falsa est traditio Slavorum, quod S. Hieronymus literas speciales linguæ Slavonicæ adinvenerit; eas enim a S. Cyrillo futile ex cogitatas res est certo certior, has vero a Glagolithicis omnino diversas esse, non minus certum est.

thæo Caramano Jadrensi Archiepiscopo, qui Illyricum seu Slavonicum idioma optime callebat, negotium dedit, ut Missale Slavonicum, quod nec a vulgaribus Slavonici sermonis vocabulis satis expurgatum, nec Missali Romano prorsus conforme erat, quam emendatissime concinnaret. Hujus quoque celeberrima editio hoc anno præfatæ Congregationis prelo omnibus numeris absoluta prodiit, & quidem rejecto vulgari Illyrico in lingua *literali* Slavonica. Observandum enim est, magnum esse discrimen inter Slavicam linguam *vulgarem*, & *literalem* seu *scripturalem*, quam Slavi etiam *Buchuizam* vocant. Hæc enim nonnisi per regulas disci potest, & a rudioribus nec recte intelligitur, nec recte pronuntiatur, ex qua tamen partes reliquæ Dialecti profluxerunt. Hac quoque SS. Cyrilli & Methodii ævo omnes Slavi utebantur, & ipse S. Cyrillus illam ad S. Scripturæ versionem, & S. Methodius permittente Joanne VIII. illam in Divinis officiis usurpabat, ac etiamnum Russi seu Græco-Mosci illa lingua in suis sacris ac liturgicis actibus utuntur, sicut nostri latino sermone. *Vulgaris* vero est, quæ promiscue a vulgo usurpatur, & omnibus Illyricis seu Slavis nota est.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Cum ergo ex Sacræ Sedis indulto Dalmatis & Slavis sacra officia in lingua literali celebrare permissum esset, hinc Spalatensis Synodus jam anno 1688. suos Clericos impense hortabatur, ut *Azbuchidarium* (seu Dictionarium Illyricum) probe & perfecte calleant, & in Illyrico literali idiomate, quo Missale & Breviarium erant conscripta, sese a peritis Sacerdotibus imbui curent, sicus ab Ordinibus arcendi. Non deerant tamen, qui progressu temporis ob literalis hujus linguæ difficultate desterriti, vel Latinis contradicendi spiritu abstracti, Divina officia interjecta vulgari sermone precibus, psalmis &c. depravare præsumerent, hinc contra eos Præsulum vigilantia ad tollendos hosce abusus semper intenta erat, et vel maxime de caussa, quod jam olim dum Urbanus VIII. & Innocentius X. Missale & Breviarium illyrico sermone, id est, literali Slavonico edere jussissent, & Successores disertis verbis vetuissent, ne in lingua vulgari seu alia dialecto sacra fierent. Id autem omnino consentaneum erat veterato Romanæ Ecclesiæ usui, necnon Tridentinæ Synodo, quæ Sess. 22. cap. 8. Can. 9. præcepit, ut *retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo, & a S. Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre & Magistra probato ritu, Missa*

Missa vulgari passim lingua non celebraretur. Ea de caussa Benedictus XIV. Pontifex Maximus quarto decimo Pontificatus sui anno idioma Slavum literale in Missa aliisque Divinis officiis adhiberi præcepit, edita celebri hac Constitutione: Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„Ex pastorali munere, quo Romani Pontifices Catholicæ præsunt Ecclesiæ, eamque moderantur, consueverunt Prædecessores nostri vigilem navare curam, ut in Sacris peragendis, suos unaquæque Natio legitime invectos ritus religiose custodiat, ejusque idiomatis uniformitatem retineat, quo illius respective Majores in Missæ Sacrificio Divinisque officiis usi dignoscuntur; prohibentes, ne quid a prisca lingua vulgaribus licet dicendi formulis immutata, deflectatur, omnemque adhibentes operam, ut abusus procedentibus temporibus invalescentes eradicarent. Cum itaque ex fide dignorum testimonio acceperimus, in ritum Slavo latinum, quem felicis recordationis Prædecessor Noster Jo. Papa VIII. fideli & religiosæ Nationi Illyricæ, una cum idiomate, quod nunc Slavum literale appellant, & characteribus, quos Hieronymianos dicunt, adhibendum concessit, & successivis tempori-

Sæc. XVIII. A. C. 1741

„bus recolendæ memoriæ Prædeceſſo-
„res pariter Noſtri Urbanus VIII. & In-
„nocentius X., dum Miſſale & Breviarium eodem idiomate, & characteribus excudenda typis traderentur, iterratis vicibus confirmarunt; nonnullos irrepere abuſus, Apoſtolicæ Sedis intentionibus inſtitutisque contrarios perniciosa aliquorum libertate, qui sordent Miſſas, inſertis orationibus & precibus Slavo vulgari ſermone conſcriptis, componere, Initium quoque Evangelii ſecundum Joannem, & Plasmum *Lavabo*, eadem vulgari lingua latinisque characteribus impreſſa, nulla deſuper a Nobis facultate & approbatione præobtenta ſibi, aliisque Sacerdotibus legenda proponere: Idcirco ne hujusmodi abuſus, qui eundem ritum miſcere ac perturbare facile poſſet, latius progrediatur; poſtquam aliis Nostris editis Conſtitutionibus, nimirum quinquageſima ſeptima, cui initium *Etſi paſtoralis*, & octogeſima ſeptima incipiente: *Demandatum cælitus*, quæ exſtant in Bullarii Noſtri Tom. I. p. 189. & 290. Græcorum Rituum conſervationi, & integritati, pro Italo Græcorum, & Græco Melchitarum Nationibus, abunde providerimus; eamdem nunc ſollicitudinis Noſtræ curam ad Illyricam Nationem convertentes, ſi-
„pro-

„prema qua fungimur Apoſtolica auctoritate, volumus, præcipimus, atque „mandamus, ut Eccleſiaſtici omnes Sacerdotes tam ſeculares, quam cujuscumque Ordinis, aut Inſtituti Regulares, qui Ritum Slavo-latinum profitentur, in Auguſto Altaris ſacrificio, „& in Horis Canonicis, aliisque Divinis officiis perſolvendis ac obeundis, „Miſſalia, Tabellas, & Breviaria characteribus Hieronymianis impreſſa typis Congregationis Propagandæ Fidei, „quæque impoſterum ibidem imprimentur, non ſine præviis opportunis reviſionibus & approbationibus, aliisque „diligentiis hucusque adhibitis & deinceps adhibendis a Viris doctis, & Slavo-latinum idioma, ac Hieronymianos characteres apprime callentibus, „quemadmodum per plura anteacta ſæcula ab Illyrico Clero ſervatum ſtudioſe fuit, ita deinceps omnino adhibere „debeant, & teneantur: utque in poſterum nemo ex prædicto Clero, in Miſſis celebrandis, aut in Divinis officiis „perſolvendis, orationes & preces, quæ „noſtra & Apoſtolicæ Sedis auctoritate „examinatæ non fuerint, & approbatæ, „recitare, aut quoquo modo adhibere „audeat, ſeu præſumat. Quocirca Venerabilibus Fratribus Noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in quorum Diæceſi-

Sæc.XVIII. A.C.1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„cesibus Ritus Slavo-latinus viget, com-
„mittimus atque injungimus, ut pro
„zelo & sollicitudine, qua tenentur cu-
„creditis sibi ovibus præesse & sacro-
„rum Ecclesiæ Rituum integritati in-
„vigilare, sedulam exactamque hujusce
„Nostræ voluntatis ac districti præcepti
„executionem curent atque urgeant
„ac novitates omnes, irreptosque quos-
„libet abusus eliminent, adhibitis ob-
„cacioribus remediis a sacris Canonibus
„in pervicaces & refractarios indictis, a-
„milia vero successivis temporibus in-
„tentari minime patiantur. &c. Da-
„tum Romæ apud sanctam Mariam Ma-
„jorem Anno Incarnationis Dominica
„Millesimo septingentesimo quinquage-
„simo quarto decimo octavo Kalendas
„Septembris, Pontificatus Nostri anno
„quarto decimo.

§. XXV.

Status Missionum in Indiis Orientalibus.

Postquam Joannes I. Lusitaniæ Rex in-
eunte sæculo decimo quinto barba-
ris Indiarum gentibus Crucis trophæum
intulerat, ager ille Domiuicus per Indo-
fessos veritatis Præcones eximie cul-
tus, uberrimos fidei fructus protulit:
plurima in variis Provinciis erecta fuere

Des

Deo Templa, Missionariis domicilia, plantata germina, præcipue in Insula Goana, quæ partim Lusitaniæ Regum liberalitate, partim propria solii fertilitate, situsque opportunitate tam ferax expeditionis sacræ emporium evasit, ut inde Canatenses, Madurenses, Travancorsanæ, Maisseanæ, Ceilanæ, & aliæ Missiones non modo Evangelici laboris socios repetant, sed & hi potissimam partem ex Goanis proventibus sustententur. Ast Marratianorum latronum rapacitas vix non amplissimas has spes anno priori suffocaverat: barbaræ enim hæ gentes vastissimam, quæ Goam versus Occasum attingit, regionem incolunt, & nonnisi rapinis ac cædibus notæ sunt. Amplus vero grassandi campus eisdem aperiebatur, postquam Kulicanus seu *Schach Nadir* in Mogoriam irrupit, & cæso hostili exercitu plurimas urbes & Provincias expugnavit, ac demum in decretorio prælio victor Magnum Mogolis Imperatorem occiso ejus Filio, ac immensis Imperii thesauris inde reportatis captivum abduxit. Infaustam miseri hujus Imperatoris sortem & ferventia contra Pro-Regem dissidia Marratiani in rem suam vertunt, e suis alpibus prorepunt, collectoque latronum agmine in Christianas Insulas usque ad oram Gangetici fluminis sese effundunt,

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Missio-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Missionum domicilia evertunt, omnemque Lusitanorum regionem, qua late patet, more suo immaniter devastant. Primo faustæ crudelitatis successu elati ipsam Goanam urbem cingunt, mun-libus machinis mænia quatiunt, totoque belli apparatu oppugnant. Nec diu tamen tumultuaria non minus quam iniqua hæc tenuit felicitas; quippe Lusitaniæ virtuti resistendo impares, sub primis hujus anni auspiciis obsidionem solvere, & non sine magna suorum strage in turpi fuga salutem quærere coactisunt. Cultam equidem gentem tam ignominiosæ fugæ pænituisset, & ab dubio intra verecundiam ultio stetisset: hi vero populi rabiem suam proprio suorum sanguine minime satiatam rati, sitim suam alieno Maurorum cruore extinguere decernunt. Ergo ad meridionalem plagam cruenta sua arma convertunt, Maures nil hostile suspicantes ac pene inermes obruunt, & dissipatos obvios quosque trucidant, & flumina more omnia obterentis, totam circumcirca regionem latrociniis & depræda-tionibus exhauriunt, ferro flammisque devastant, præsertim vero furorem suum in Christianorum Templa effundunt. Ex illis vasa sacra, omnemque apparatum aut diripiunt, aut confringunt, & quod eorum rapacitati vel minus utile,

vel

vel nimis grave erat, ſubjecto igne abſumunt. Nondum tamen ſatis crudelitati ſuæ litatum exiſtimabant, eoquod Chriſtianorum pauci, & fidei Præconum nullus barbari furoris victima cecidiſſet. Hos enim jam provida fuga Barbarorum gladiis ſubduxerat, eorumque quatuordecim Ponticherium, Gallicam urbem ad oram Coromandelis ſitam, proſpero curſu erupere, alii vero in vicinis montibus & ſylvis latuiſſe, in lucro deputarunt. Solus P. Madeira in horum vulturum ungues infelici fato incidit; hoc capto, velut opima præda læti tripudiant, ac puriori hac victima, ut Deos ſuos ſibi indignantes placarent, in illum eo acerbius furere ſtatuunt, quo firmius ſibi perſuaſum habebant, hunc Virum eo fine relictum, ut reconditas ceterorum Patrum opes ac theſauros cuſtodiret. Fit ergo in eum impetus, jubent defoſſas divitias in lucem proferre, rati ſummi nominis Viro grandem fore pecuniam, itidem ut pietatem: ſed ille ſpes ſuas ſuorumque opes Cælo reconditas haberi conſtanter reſpondet, ac ſe lubenter, ſi tamen vellent, viam ad æternos theſauros monſtraturum pollicetur: hi vero monitum aſpernati urgent, inſtantque, ut Miſſionariorum, qui metu profugerant, relictas opes ſine verborum ambage, ſi-

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

ne

Sæc. XVIII
A. C. 1741.

ne omni mora proderet, alioquin morte
pertinaciam silentii exquisitis se tormen-
tis vindicaturos. Nihil ad has minas
cohorrescens Madeira, mira manſue-
tudine reposuit, Dei Famulis non alias
esse divitias, quam paupertatem, non
aliam patriam quam exilium, non aliam
domum, quam sepulcrum. Sic pie de-
lusa avaritia Latronum ferociæ tonsis
admovit faces; igitur in rabiem versi
corpus innocui hujus Patris crudeliter
in modum fustibus contundunt, & fe-
minudum collo ac pedibus ad palum
constringunt, ubi ardentissimis Solis ra-
diis exposito per plures dies pauxillum
oryzæ præbent, non ut is famem ex-
gueret, sed ut retardata morte diutur-
nior sæviorque esset cruciatus. Cum
autem hisce tormentis superior fuisset
Missionarii constantia, ejus discipuli
adigunt, ut collectis pecuniis Magistrum
suum redimerent: ast ne hæc quidem
violentia illis profuit, unde aurum ha-
ro extorqueri posse diffisi, ignem quo-
que admovent; ingentem ergo ligno-
rum struem incendunt, & ferream la-
lam cassidemque improbo hoc consilio
superponunt, ut Verbi Divini interpre-
tem in candefactum sedile intorqueant,
ejusque caput ignita casside cruciarent.
Horum tamen latronum Princeps cete-
ris minus crudelis suos ab hujus cru-

ficinæ executione avertit, gravibus verbis exponens, Deum, quem hic miser adoraret, esse terribilem, hujus cruciatus ad Eum vindictam clamaturos, tantique Numinis iram mox eorum capitibus incubituram &c. His territi latrones, Missionario abeundi copiam fecere, quin tamen a cruentis suis grassationibus desisterent; præterquam enim, quod omnes Europæorum terras per universam Coromandelis oram sua ferocia emetirentur, insuper, quod plane omni crudelitate crudelius erat, tenellos infantes secum ad suas speluncas abstraxerunt, sine omni eorum noxa abs dubio libertate, patria, & æterna salute privandos. Nec tamen omnino inulta permansit eorum nequitia; quippe Azefia Mogolitani Imperii Pro-Rex cum valido exercitu in eorum regionem irrupit, & inhumanis illorum prædationibus frænum injecit.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

§. XXVI.

Jacobi Lanfredini Cardinalis obitus.

Luxerat hoc anno sacrum Purpurati Senatus Collegium mortem quinque Cardinalium. Hos inter primus erat Jacobus Lanfredinius, qui patria Florentinus ex Laurentio Patritio & Constantia Zoti Parentibus die vigesi-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

ma sexta Octobris anno evoluti sæcu
octogesimo susceptus erat. Nec prom
care tardabant in puero eminentis a
que ad optima quæque aptissimæ int
lis matura indicia, ingenii acies, & m
defessus, quantum per ætatem licuit, d
scendi ardor. Traditus ergo institu
dus Carolo Bindio celebri Theolog
necnon clarissimo Universitatis Flore
tinæ Professori Patri Andreæ Scho
rum Piarum Sacerdoti postea Ordi
Generali: gemina hac ingenii cultu
Jacobus noster tantum profecit, ut ph
losophicas & Theologicas disciplin
jam tum exhausisse diceretur: ingen
stioribus tamen hisce literarum tut
nis ingenii amplitudo circumscribi n
potuit, nec debuit, sed Jacobus ha
rem omnigenæ eruditionis campum d
cursurus præter latinas Græcasque
teras arti Poeticæ, & Rhetoricæ, u
que Jurisprudentiæ, Historiæ tam
cræ quam profanæ, omnique literar
doctrinæ assiduo studio vacabat. C
ergo Cosmus II. Magnus Etruriæ D
de hoc Juvene summa quævis sibi po
ceretur, eundem Florentinæ Metrop
litanæ Canonicatu auxit. Ast Jacob
non tam quid assecutus esset, sed poti
quid assequendum restaret, secum re
putans, forensibus caussis sese addix
eoque fine Pisas contendit, ut in Ju
Ur

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Universiate sub Magisterio excellentissimi Josephi Averanii locupletissimum, quem jamjam hauserat legalis scientiæ apparatum magis magisque augeret. Ita aliquot annis apud Pisanos exactis tandem Canonicatu suo sponte abdicato Romam contendit, ubi sub egregii nominis Advocato Pomponio de Vecchis naviter mentem ad leges in actu usuque positas appulit. Brevi consummatissimus ipse evasit Caussidicus, atque in foro perarduas egit controversias cum tanta eruditionis laude, ut ab ipso Etruriæ Duce suæ familiæ negotia Romæ procurare juberetur. Id vero in eo prorsus erat singulare, quod inter tam crebras juxta ac periculosas exercitationes semper mores integerrimos & ad omnes æquitatis leges exactos conservarit, assiduis literarum studiis eximium Dei amorem ac proximi conjunxerit, tamque effusam in pauperes liberalitatem exercuerit, ut maximum, quod ex pingui Advocati munere compendium referebat, omne in egenos, aliosque pios usus erogaret. Has vero largitiones omnino clam remoto omni arbitro faciebat, nonnunquam etiam interposita proborum hominum opera, ne ipse earum Author haberetur. Constitit tamen certo testimonio, quod una die piæ Missionis domui decem Ducaterum

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

millia donaverit; semper enim sibi parcus erat, ut erga pauperes liberalior esse posset, nulli etiam indulgebat lætitiæ, nulli animi relaxationi, sed vitam ducebat gravem, piam, severam. Emnuit insuper rara oris facundia, mentis candore, modestia, optimarum artium peritia, & rerum abditarum memoria singulari. Quapropter ejus doctrina vehementatim omnes utebantur, præsertim Cardinalium spectatissimi, apud quos Auditoris munere fungebatur: ab ipso etiam præfato Cosma Duce in patriam reverti, & primarii sui Auditoris officium subire, impense rogabatur; ille tamen officiose recusabat, eoquod ingenii sui dotes ad Ecclesiæ Romanæ officium dicare constitutum habuisset. Annum ætatis suæ jamjam attigerat quadragesimum primum, cum Prælectura, quæ a suo Auctore *Amadeo* nuncupabatur, augeretur; hanc tamen dignitatem non ex concedentis favore, sed proprio eruditionis merito adeptus est; cum enim unacum pluribus aliis Competitoribus sese examini subiecisset, suæque doctrinæ cum ceteris publicum periculum faceret, suos æmulos longe superabat, tantaque scientiæ ubertate respondebat, ut ipsos suos examinatores, quorum aliqui male interrogabant, modeste quidem, argute tamen ad re-

bitum

bitam reduceret. Obtenta hac dignitate delectabatur summopere, potissima ea ex caussa, quod eidem annexa esset pauperum clientela, eorumque caussis patrocinandi officium. Paulopost Congregationi Consistoriali, & de bono regimine adscriptus, in maximis Sacræ Sedis negotiis ab Innocentio XIII., Benedicto XIII. & Clemente XII. in fidei quoque controversiis adhibitus fuit, ubi plerumque suam sententiam scriptotenus, suppresso tamen nomine proferebat, nec unquam dabat, ut ejus consultationes, quantumvis doctissimæ omnibusque numeris absolutæ, typis ederentur. Anno hujus sæculi vigesimo octavo a Benedicto XIII. sacræ Pænitentiariæ Canonista, ejusdem Tribunalis Datarius, *Signaturæ*, ut vocant, *gratiæ* Consultor, ac demum a Clemente XII. Canonicus Vaticanæ Basilicæ & S. Congregationis Concilii Secretarius renuntiabatur. Talem, tantumque demum Virum idem Pontifex sexto post anno S. Purpuratorum Collegio adscripsit, illumque tribus adhuc aliis Congregationibus adjecit. Ne vero præclari hujus Præsulis opera fidelium gregi deesset, ipsum Auxitanæ Ecclesiæ Episcopum dixit, in cujus Ecclesiæ & Diæcesis sedula administratione Lanfredinius maxime emicuit; quotannis enim ipsus

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII A.C. 1741.

ſuam Diæceſin luſtravit, quinque Synodos Diæceſanas habuit, & ſaluberrima, quæ prelo vulgata exſtant, decreta condidit, ſcripſit etiam epiſtolas Paſtorales ad Clerum ſuum Æſi typis datas, & ob earum præſtantiam a Franciſco Incontrio Florentiæ Archiepiſcopo pro ſua Diæceſi iterum evulgatas. Frequenter etiam ad populum ſuum homilias habuit non minus pias quam graves: vitia etiam in vulgus gliſcentia, morumque corruptelas ob eximiam humilitatem ſibi ſoli tanquam unicæ cauſæ attribuit, & ſceleratos, ſi vel intimas pudoris reliquias in eis adhuc deprehenderat, paterna objurgatione reduxit, ac propria ſua peccata non ſaepe palam confeſſus, populum, ut ſibi ea ignoſceret, veniamque a Deo exoraret, perdemiſſe efflagitavit. Ceterum pauperibus mirifica ſunt, quæ in gregem ſibi commiſſum diffudit pietatis ac miſericordiæ exempla; ipſus ſacrum Viaticum ad infirmos pauperes detulit, morientesque piiſſimis adjuvit officiis, egenis quoque tam liberali manu, tamque effuſa ſtipe opitulatus eſt, ut ipſo Episcopo regente nemo miſer eſſet, nihilque eſſe voluit. Hæc fuit perpetua ejus Pietæ ratio, hæc vigilantiſſimi Paſtoris ſolicitudo, qua gregem ſuum nunquam nisi invitus & a Papa juſſus deſeruit; cum

cum enim Ecclesiasticarum legum scientia longe præstantissimus esset, occurrentibus caussis longe gravissimis non raro Romam a Papa evocabatur, ut suam quoque proferret sententiam: ejus quoque consilium expetebatur, dum Hispaniæ Regina Ludovico Filio suo vix decenni puero Toletanum Archiepiscopatum concedi postulabat; ubi Lanfredinius imperterriti pectoris libertate pronuntiavit, id sine conscientiæ & SS. Canonum læsione indulgeri haud posse. Quoniam vero Clemens XII. hujus Præsulis operam Romæ vel maxime necessariam esse censeret, concessa Mediolanensis Ducatus Abbatia, ac dimisso Episcopatu illum Romam accersivit, eumque Congregationi de immunitate Ecclesiastica præfecit, ubi in caussa Marinæ reipublicæ, uti supra relatum, suum suffragium scriptotenus tulit. Mortuo Clemente XII. ad S. comitia nonnisi invitus ac indicta gravi pæna accessit, ibique nulli parti favens, solius conscientiæ suæ rationem habuit, hinc propriæ suæ electioni nullum magis obsistentem expertus est, quam semetipsum. Eapropter a Benedicto XIV. tam singulari amore, atque existimatione colebatur, ut ipsum Visitatorem Generalem Nosocomii ad S. Spiritum & Præfectum Fabricæ S. Petri no-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Vid. T. 76. p. 399.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

minaret, eumque novæ adscriberet Congregationi, quæ ad discutiendam doctrinam & mores eorum, qui ad episcopatus nominandi essent, erecta fuerat. Attamen his officiis haud diu fungi poterat Lanfredinius; tot enim laboribus & curis exhaustus ac tenaci paucorum dierum morbo correptus ultimus familiæ suæ surculus obiit die decima sexta Maji ætatis anno sexagesimo primo nondum exacto: sepultus est in Ecclesia SS. Joannis & Pauli, ipso summo Pontifice justis exequialibus unacum S. Collegio præsente. Scripsit ex ali hæredes Sacerdotes Missionarios, quibus etiam Florentiæ agentibus bona sua in Agro Florentino reliquit, ita tamen ut eorum usumfructum Octavia ejus soror habeat, post ejus tamen obitum hæc bona Missionariis restituerentur. Ingenii sui monumenta posteris reliquit duas elegantissimas orationes, quas ad S. Collegium habuit, quarum primam anno 1724. in funere Innocentii XIII. alteram vero sexto post anno pro eligendo novo Pontifice peroravit. II. Juris responsa, quæ Josephus Ferroni Archiepiscopus Damascenus collegit, atque ad prelum promovit. III. Novam editionem Concilii Tridentini castigatissimam & ceteris hucusque editis præstantiorem, quam etiam adjectis Pontrum

trum ſubſcriptionibus, doctiſſima ad Lectorem præfatione, notisque ſuccinctis quidem, ſed eruditiſſimis locupletavit: hanc in rem ſcribit doctiſſimus Præſul Marius Guarnaccius in vit. Pontif. & Card. tom. II. p. 684. *ipſe eximii hujus laboris Author latet, quia ipſe* (Lanefridinius) *ut in more habuit, ſuum nomen reticuit, ipſe tamen author fuit, uti & ego harum rerum ſcriptor, teſtimoninm perhibeo ex indubia inſtructus ſcientia, & Teſtis de viſu (contubernalis enim eram cum eo, & ex munificentia Ducis Magni Etruriæ in eodem Palatio Medicæo morabamur.)*

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

§. XXVII.

Bartholomæi Ruſpuli Cardinalis deceſſus.

Ejusdem Menſis die vigeſima prima eandem æternitatis viam ingreſſus eſt Bartholomæus Ruſpulus ex præclariſſima Romanorum familia die vigeſima quinta Auguſti anno evoluti ſæculi nonageſimo ſeptimo natus. Pater ejus erat Franciſcus Maria Princeps Cervetri, Mater vero Maria Iſabella Cæſia Ducis de Aquaſparta Filia, lectiſſima ſane Matrona. Horum cura puer Nobilis prima Religionis pietatisque ac literarum fundamenta poſuit in

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

paterna domo. Inde Senas ad Collegium Nobilium Ptolomæorum deductus, gravioribus vacabat disciplinis, quibus rite imbutus, ac Melitensium Equitum Ordini adlectus Romam rediit, ubi vigesimo secundo ætatis anno a Clemente XI. inter Curiæ Romanæ Præsules ac Protonotarios cooptari meruit. Mortuo eodem Papa a Cardinalium Senatu Gubernator conclavis electus, monetas sua effigie ac insignibus ornatas cudi fecit. Admirabantur omnes splendidam ejus liberalitatem, fidem atque integritatem, qua durantibus hisce comitiis amplissimum illud munus obibat: unde ab Innocentio XIII., cui affinitate propinquus erat, statim a supplicibus libellis renuntiatum toto Pontificatus tempore maximum hunc Magistratum laudabilissime gessit, succedente demum Benedicto XIII., quem pariter affinitate attigit, a secretis Congregationis de propaganda fide esse jussus est, nec tamen amplioribus honores ac dignitates, imo nequidem vacantem Pontificiæ Domus Prælaturam, minus vero Purpuram obtinere poterat, eoquod Cardinalem Coscium, qui Pontificis animo plene dominabatur, amplis muneribus demereri renuisset; tantopere enim Bartholomæus a fortuita hac officiorum nundinatione abhorruit.

ruit, ut etiam proprium ſuum Parentem, qui de Filii ſui fortuna male providus præfato Coſciæ ingentem pecuniarum vim obtulerat, ſeveritate religioſo Principe digna reprehenderet, quinimo ne vel leviſſimæ ſuſpicioni de ſimonia in ejusmodi promotione ullus unquam eſſe poſſet locus, abdicato etiam Secretarii munere Roma omnino exceſſit, nec eo amplius rediiſſet, niſi illum Benedictus XIII. paucis ante obitum ſuum diebus revocaſſet, eique perbenigne excepto declaraſſet, ſe non modico dolore affici, quod tanti Viri merita digno præmio compenſare hucusque neglexiſſet. Id tamen abunde ſupplevit Clemens XII. ejusdem Succeſſor, a quo Ruſpulus Purpura donatus, ac pluribus Patrum Cætibus aggregatus, pariter ditiſſimum in Urbe Prioratum Hieroſolymitanæ Equitum militiæ obtinuit. Plurium quoque SS. Ordinum, aliorumque in Urbe locorum piorum Protector electus eſt. Interfuit etiam ſolemni quatuor Sanctorum Apotheoſi, ubi Rem Divinam conſueta pompa peregit, pingue vero honorarium conferri ſolitum mox in pauperes munifica manu diſtribuit. Inſuper ſacris comitiis adſtitit pro electione Benedicti XIV. paulopoſt tamen pectoris hydrope obrutus, ad perficienda negotia minus prom-

Sæc.XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741

promptus videbatur, ſenſimque morbo animi officia prægravanti, poſtquam cum illo diu, varioque ſucceſſu colluctatus fuerat, tandem ſuccubuit, die vigeſima prima Maji in oppido Vianelli Familiæ ſuæ Feudo mortuus. Corpus ejus, uti teſtamenti tabulis caverat, humatum eſt in Eccleſia FF. Capuccinorum. Vixit annos quadraginta unus. Menſes octo cum viginti ſex diebus.

§. XXVIII.

Laurentii Altierii Cardinalis extrema.

Tertius ex Purpuratis hoc anno defunctis erat Laurentius de Altieriis Romæ die nona Junii anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo genitus. Patrem habuit Caſparem Palutium Albertonum a Clemente X. in propriam Familiam adoptatum, Matrem vero Lauram Cathari-nam Altieriam Ejusdem Pontificis Neptem. Ab his Ordini Eccleſiaſtico deſtinatus, huic dignitati, necnon avitæ generis ſui nobilitati parem nactus eſt educationem, præcipue cura Pro-Patrui ſui Cardinalis Palutii cognomento Altierii, qui impuberem adhuc plurimis Eccleſiaſticis beneficiis augeri procurabat, nec inutili conatu; quippe apud Alexandrum VIII. affinem ſuum tantum pro-

profecerat, ut Laurentium novendecim annorum adolescentem inter Diaconos Cardinales recenseret. Quinque insuper Congregationibus adscriptus est Laurentius abs dubio ad altiora adhuc promovendus, nisi rapidum præfestinæ felicitatis cursum intercidisset Alexandri VIII. obitus. Annum agebat Laurentius vigesimum quartum, dum ingenio maturior & prudentia clarior ab Innocentio XII. Urbitanensi Legatione nobilitaretur, quo in munere justitiam mirifice coluit, magnamque nominis sui famam sibi conciliasset, nisi, quod magnis etiam Principibus sat familiare est vitium, cæca fiducia in quemdam suum domesticum, cui se totum mancipabat, fascinatus erraſſet: hic enim honorem Heri sui, atque existimationem pessumdedit; quippe contra Pontificis edictum inscio Cardinale magnam frumenti vim ad exteras Provincias exportasse convincebatur, quocirca Laurentius a Papa monetur, ut reum a suo famulitio dimitteret. Hic vero pro famuli sui innocentia ferventius perorare, ac sine ambage Pontifici declarare, se potius paratum esse Legationem suam, quam famulum dimittere. Annuente igitur Pontifice, Cardinalis Legatione abdicata citatis equis Romam contendit, ubi Cardinalem Pro Patruum

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

suum

Sæc. XVIII
A. C. 1741

suum cum morte luctantem tam acerbo afflixit dolore, ut is ingravescente morbi violentia nec S. Viaticum sumere, nec de Ecclesiasticis beneficiis, prout a Clemens X. concesserat, morte præventus disponere posset. Hujus obitum Venetiis exceperat ipsa Patris sui mater, qui annos natus septuaginta duos Camerarum Apostolicam omnium bonorum suorum redem scripsit, quæ tamen hæreditatem, quam æs alienum longe superabat, acceptare renuit. Ipse vero Cardinalis ejus Matre paulpost defuncta Romæ ab Aulæ strepitu semotus tranquille vivens & Congregationibus, quibus erat adscriptus, adesse non destitit: interfuit quoque comitiis Innocentii XIII., Benedicti XIII., & Clementis XII., ubi etiam paucorum Cardinalium suffragia tulit, quibus tamen suum a Pontificatu avertisum animum acuto hoc dicto testabatur: *ALTERIUS non sit, qui suus esse potest.* Adstitit etiam Concilio Lateranensi, & in Benedicti XIII. exequiis ægrotantis Pamfili vices, utpote Diaconorum primus obiit, ac neo-electum Clementem XII. Papam vestibus Pontificiis induit, ejusque electionem populo annuntiavit. Anno hujus sæculi quadragesimo cum ceteris Cardinalibus conclave quidem ingressus est, haud diu tamen ibi morari licuit; cum enim Ottobonus Cardi-

dinalis, & Joannes Baptista Cardinalis de Altieriis Germanus ejus Frater repentina morte defuncti efferrentur, gemino hoc fato tantopere prostratus est, ut auctis indies periculosæ febris accessionibus de ejus vita conclamatum videretur. Ut ergo aeris salubritate ex afflicta sanitate paulatim emergeret, ad Gandolphi castrum secessit, ac integrum ferme annum adhuc supervixit, infirma tamen semper valetudine usus: unde Romam reversus, tandem septuagenarius die tertia Augusti obiit. Justa eidem funebria persoluta fuere in Ecclesia S. Mariæ in Porticu, ejusque corpus humatum in præfatæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ sacello, quod de jure patronatus prænobilis hujus Familiæ existit.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

§. XXIX.

Marcelli Passerii Cardinalis fata.

Insuper mortis necessitati succubuit Passerius, Ariani, nobili oppido regni Neapolitani anno Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo die septima Junii in lucem editus. Optimos nactus erat Parentes Ascanium, & Antoniam Intonti, ambos spectata nobilitate, & quod excellentius est, eximia virtute claros. Sub horum disciplina Marcellus

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

lus primum Christianæ pietatis tyroci-
nium posuit, ac humanioribus literis in
patria probe excultus Neapolin trade-
ctus est, ubi Philosophicis & Theologicis
scientiis ac demum Jurisprudentiæ in
publica illius Urbis Universitate operam
prorsus egregiam navabat. Inde Atri-
num reversus, primum quodam Fami-
liæ suæ sacerdotio ac demum in Cathe-
drali dictæ Civitatis Ecclesia Canoni-
catu augebatur. Interim crescente no-
minis sui fama in præfata Curia Episco-
pali munus Vicarii Generalis, necnon
pauperum Advocati laudabilissime obi-
bat. Anno hujus sæculi nono a quo-
dam ejus consangineo Joanne de Le-
ne, qui Cardinalis Corsinii Auditor e-
rat, Romam evocatus, practicæ Juris-
prudentiæ acrius incubuit: singulari-
tiam sua solertia ac eruditione prome-
ruit, ut prædicto Joanne ad Insulam
Melphitanam evecto a Cardinale Corsi-
nio in Auditorem suum seligeretur, de-
mulque aliquot Monialium Cænobiis
quorum ipse Cardinalis protector erat
præponeretur. Facile demum sibi con-
ciliabat benevolentiam Benedicti XIV.
a quo sacri Concilii Romani Canonis-
dictus, ad Abellini Episcopatum nomi-
nabatur, subortis tamen difficultatibus
res successu caruit. Ad ampliores vero
dignitates viam sibi aperuit Cardinalis
Coc-

Corſinii Patroni ſui electio ad Pontificatus honores, a quo non tantum in Auditoris officio confirmatus, ſed & Vaticanæ Baſilicæ Canonicatu nobilitatus eſt, quem tamen Paſſerius acceptare renuit, cauſſatus, ejusmodi beneficia Equitibus Romanis dari ſolita, male in exteros conferri. Hæc tamen Viri moderatio tantopere Pontifici placuit, ut illum Purpura honorare ſtatueret, cum vero a ſuis Nepotibus & quibusdam exteris Principibus præpediretur, interim eum pinguibus in Regno Neapolitano ſacerdotiis, adjectoque titulo Archiepiſcopi Nazianzeni decoravit, eumque S. Pænitentiariæ Canoniſtam conſtituit. Demum vero ſedata æmulorum indignatione Paſſerius Cardinalium Collegio adſcriptus eſt, ſimulque in eodem Pontificii Aſſeſſoris munere perſtitit cum titulo *Pro-Auditoris*: inſuper in ſeptem Patrum Congregationibus ſuffragium ſuum ferre juſſus, in graviſſimis Eccleſiæ negotiis, ac præcipue in reconcilanda Luſitaniæ Aula potiſſimam habuit partem. Adfuit Vaticanis comitiis pro electione Benedicti XIV.; adverſa tamen valetudine preſſus, relicto conclavi Lauretum profectus eſt: vix tamen redierat, cum auctis morbi viribus, ac ſævo viſcerum dolore, necnon urinandi difficultate abſummeretur, & tandem

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

die vigesima quinta Septembris naturæ succumberet anno ætatis sexagesimo quarto. Corpus ejus ad Ecclesiam Parochialem S. Mariæ in Porticu delatum ibique justis funeribus expiatum fuit.

§. XXX.

Melchioris Polignaci Cardinalis mors.

Hoc item anno illustrissimum sacri Collegii sydus occidit Melchior de Polignac Cardinalis natione Gallus. Et primam lucem Podii die undecima Octobris anno supra millesimum sexcentesimo sexagesimo primo aspexit. Genitores ei erant Ludovicus Armandus Vicecomes de Pollignac Regius Podii Gubernator & Jacobea de Beauvoir Gonmoard Comitis de Roura Filia. Parvula primum in domo officiis Christianæ hominis & literarum rudimentis sedulo imbutus Podio Parisios concessit, ibique in Collegio Cleromontano eloquentiæ & Philosophiæ tam egregiam impendit operam, ut eximias naturæ & ingenii dotes, judicii acumen, & memoriæ felicitatem in hoc adolescente admirarentur omnes, æquarent pauci admodum. Adultior factus denuo Philosophiæ & Theologiæ scholas aliosque Eruditorum præsertim Sorbonicorum conventus sollerter frequentavit, quorum etiam con-

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

ſortio tam excellentes fecit progreſſiones, ut publico ſpecimine ſe non tam Diſcipulum, quam utriusque Facultatis Magiſtrum probaret. Tantæ eruditionis, ac prudentiæ fama doctiorum hominum applauſu divulgata ad ipſas etiam Regis aures penetravit; quapropter generis nobilitate, comitate morum, oris majeſtate, ac incredibili facundia præditus celeri greſſu in publicum Orbis theatrum cum inſigni gloria prodiit: primo igitur nonniſi viginti octo annos natus Cardinalem Emanuelem Borbonium Romam comitatus eſt, ac cum eo in S. Comitiis usque ad electionem Alexandri VIII. perſtitit. Inde Pariſios redux, prædivite *Boni portus*, & *Begardi* Abbatia a Rege donatus eſt, ac paulopoſt Legatus ad Sarmatas decretus, Poloni Regis ac præprimis Reginæ omniumque Magnatum benevolentiam & amorem ſibi conciliabat. Mortuo Joanne III. Sobieſckio Vidua Regina totam ſuam fiduciam in Polignaco repoſuit, eumque impenſius rogavit, ut ſua in rebus gerendis dexteritate Procerum animos eo inclinaret, quatenus primogenitum defuncti Regis Filium Regno Succeſſorem dare vellent. Aſt illius voto cedere, Legato haud integrum fuit; quippe Franciſcum Ludovicum Principem de Conty ad Polonici

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

ſceptri faſtigium promovere, a Reg
ſuo juſſus erat; in politicis tamen re
gendi artibus longe verſatiſſimus re
tam dextere inſtruxit, ut Regis ſui con
ſilia ardenter urgeret, quin Reginæ p
lam contradiceret, ſed potius fruſtra
ſpei culpam in improvidam ipſius R
ginæ cupiditatem transferret. Eo
Eidem Author erat, ut collectos a
theſauros nullatenus ad ſolvenda Pol
exercitus ſtipendia, ſed Galliarum Re
ad annuos cenſus elocaret. Unde
ctum, ut aucto in Sobieskios odio Pr
ceres Poloni vix non unanimi ſuffrag
in Gallicum Principem Contium
ſpirarent, quibus etiam Cardinalis Sol
ziejowskius Regni Primas accellere
Quo comperto Regina omnem indign
tionis ſuæ molem verbis, literis &
ctis in Polignacum exoneravit. His
men omnibus prævaluit in hoc Viro
tes Gallicas tuendi ſolers prudentia, re
que optime geſtæ gloria penes ipſ
erat, quod vero ſucceſſus felicitas
fuerit, id ſoli fortunæ adverſantis
quitati debebatur. Fama tamen
transacto hoc negotio in Gallias de
non deerant æmuli, qui a Polign
rem male adminiſtratam Regi perſua
rent, quocirca e Polonia ad ſuam
Portus Abbatiam transmigrare juſſ
eſt. Hic vero in adverſis conſtantiam
non

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

non minus, quam in arduis fortitudinem, inque prosperis moderationem exercere jam dudum assuetus, hanc fortunæ vicem æquo tulit animo, omnesque horas in pietatis exercitationibus, ac evolvendis libris suavissime juxta ac peritissime posuit. Id testatur præclarum illud literarii hujus otii monumentum, seu eruditissimum illud, omniumque applausu comprobatum Poema, quod Polignacus in suo recessu ac solitudine sub titulo: *Anti-Lucretius* contra veterem Atheistam Lucretium de Deo & natura sex libris edidit, & post ejus obitum Rothelinus Abbas anno 1747. versibus latinis pereleganter evulgavit; id quoque postmodum in Italicum ac Germanicum idioma translatum fuit. Hæc erat Polignaci ab Aulæ strepitu remoti jucunda vitæ ratio: brevi tamen Regum sapientissimus Ludovicus XIV. senserat, sibi deesse Virum, quo nemo maxima quævis negotia, quæ publicam Regni felicitatem concernunt, felicius in exterorum Principum aulis conficere posset. Hunc ergo ad Aulam accersit, ut rursus, ut antea, regni curis vacaret: paulopost illum in Rotæ Romanæ Auditorem nominavit, ubi integro triennio in audiendis partibus æquum animum, in cognoscendis caussis ingenii perspicaciam, atque in dicendis senten-

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

tiis inconcussam præseferebat justitiam, quocirca Rex fidelem adeo Administrum suum Montis Desiderii Prioratu & Vectana Abbatia decoravit; demum vero secunda legatione pro concilianda pace Gertrudenburgam ad Batavos Oratorem plena agendi facultate instructum decrevit. Rursus eadem de caussa sequenti anno Polignacus Trajectum ad Rhenum Legatus cum potestatis plenitudine nominabatur: ubi pacis negotio feliciter confecto Polignacus, cum ceterorum Principum Legati in varii generis oblectamenta diffluerent, rara moderatione solo eruditorum commercio delectabatur. Postquam igitur cum pacis oliva Parisios ingressus fuerat, cum Gallia in eo rerum statu meliorem nunquam pacem exoptare potuisset, hic pacificator Ordinum acclamatione exceptus est, ipse vero Gallicæ Academiæ nomine procuratæ pacis felicitatem Regi Christianissimo eloquentissime gratulabatur oratione, cujus sparsos flosculos hic colligere, haud injucundum est.

„Nunquam, ajebat ipse, sincerius „gaudio Musæ exultant, quam cum depositis armis rediviva pax virescit, in medio Martis furore id saltem solatii habeseram, quod cogitatione præciperem concordiam præ foribus stare, eoque

„nunquam ſpes pacis major affulget, Sæc. XVIII.
„quam cum belli flammæ altius corru- A. C. 1741.
„ſcant, ſcilicet ex fractis colliſisque nu-
„bibus major ſerenitas prodit. Valuit
„Chriſtianiſſimus Rex in robur plus-
„quam Athlanteum, utpote qui Galli-
„cum Orbem, totius Europæ armis
„quaſſatum, intrepide ſuccolavit. nu-
„tantemque in Maximi Nepotis vertice
„coronam ſua virtute & ſapientia con-
„ſolidavit. Deus, in cujus manibus ho-
„minum corda quieſcunt, mutatis de-
„repente in diverſum animis, his Eu-
„ropæ Regibus pacis conſilia inſpiravit,
„qui prius præter coacervatas ædes &
„ardentia Provinciarum buſta aliud ni-
„hil cogitabant. Ea eſt ſemperque fuit
„Gallia, quam hoſtes in bello formi-
„dant, amici in pace reverentur &c."

Nec tam utili operæ defuit grata Regis liberalitas; præprimis enim apud Pontificem ſummis precibus inſtabat, ut Virum in Gallicæ rei emolumenta natum ſacræ Purpuræ gloria augeret: nec moratus Pontifex Polignacum de Eccleſia & Franciæ regno optime meritum Cardinalem dixit, transmiſſo per Duardum Abbatem rubro Bireto, quod ipſemet Rex non modo ſacrato vertici impoſuit, ſed & quatuor ditiſſimis Abbatiis ejus curæ demanda-

Sæc. XVIII
A. C. 1741.

tis illum Regiæ Musicæ (quæ dignitas nonnisi summis Galliæ Dynastis consen assuevit) præfecit. Hic substitit fortuna ac Regiæ benevolentiæ cursus; Aure lianensis enim Dux, qui post Ludovic Regis obitum supremus Regni Rector evaserat, Cardinalem exiguo in pre habuit, quinimo crescente indies æm lorum invidia illum Parisiis exceder & specie exilii in sua Aquiscintii Abbe tia subsistere jussit. Hic turbo solitu animi æquitatem in Polignaco commo vere haud poterat; in se enim fortuna nihil juris esse passus, musas in nova lit solitudine percoluit, suoque Anti-Lucr tio ultimam admovit manum, & hoc opus additis aliis tribus libris auxit, quod Ca nomanensis ac Burgundus Duces Gal lice reddiderunt. Denique celeberrim hujus operis metaphrasin Italicam ca minibus hendecassyllabis, iisque solutis uti vocant, confecit Franciscus Mar Romanus Cassinensis Benedictinus, ed ditque Veronæ anno 1751. duobus vo luminibus minoris formæ. Evoluto tri mum exilii biennio Polignaco serena aura adspirare videbatur; quippe Aulam reverti, novique Regis conso tioni, quæ Rhemis peracta est, inte esse permissus est, rursusque in Regis gratiam reductus, arcana Regi negotia expedire cæpit. Interim Innocentius XIII.

XIII. Papam morte ſublatum fuiſſe nuntiabatur, quocirca Polignacus a ceteris Cardinalibus ad S. Comitia invitatus Romam contendit, ubi regiis apud S. Sedem negotiis præfectus, res Gallicæ Nationis mira prudentia & ſingulari dexteritate curavit, quamque immoto ſtudio pacem Eccleſiæ & Regno Gallicano reddere adloborarit, paſſim in noſtra Hiſtoria relatum fuit. Porro in rei bene geſtæ præmium Auſcitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus necnon Regii Ordinis S. Spiritus Commendatarius a Rege nominatus eſt: ac plurimum gratia & auctoritate apud eundem valuit.

Sæc.XVIII. A.C. 1741.

Attamen anno hujus ſæculi trigeſimo peractis pro electione Clementis XII. comitiis biennio poſt Roma in Gallias reverti juſſus, iterum ac tertio a florente gratia ad inclinatam & pene jacentem deſcivit. Iterata hæc fortunæ perfidia Polignaci conſtantiam adeo non concuſſit, ut potius a publicis regni negotiis feriatum tempus ad frequentandos literatorum cætus aliasque eruditas curas nactum ſe eſſe, ſummopere lætaretur; cumque venerandæ antiquitatis ſedulus æque ac felix inveſtigator eſſet, maximo ſibi ſolatio & jucundo literarii otii pabulo erant rara ex ære & marmore excuſa monumenta, quæ

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Romæ collegerat, ac secum Parisios advexerat. Palatium suum quoque ex-ornabat pluribus signis, numismatibus, Anaglyphicis, aliisque id generis admi-randis, quæ vel ab Ægyptiis, vel a Romanis artificibus prodierant. Unde tanta Viri eruditio, si vel unquam, splen-didius in ipsis solitudinis suæ tenebris emicuit, adeo, ut scientia, si parem, certe non superiorem in Galliis illo ævo habuisse, palam diceretur; quinimo ille idem, qui Polignacum in politico regni ministerio socium habere timuit, in Polonicis caussis, negotiis, & Eccle-siæ Gallicanæ controversiis sepositis omni rivalitate Dictatorem veneratus est. Obeunte demum Clemente XII. a S. Purpuratorum Collegio ad proximum novi Pontificis electionem invitabatur; pertinaci tamen studiorum labore, & assiduis curis attrita valetudo viresque exhaustæ tanti itineris molestias non fe-rebant; jam enim ab aliquo tempore permolesta afflictabatur hydropisi, cujus etiam violentia indies ingravescente, demum die vigesima Novembris anno ætatis octogesimo primo Parisiis naturæ debitum reddere coactus est. Corpus ejus terræ mandatum quiescit in Eccle-sia S. Sulpitii. Ceterum Polignacius Princeps erat magnanimus, omnigena eruditione, morum comitate, prudentia

tia, rerumque gerendarum dexteritate longe clarissimus. Eminuit in eo stupenda memoriæ fidelitas, tantaque in dicendo elegantia ac gravitas, ut sive aliorum dictis modeste contradiceret, sive officiose assentiret, semper loquentes ad animi sui sensa raperet: quocirca Alexander VIII. de eo dicere solitus erat, *Polignacus nunquam mihi contradicit, semper meæ accedit opinioni, & tamen semper ejus prævalet sententia*; Ludovicus vero Galliarum Rex, postquam cum Polignaco multum sermonis habuerat, ad suos familiares dixit: *Egi cum homine, & quidem adhuc juvene, qui semper mihi contradixit, & tamen semper mihi placuit.* Auscitanam Ecclesiam suam nequidem semel invisit, aliis semper gravissimis curis præpeditus, quod tamen morti proximus vel maxime deploravit.

Sæc.XVIII. A.C.1741.

§. XXXI.

Sueciæ Regis decreta circa Paschatis aliorumque Festorum celebrationem.

Nota est omnibus ingens illa controversia, quæ inter Romanam Ecclesiam & Ecclesias Asiæ exeunte sæculo II. agitata fuerat. Illius occasio erat hæc: Romana Ecclesia pro veteri more Pascha celebrabat ea Dominica, quæ post

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

post vernum Æquinoctium decimam quartam Martii Lunam consequebatur. Polycrates autem Ephesinus Episcopus unacum ceteris Orientalibus Episcopis acriter contendebat, Pascha juxta ritum Hebræorum ab omnibus Asiæ Ecclesiis adoptatum & juxta traditionem a S. Joanne Evangelista relictam omno celebrandum esse decima quarta Martii luna, in quamcumque demum diem ea incideret. Tandem vero anno Christi trecentesimo vigesimo quinto hæc dissensio in Concilio Nicæno penitus sublata est, edito decreto, vi cujus Pascha celebrandum declaratur Dominica post Lunam decimam quartam, quæ vel in æquinoctium vernum caderet, vel illud proxime consequeretur. Decisum insuper, diem vigesimam primam Martii deinceps pro æquinoctio habendam, ut nempe omnes, quæ ex Astronomicis calculis oriri possent, de vero æquinoctio contentiones removerentur. Huic Nicæno decreto postmodum omnes Ecclesiæ acquiescerunt: attamen evolutis circiter mille trecentis annis a celebrioribus Astronomicis deprehensum est, vernum æquinoctium in diem decimam & undecimam etiam recidere, eoquod cardines isti in anno communi propter bisextilem diem in fixa statione non perseverent, sed

ſed ultro citroque fluctuantes biduum occupent: proinde a die, quæ circa Paſchatis celebrationem Nicenæ Synodi lege æquinoctio conſtituta fuerat, recedere neceſſum fuiſſet. Hunc vero ſcopulum ut declinaret Gregorius XIII. poſt diuturnas Aſtronomorum vigilias, ac impigros labores Calendarii emendationem procuravit, ſuaque auctoritate anno 1532. ſancivit, ut decem diebus expunctis annus ad priſtinas Nicæni ſæculi metas reductus fuerit, & ne deinceps iſti cardines evagarentur, ſed certis diebus affixi perſiſterent, proviſum eſt, ut ſingulis annorum centuriis vertentibus dies unus biſextilis omitteretur, quarta duntaxat excepta centuria, quæ biſextilem ex more retineret. Porro Gregoriana hac Calendarii emendatione usque in hanc diem omnes Catholici utuntur: Proteſtantes vero, etſi emendatiorem computandi methodum hucusque excogitando impares fuerint, emendatum tamen Calendarium rejiciunt, non alio ducti fundamento, quam quod illud cujusdam Romani Pontificis auctoritate ſtabilitum fuerit: vix tamen explicari poteſt, quot quamque graves hæc diſſenſio perturbationes, querelas, confuſiones, & in Camera Imperiali & comitiis diſputationes excitarit; hinc habebantur inter Proteſtantes Mathe-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

ma-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

maticos crebræ consultationes, eo tendentes, ut Paschæ celebratio non in eandem diem, qua illud Judæi celebrant, coincidat, & tamen Dyonisiani aut Gregoriani Cycli computatio adhibeatur. Enimvero Principes Protestantes die tertia Octobris anni 1699 unanimi consensu sanxere, semper hinc computationem juxta Caculum Astronomicum esse faciendam: anno autem millesimo septingentesimo conclusum erat, sequendas esse Rudolphinas Kepleri tabulas, atque ex iis ad meridianum Uranoburgicum tempus æquinoctii verni, proin Paschale plenilunium &c. esse designandum. Deprehensum tamen est, quod anno 1744 juxta calculum Astronomicum Æquinoctium vernale diem vigesimam Martii, & sequens plenilunium diem octavam Apr. occupet, hinc die nona Aprilis quia præcedens dies octava Aprilis Sabbatum erat, Pascha celebrari statuebantur. Ne ergo Protestantes errorem deprehensum corrigere & Gregorianam emendationem sequi viderentur, præfato anno cum Catholici in universo Orbe Paschæ die decima sexta Aprilis juxta Gregorianam Calendarii emendationem celebrarent, Protestantes pro illo nonam Aprilis designarunt. Eodem anno conclusserunt, ut deinceps, si Judæorum Pa-

Pascha, uti v. g. annis 1778. & 1798., cum Christianorum incideret, Pascha ad octo dies protraheretur. Ast hoc Protestantium conclusum Moguntinus Elector ac Comitiorum Director ad Imperii acta referre constanter renuit; Imperator quoque Acatholicos Principes hac in re ad uniformitatem impense hortabatur, eoquod Paschate in variis præcipue mixtæ religionis regionibus diverso tempore celebrato ingens confusio oriretur, quæ tamen maximi momenti turbæ haud facilius, quam concordi Paschatis celebratione declinari possent. Aliam tamen viam ingredi tentabant ex Protestantibus eruditis non pauci, ac præ ceteris anno hujus sæculi trigesimo octavo die undecima Maji Andræas Celsius Upsalæ in Suecia Matheseos Professor hanc in rem Friderico Sueciæ Regi libellum supplicem obtulit. Præprimis ergo Nicenæ Synodi decretum adduxit, vi cujus statutum, ut Christiani Pascha in die Dominica post Judæorum Pascha celebrarent, si vero horum Pascha in diem Dominicam inciderit, a Christianis sequenti Dominica haberetur. Hoc posito Professor intulit, quod Judæi, cum suum Pascha in plenilunio Mensis Nisan celebrent, & proxima dies seu novilunium æquinoctio vernali omnino proximum

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

sit,

Sæc. XVIII. A. C. 1741

ſit, neceſſe fuerit, ut Chriſtianorum Paſcha Aſtronomicæ æquinoctii vernalis & plenilunii computationi interetur. Eapropter, inquit ipſe, in Nicæna Synodo in mandatis datum Alexandrino Epiſcopo, ut peritiſſimorum Aſtronomorum judicio & certum diem, quo Paſcha celebrandum eſſet, omnibus Chriſtianis quovis anno indicaret: id vero cum ob Chriſtianorum diſtantiam difficillimum eſſet, poſtea ac præſertim in ſæculo VI. ab Abbate Dionyſio Exiguo perpetuum Calendarium fuerit excogitatum, in quo vernale æquinoctium diem vigeſimam primam Martii immote occuparet, & pro Paſchate plenilunium ex Aureo numero, vel Cyclo decemnovennali deſignatur; præfato enim Abbati perſuaſum erat, quod eo tempore novilunium & Luna decreſcens in Calendario Juliano ad eandem diem & horam revertatur. Verum utramque hanc Dionyſii ſuppoſitionem fallere putabat Profeſſor, eo quod æquinoctium vernale in Calendario Juliano intra centum triginta tres dies unum diem præcurrat, adeoque æquinoctium vernale, quod Nicæni Concilii tempore in diem vigeſimam primam Martii incideret, noſtro ævo diem nonam occuparit, hacque de cauſſa in Suecia, ubi falſa Dionyſii hypo-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

pothesis viget, Pascha, si Paschatis plenilunium intra nonum & vigesimum primum Martii diem cadit, semper contra Nicæni regulam celebretur. Insuper observavit hic Professor, quod novilunium & Luna decrescens post novendecim annorum decursum non in hoc tempus incidat, sed intra trecentos duodecim annos circiter uno die serius: proin eo tempore novilunia in perpetuo Dionysii Calendario quatuor aut quinque diebus tardius annotati reperiantur, ac etiam legitimum celebrandi Paschatis tempus nonnihil perturbent. Hujus rei sequens adducit exemplum: Anno 1738. Aureus numerus est X., qui juxta Dionysii Calendarium indicat, quod novilunium Mensis Martii in decimam quartam, & plenilunium Paschale in vigesimam septimam Martii cadat, proin Pascha in proxima Dominica seu secunda sit celebrandum, quod tamen Nicæno decreto recta adversatur; jam facta æqua computatione astronomica hoc anno æquinoctium Vernale in nonam Martii vespere hora octava, & proximum novilunium eodem die hora undecima matutina, qui dies apud Judæos est primus dies Mensis Nisan, & sequens plenilunium cadit in diem vigesimum quartum Martii, vespere hora septima, qui Judæorum Pascha

Sæc. XVIII. A. C. 1741

ſcha eſt, & Chriſtiani proxima die Dominica ſeu vigeſima ſexta Martii ſuum Paſcha celebrare debuiſſent.

Ex his concluſit, quod ſi Paſcha juxta Synodi Nicænæ decretum eſt celebrandum, tunc ex Calendario Suecico Cyclica Dionyſii computatio una cum pleniluniis paſchalibus inde fluentibus penitus expungatur, & deinceps Paſcha juxta Aſtronomicam computationem figatur.

Cum ergo hanc Celſii opinionem tum Upſalenſe Conſiſtorium Academicum, quam Clerus comitialis approbaſſet, pariter Fridericus Rex juxta hanc ſententiam impoſterum Paſcha celebrari juſſit. Præterea ſtatuit, ut Catholicorum more deinceps, ſi poſt SS. Trinitatis Dominicam plures dies Dominicæ occurrunt, Evangelia vigeſimæ quintæ, ſextæ & ſeptimæ poſt Trinitatem inſerantur, ita, ut ſemper Evangelium de extremo judicii die foret ultimum. Insuper idem Rex ſuadentibus Regni Ordinibus feſtivos dies reſtringere voluit, eoquod eorum inſtitutio duntaxat ex pia intentione primorum Chriſtianorum ortum traxerit, dum hi per ſævas perſecutiones ubique diſperſi in memoriam ſanctorum Martyrum, ut ſeſe eorum exemplo ad parem fidei conſtantiam

tiam excitarent, certos dies ſolemniori ritu, feriando a ſervili opere celebrare ſtatuerunt; hanc vero piam conſuetudinem Græcæ & Romanæ Eccleſiæ conſervarint, necnon Sueciæ Reges, ſub quorum regimine nondum certa Eccleſiæ diſciplina fuerat invecta, circa hunc ritum nihil immutarint. Obſervabat quoque Rex, primum anno 1668. Eccleſiæ ſtatuta in Regno fuiſſe recepta, vi quorum SS. Apoſtolorum feſta ita fuere abolita, ut poſt peractum Divinum officium laboribus vacare licuerit, nihilominus opificum & ruſticorum famulos his diebus nequidem impoſita mulcta ad laborandum adigi potuiſſe, aliunde vero hos dies potationibus aliisque corruptelis fuiſſe conſumptos, & commercium, agriculturam &c. cum gravi damno neglectam &c.; hinc præcepit Rex, ut deinceps præter diem Dominicam duntaxat feriati feſtique dies eſſent Nativitas Domini, Paſcha, Pentecoſtes, prima Januarii, tres Reges, Mariæ Purificatio & Annuntiatio, Paraſceve, Aſcenſio Chriſti, S. Joannes Baptiſta, S. Michael & Feſtum omnium Sanctorum. In ceteris autem Feſtis, ſcilicet Viſitationis Mariæ, Feria quinta S. Hebdomadæ, feria tertia poſt Paſcha & Pentecoſten, omnibus Apoſtolorum diebus, in urbibus nulla habeatur

Sæc.XVIII. A.C.1741.

Sæc. XVIII
A. C. 1741.

concio, sed omnes laborare teneantur, secus decem argenti marcæ pendantur, ruri autem pueri ad laborandum incapaces catecheticæ institutioni mututinæ interfint.

§. XXXII.

Turcarum tolerantia erga Lutheranos.

Optandum sane esset, ut Protestantium nonnulli erga Catholicos tam foverent tolerantiam, quantam Turcis, qui tamen in præceptis christianæ charitatis peregrini sunt, Protestantes Sueci hoc anno experti sunt; postquam enim Fridericus Sueciæ Rex apud Turcarum Imperatore fædus pepigerat pro Natione Suecica sectæ libertatem & Lutherani Templi in Constantinopolitana urbe erigendi facultatem exoravit & a Sultano obtinuit, cum tamen Legatea Sueciæ Regis Oratoribus dum vellent in suis Palatiis sectæ suæ functiones cum suos Prædicantes in lingua germanica peragere permissum esset. Impetrata hac facultate mox Sueciæ Legatus Præco Constantinopoli Holmiam contendit, ut novæ Ecclesiæ fabricam regni Ordinibus impense commendaret, ipse etiam Ericus Benzelius Linkopensis Pseudo-Episcopus ad omnes Regni Prædicantes seu *Ministerium*, ut vocant,

Ex

Evangelicum epiſtolam encyclicam nomine Pſeudo-Epiſcoporum & Cleri Regni Sueciæ emiſit, ut a ſuis ovibus pro conſtruenda Eccleſia, & redimendis Suecicæ Nationis captivis pecunias colligi curent. Haud Lectori injucundum erit, ſi ipſam hanc epiſtolam adduxero. Eſt autem hujus tenoris:

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

„Credimus, *maxime Reverendi atque „ampliſſimi Viri*, & in Apoſtolico, quod „dicitur ſymbolo, univerſa Chriſti Ec„cleſia confitetur, ſe credere τὴν τῶν „ἁγίων κοινωνίαν, per quam omnes viri „chriſtiani non tantum, utpote per fi„dem unius corporis membra, eorun„dem, quæ Chriſtus obedientia ſua ac„quiſivit, beneficiorum, ſeu ſpiritualium „& cæleſtium bonorum, ſinguli red„duntur participes; ſed ad eadem offi„cia, invicem præſtanda, obſtringun„tur, atque ſancto unius ejusdemque „ſpiritus ductu feruntur. In hisce offi„ciis non infimum locum ſibi vindicat „beneficentia erga afflictos & egenos, „κλήσεως καὶ πίστεως συμμετόχους, ubicum„que terrarum degerint, alacriter ex„hibenda. Hanc Doctor gentium Rom. „XV., 26. adpellavit κοινωνίαν εἰς τοὺς „πτωχοὺς τῶν ἁγίων, exhortatus cap. XII. „13. Romanos τοῖς χρείαις τῶν ἁγίων „κοινωνοῦν, adſeruitque alibi hac κοινωνίᾳ

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„manifestari κοινωνίαν πίστεως in gaudium „Ecclesiæ gloriamque Dei. Sicut enim „salvifica fides, ratione objecti ac fo„mæ, est una, atque omnibus, cujus„cumque gentis, conditionis, ætatis „& temporis, credentibus communis, „ita etiam omnes ubique ad mutua vo„ta, studia, officia & auxilia accendit „obligatque, ut quos κοινωνία πίστεως facit „συγκληρονόμους καὶ τῆς ἐπαγγελίας συμμετόχους „Eph. III. 6. eos non possit non etiam „reddere εὔσπλαγχνους, συμπαθεῖς καὶ συνεπι„λαμβανομένους, quemadmodum naturalis „inter membra unius corporis συμπάθεια „arguit divinum in membris mystici cor„poris requiri consensum, quo unus„quisque regenitorum de ceterorum „commodis vel adversis velit debea„que participare. vide 1. Corinth. XII. „25. seqq. At intra benevolum ani„mi adfectum non terminatur chri„stiana commiseratio seu ἐλεημοσύνη, sed „(quæ etiam est receptior nominis no„tio) in effectum sive praxin amat de„duci, jubente ipso Salvatore, Luc. XI. „41. Eleemosynarum autem in sola„tium & sublevamen indigentium, ne„lectio atque errogatio incunabulis ec„clesiæ coæva est; Paulus enim hanc „ut præclarum pietatis opus & fidei „γνώρισμα laudavit in Macedonibus alis„que Græcis, atque diligenter commen„dari

„davit Romanis, Rom. XV. 26. seq. pa- Sæc. XVIII.
„riterque Corinthiis, 1. Cor. XVI. 1. A. C. 1741.
„seqq. ubi ostendit & modum eas col-
„ligendi, & in quorum præcipue usum
„collectio debeat fieri, scilicet egeno-
„rum, non solum domesticorum, ve-
„rum etiam exterorum, qui per κοινωνίαν
„πίςεως inveniuntur σύσσωμοι. Qui mo-
„dus & usus seu finis eleemosyna-
„rum, omni deinceps tempore, inter
„Christianos adeo sancte observatus fuit,
„ut hodieque, quantumvis refrigescen-
„te in plurimorum cordibus caritate lau-
„dabilissime & utilissime frequentetur.

„Hinc, *Venerandi & Dilectissimi Fra-*
„*tres*, certa nos habet fiducia, non in-
„gratam Vobis fore hanc nostram epi-
„stolam, si sciveritis caussam scriptionis
„piam justamque apud Vos subire con-
„siderationem. Minister Evangelii, Vir
„non religiosus minus, quam eruditus,
„utque hoc addamus, Germanicæ quo-
„que linguæ apprime peritus, Legatio-
„ni Augustissimi nostri Regis ad Portam
„Ottomanicam a concionibus sacris nu-
„per redux, coram nobis, in publicis
„Ordinum Regni comitiis heic congre-
„gatis, multa commemoravit de lamen-
„tabili eorum conditione, qui, in reli-
„gione Evangelica educati, postmodum
„vel captivitate, vel navigatione vel

Sæc. XVIII. A C. 1741.

„alia occasione, in Turcicum imperium „traducti, illic sparsim vivunt, ideo „quam maxime miseri, quod omni fere „me animarum cura destituantur, Mis„sionariis Pontificiis eos vel penitus ne„gligentibus, vel, si redemerint, plu„rosque tamen eorum ad sua dogmata „ac sacra seducentibus.

„Hisce συμφύτων nostrorum nos mo„ti miseriis, omnem pro re nostra soler„ter circumspeximus & inivimus ratio„nem colligendi & constituendi aliquam „Constantinopoli Evangelicæ Confessio„nis Ecclesiam, ad quam miserabiles „captivi, vel exules vel alioquin illuc „delati, possent sponte se conferre, ide„circo & quoniam vi fœderis inter me„moratam Regis nostri Majestatem & „dictam Portam non ita pridem indul„libertas Religionis Evangelicis illic „concessa est, ad procurandam ædis sa„cræ constructionem in Ottomanici Im„perii urbe primaria, Constantinopoli „Clementissimi nostri Regis impetravi„mus gratiam, atque simul Ecclesia„rum per universam Patriam nostram „compromisimus symbolas quantopius „conferendas, ut de Templi structura „& redemptione captivorum optatum „nobis successum possimus polliceri. Et „de perenni ejus conservatione necnon „de

„de Ecclesiæ illuc congregandæ successu „perpetuo longe graviori angimur soli- „citudine, cum videamur nobis prævi- „dere, auditores illic terrarum esse non „solum accersendos, sed & plerumque „numerato pretio hinc illinc redimen- „dos.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„Proinde, *Viri ac Fratres Honora- „tissimi*, nos freti Christiana, cujus supra „meminimus, κοινωνία, qua & Vos & „nos & qui procul hinc inter Muham- „medanos opem nostram anxie anhe- „lant, unum sumus vel saltem esse de- „bemus, Vos, & quibus præpositi e- „stis, Evangelicas Ecclesias non tantum „debito honore, sed & animis pronum „ac benignum assensum præsagientibus, „rogamus, & obsecramus, Velitis Vos „quoque annuam eleemosynarum, seu „pecuniæ ab Ecclesiis, quæ apud Vos „florent, procurare collectionem pro „redimendis & porro refocillandis iis, „qui nostræ Religionis sunt homines, „Constantinopoli & Smirnæ, aut alibi „in vicinis tractibus captivi vel alioquin „extorres. Modum, quo talis εἰς τοὺς „ἁγίους λογία, seu διακονία λειτουργίας com- „modissime fieri potuerit, Corinthios „docuit θεόπνευστος Paulus hisce verbis: „κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ᾽ ἑαυτῷ „τιθέτω θησαυρίζων, ὅ, τι ἂν εὐοδῶται. I. „Cor. XVI. 2. Argumenta autem, pro

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

„adſtruenda practicæ hujus κοινωνίας æ-
„quitate, facilitate, pietate, neceſſitate
„& utilitate, tot eaque maximi mo-
„menti, toto poſterioris ſuæ ad Coro-
„thios Epiſtolæ nono capite coacerva-
„vit idem Apoſtolus, ut nefas putave-
„rimus dubitare, quin eisdem & ipſe
„met commoveamini, & potueritis pe-
„movere veſtros Auditores ad eleemo-
„ſynas, quas enixe poſcimus petimus-
„que, non nobis, ſed veſtris pariter ac
„noſtris, per communem fidei confeſ-
„ſionisque teſſeram, fratribus, in mul-
„ta afflictione & præſentiſſimo æternum
„amittendæ ſalutis periculo, conſtitu-
„tis. Facite, o! in Chriſto Jeſu Dil-
„ectiſſimi *Fratres*, facite, & ut Veſtri ge-
„ges univerſum faciant, date operam
„quod confeſſæ τῶν ἁγίων κοινωνίᾳ conve-
„nit, fides intendit, caritas urget, ſpi-
„ritus operatur, Jeſus omnium Domi-
„nus juſſit, Paulus monuit, commi-
„rabilis captivorum exulumque inter
„Muhammedanos, noſtrorum commu-
„nium fratrum, διασπορὰ efflictim ambu-
„lat, & denique univerſa orbis Suevico-
„Gothici eccleſia per nos efflagitat ex-
„ſpectatque.

„Quia tamen per celebratam pieta-
„tis caritatisque veſtræ laudem ſumus
„perſuaſi, idem de Philemone ſuo ſcri-
„pſit Paulus Epiſt. v. 5. 6. 7.; colopho-
„nis

„nis loco ſubmonitum volumus, pecu- Sæc. XVIII.
„niam, quæ apud vos in antedictum u- A. C. 1741.
„ſum, ſcilicet captivorum redemptio-
„nem, annuatim collecta fuerit, omnium
„tutiſſime poſſe ad Legationem Sueci-
„cam, quæ ad Portam Ottomanicam re-
„ſidet, rationemque redditura eſt, modo
„mercatoribus recepto, transmitti, ne in
„manus incidat Romanenſium, quibus
„antiquum eſt, captivos Evangelicæ Re-
„ligionis non redimere, niſi prius jura-
„tos, ſe Pontificiæ Religionis eſſe am-
„plexuros dogmata. Hoc voluimus.
„Deus, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, *Vos Viri*
„*& Fratres pl. Honorandi ac Dilectiſſimi*,
„omnesque, qui Veſtræ curæ & inſpe-
„ctioni commiſſi ſunt, Chriſtianos, ſin-
„cero συμπαθείας affectu impleat, ut
„διακωνία λειτουργίας, quam nos rogatum
„hac epiſtola contendimus, fiat συνα-
„ναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, καὶ
„περισσεύουσα διὰ πολλῶν ευχαριστιῶν τῷ Θεῷ. 2.
„Cor. IX. 17. Valete in Chriſto Jeſu! Da-
„bamus Stockholmiæ Poſtridie Idus
„Sextileis Anni MDCCXLI.

Admodum Rever. Dignitatum Veſtrarum
Cultor Obſervantiſſimus.
Nomine Epiſcoporum & Cleri Regni Sueciæ,
ERICUS BENZELIUS,
Theol. D. & Epiſcop. Lincopenſis.

§. XXXIII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

§. XXXIII.

Exoticæ opiniones ac diffidia apud Protestantes.

Hoc item anno ex privato spiritu, de crasque literas interpretandi ac prædicandi promiscua libertate velut ab infecta radice nocivi progerminabant dissensionum errorumque fructus ac monstra: præprimis enim Joannes Udalricus Coburgensis Præco & Gymnasii Gymnasirini Vice-Director medium detum animarum a corpore separatarum adinvenit, suaque somnia non modo suis Discipulis propinavit, sed & una priori publicis typis in suo programmate in vulgus sparsit. Fingebat ergo, ante ultimum judicii diem nec justos vitam beatifica fruituros, nec impios inferni flammis esse cruciandos: sed hos dumtaxat inferni metu torquendos, illos vero certissima beatitudis spe, & piorum ac cælestium spirituum consortio lætandos. Ne vero huic delirio sacrilego Divini verbi fulcrum deesse videretur, id probari putabat ex verbis hisce: *Hodie mecum eris in Paradiso*: inde inferebat, hunc paradisum, ad quem bonus latro post mortem deductus fuit, non alium esse, quam illum locum, ad quem Christus post perpessam Crucis mortem

per-

pervenit, Christi autem animam a corpore separatam non illico post mortem ad Dei visionem pervenisse, eoquod ipse post resurrectionem suam Joan. 20. Magdalenæ dixisset: *nondum ascendi ad Patrem meum:* proin nec latronis, nec aliorum fidelium animas statim ad Dei visionem transferri. Insuper commentum suum ex II. Cor. c. 12. ℣. 2. fulcire nitebatur, asserendo: Paradisum nil aliud esse, quam cælum tertium, ad quod raptus erat D. Paulus, hic vero, quamdiu vixit, Deum non vidit, uti ipsus testatur 1. Tim. 6. nec ergo latro post mortem suam translatus ad Paradisum pervenit ad visionem Dei. Alterum ipsius non minus absurdum argumentum desumpserat ex responso interfectorum subtus altare clamantium, animabus dato: *Adhuc exspectate modicum, donec impleatur numerus Fratrum vestrorum,* in cælo autem nullum esse, ajebat hic Fanaticus, vindictæ desiderium, nullam exspectationem &c. Tertium eruit ex illis verbis, in quibus de judicio extremo dicitur, quod *tunc* unusquisque recipiet, prout gessit in corpore suo, & quod *tunc* fideles accipient regnum æternum & coronam justitiæ, non ergo, concludit ipse, *statim* post mortem suam recipient &c., si autem, addebat ille, hi textus intelligerentur de *consummata*

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

co-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

corona &c. tunc hoc esset mera principii petitio. Scisciantì vero, quo demum in loco animæ sint, priusquam vel in cælum vel in infernum assumuntur, respondet, se cum Catholicis purgatorium non admittere, sed statuere, piis stos esse quidem in cælo, sed visione beatifica carere, & impios in inferno, sed ab igne non torqueri.

Non deerant, qui hunc sommistarem refellere dignarentur, & quidem ex his Anonymus quidam meditationes hoc anno edidit, in quibus ad primum Oldburgensis Theologi argumentum respondet, sacrilegio proximum esse, si animæ Christi in triduo mortis visio Dei abnegetur, cum eo tempore personalis conjunctio Christi non desierit, ac Christus omnia consummarit, adeo ut Dei visione privari non meruerit, Christum quidem tunc cum corpore & anima nondum in cælos ascendisse, nec ad dexteram Patris sedisse, inde tamen non sequi, quod anima Christi, dum e corpore egressa in Paradisum intravit, Dei visione caruerit: perperam etiam adduci raptum Pauli; utpote tum adhuc in terra viventis; quæstionem enim non esse de vivis, vel extasi raptis, sed de fidelium mortuorum animabus vel in fernum vel cælum promerentibus: ex-

spectat.

ſpectationem corporis glorificandi non obeſſe conſummatæ felicitati *animarum*; nec deprehendi petitionem principii, verum enim eſſe, 1. quod animæ ſtatim poſt mortem vel in cælum vel in infernum mittantur, 2. & quod homo poſt extremum judicii diem unacum corpore & anima vel plenam mercedem vel integram pænam conſecuturus ſit. De tertio autem hoc loco multum aſſeri, ſed nihil probari. Ceterum jam antea prodiere quatuordecim epiſtolæ de *ſyſtemate veterum & recentiorum circa ſtatum animarum a corpore ſeparatarum*; has tamen epiſtolas Clemens XII. Papa jam anno 1739. die 13. April. atro ſtigmate notari juſſerat. Frequentes inſuper hoc quoque anno inter Proteſtantes Miniſtellos fervebant diſſenſiones; nam agitabatur adhuc ultro citroque cum magna animorum contentione controverſia de privatis collegiis apud Præconem habendis; ea nonnulli ceu ſub pietatis ſpecie latens ſchismatis fomentum deteſtabantur, aliis illa æque neceſſaria, ac ipſa Eccleſia, confeſſionale, Baptiſterium & Altaria eſſe videbantur: ſcriptis ſat amarulentis hinc inde per plures annos diſceptatum, & demum hæc conventicula in Dania hoc anno fuere approbata, in Boruſſia vero prohibita.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Pari-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Pariter hoc quoque anno circa con-
feſſionem & abſolutionem Prædicantes
inter ſe acriter digladiabantur; ac inter
alios Kahlerus confeſſionem nil aliud
eſſe propugnabat, quam excommuni-
tionem minorem; inſuper clavium po-
teſtatem nec Prædicantibus, nec Eccle-
ſiæ Lutheranæ datam eſſe, ſed ad do-
num miraculorum pertinere aſſerens;
his admodum modeſte addebat, pla-
ſimam Præconum partem lupis rapa-
bus ſimilem, nullumque ex illis me-
dium ſecreta cognoſcendi gratia dato
tum eſſe. Hujus opinioni obſtitit Hol-
reifers, qui alio commento prorſus ri-
diculo (quid enim naturalius, quam
quod monſtra parturiant monſtra) ex-
cedens, ſtatuit, jam ab Adami ætate
Prædicantibus datam eſſe poteſtatem
peccata dimittendi: aliam poſtea viam
iniit J. J. Moſer, docuitque abſolutionem
a Prædicante datam non eſſe *collativam*,
ſed duntaxat *declarativam* & *applicativam*,
eamque ſolummodo *conditionate* datam
poſſe. Huic opinioni refragabantur a-
lii, qui docebant, ejusmodi declara-
vam ſeu annuntiativam abſolutionem
adverſari primis Theologiæ principiis,
collativam vero eſſe fundatam in verbis
Joan. XX, v. 23. conditionatam quoque
Divino mandato ac exemplo Matth. 18.
Luc. VII. Matth. 9. eſſe contrariam ob-

alii ulterius progressi tradebant, confessionem quidem esse utilem, pænitenti autem nihil aliud nisi admonitionem vel instructionem esse dandam, manus vero impositionem esse supervacaneam, temerariam & periculosam, & omnino inconsultum esse, ut SS. Trinitatis nomen absolutionis formulæ insereretur. Huic sententiæ sese opponebant non pauci; quinimo in regionibus Brandeburgicis populi arbitrio relictum fuit, utrum Confessionem ante Cænam facere velint vel non: in aliis regionibus præceptum fuit Prædicantibus, ut ipsi, si Princeps confessionem privatam abrogare velit, huic mandato morem gererent &c.

Sæc.XVIII. A.C.1741.

Necdum etiam deferbuit contentio inter Lutheranos Jureconsultos & Prædicantes circa Principum jura in sacra; illi enim, ut se Principum suorum genio ab omni dependentia alieno accommodarent, illimitatum jus (excluso etiam Prædicantium consilio & assensu) in res Ecclesiasticas Principi vel Magistratui adjudicant, & juxta Christiani Thomasii principia Cæsaro-Papiam invehunt: amare autem queruntur alii Præcones, qui politicos incusant, quod non Principis jura tueri & augere intenti sint, sed potius ideo Verbi Mini-

Sæc. XVIII. A. C. 1741

ſtros deprimant, ut per Religionis & Miniſterii contemptum privatas ſuas opiniones circa res ſacras in Eccleſiam invehant, & illimitatum dominatum in conſcientias & Eccleſiæ diſciplinam exerceant, ac ſenſim non modo eas res, quæ ad externum Religionis ſtatum ſpectant, ſed & quæ ipſam etiam Religionem attingunt, pro ſuo arbitrio & beneplacito ſub ementita Principis auctoritate vel immutent, vel omnino abrogent, adeo, ut Religio brevi in politicam tuto regnandi artem, humanique ingenii commentum transformanda ſit. Hæ ſunt hodiedum Prædicantium potiſſimorum querelæ ac gemitus, cum tamen potius ſuos Protoparentes incuſare deberent, qui, ne uni Eccleſiæ Capiti ſeſe ſubjicerent, ſe totamque ſuam Eccleſiam innumeris ſubdiderunt.

§. XXXIV.

Libri a S. Romanæ Inquiſitionis Congregatione proſcripti.

Cum identidem librorum, qui vel fere doctrinæ vel bonis moribus adverſantur, contagio in omnibus fere Provinciis latius ſerperet, S. Romanæ Inquiſitionis præpoſiti Cardinales, quantum in ipſis erat, ejusmodi malo proſcriptionis publicæ remedium opponere non deſiſtebant.

runt, & quidem jam anno 1739. die decima tertia Aprilis per ſpeciale decretum atro ſtigmate notarunt *acta Eccleſiæ Ultrajectinæ exhibita in defenſionem jurium Archiepiſcopi & Capituli ejusdem Eccleſiæ adverſus ſcriptum Cardinalis Archiepiſcopi Mechlinienſis.* Eadem die proſcripta eſt *Theoria telluris ſacræ* a Thoma Burneto edita, necnon alius liber ſub nomine Theophili Iſraelis Canzii vulgatus cum titulo: *Philoſophiæ Leibnitianæ & Wolffianæ uſus in Theologia*, item Nicolai Carteromaci *Ricciardetto.* Affixus quoque eſt Montgeroni liber *de veritate miraculorum a Paride aliisque Appellantibus patratorum*, unacum alio libro, cui titulus: *Ritus & conſuetudines omnium populorum in univerſo.* Pariter Radulphi Cudworthi ſyſtema intellectuale rejectum fuit unacum libro *de jejunio perpetuo in honorem immaculatæ Conceptionis B. V.* Fuere inſuper ad proſcriptos rejecti I, *Philomaſtyges Caſelius.* II. *Diurnale Indulgentiarum cinguli.* III. Hugonis Grotii *Manes vindicati.* IV. Henrici Hamel *Officium B. V. parallelometricum.* V. Henrici Kippingii *antiquitates Romanæ.* VI. Diſſertationes *Lovanienſes de locis Theologicis.* VII. *Hiſtoria Inquiſitionis.* VIII. *Newtonianismus pro fœminis.* IX. Relatio *de liberis Murariis.* X. Emanuelis Schwedenbergii *principia*

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII | A. C. 1741

rerum naturalium. XI. *Historia Eucharistiæ infantium.*

Sequenti autem anno die vigesima sexta Ianuarii eadem S. Congregatio proscripsit Parlamenti decretum, quo plurium Episcoporum epistolam de Appellantibus Sacramentorum jure privantibus suppressit: Clemens vero XII. peculiare Breve die vigesima sexta Januarii confixit P. Petri Courayeri Historiam Concilii Tridentini, & continuationem Novellarum Ecclesiasticarum. Benedictus quoque Papa singulari decreto prohibuit responsum ad Instructionem Bergeri Montpessulani Episcopi.

Anno autem hujus sæculi quinquagesimo primo Benedictus XIV. sexto Decembris ad noxiorum librorum censuram rejecit collectionem consultationum Parisiensium Advocatorum contra Officialem Cameracensem. Pariter idem Pontifex speciali decreto die quinta Junii prohibuit *Tabulam Historiam vitæ Beati Joannis Soanen Sanitiensis Episcopi.*

§. XXXV.

Principes atque Illustres hoc anno fatis functi.

Hic quoque annus multorum Principum obitu sat funestus erat, & quo-

quidem inter ceteros extrema gaudii occupabat luctus totius Sardiniæ regni; quippe Elisabetha Theresia Lotharingiæ Ducis Filia, Caroli III. Emanuelis Sardiniæ Regis conjux, postquam die vigesima secunda Junii ad maximam patriæ spem Filium vegetum, ac robore præstantem genuerat, die tertia Julii ex ardenti febri decessit, nonnisi viginti novem annos nata. Sequentis vero Mensis die vigesima sexta mortalitatem exuit Maria Elisabetha, Lucia, Theresia Austriæ Archiducissa & Belgii Gubernatrix. Erat Leopoldi I. Imperatoris Filia & Caroli VI. Soror, quæ ob singularem suam prudentiam, & raram regendi dexteritatem a Belgis immortalem gloriam in terris, & propter vitæ innocentiam, ac virtutum excellentiam a Deo æternam, ut sperare licet, mercedem in cælis obtinuit. Obiit inchoato ætatis sexagesimo secundo anno. Pari fato die decima septima Junii vivere desiit Aloysius Pisanus Venetæ reipublicæ Dux annos natus septuaginta octo cum sex Mensibus. Successit eidem Petrus Eques Grimaldus antea Procurator S. Marci, qui unanimi omnium suffragio die trigesima ejusdem Mensis electus fuerat. Hos die decima quinta Junii ad æternitatem præcesserat Don Raymundus de Espuiy,

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII
A. C. 1741.

vel *Du Puy*, ſupremus Ordinis militaris Equitum S. Joannis Jeroſolymitani Magiſter, cujus denuntiata morte confeſtim pro more Melitenſis portus fuit occluſus, ac poſtera die electo Miniſtrii Vicario ad veſperam conſueta papa ſepulturæ ſolemnia fuere celebrata. Dein Equitum quibus ſuffragii jus competit, nomina in ſcheda deſcripta publice Eccleſiæ ad S. Joannem valvis fuere affixa, excluſis Equitibus multo ærealieno gravatis. Tandem vero die decima octava Januarii in præfato Templo re Divina ſolemniter peracta Don Emanuel Pinto Luſitanus tum ſexagenarius annos natus in ſupremum Ordinis Magiſtrum renuntiatus eſt. Primum lumen aſpexerat die vigeſima quarta Maji anno Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo primo. His merito accendus venit Carolus Ambroſius Mediobarba, ſeu Mediobarbus patria Mediolanenſis, Patriarcha Alexandrinus, Vicarius Apoſtolicus ad Sinas & Latiſ. Pompejæ Epiſcopus; quantas vero ob clytus hic Præſul calamitates, contradictiones ac moleſtias a rituum prohibitorum Defenſoribus in Sinis paſſus fuerit, jam fuſius in prioribus tomulis relatum eſt, & in Moreti Dictionarii ſupplemento tom. III. p. 335. enarratum legitur. Legationis ſuæ acta Pa-

Vin-

Viani, qui ei a confessionibus & epistolis erat, exacte conscripsit. Obiit zelosissimus hic Præsul Romæ Mense Decembri, postquam jam anno 1725. ea, quæ in Sinensi sua Legatione gesserat, in Concilio Romano a Benedicto XIII. fuerant unanimi calculo approbata. Hoc item anno obiisse creditur Joannes Albertus I. Archambaud Comes de Bucquoy, quo vix alius illo ævo in toto Orbe plura variantis fortunæ fata maxime ab ipsiusmet mirabili genio fabricata subiit, quæ ipsemet in Historia vitæ suæ descripsit, pluraque alia opuscula Theologica, moralia, Politica & satyrica posteris reliquit. Vivere desiit ferme nonagenarius Londini die decima nona Novembris. Die etiam vigesima sexta Junii vivis ereptus est Guilielmus Henricus Dux Saxo-Eisenacensis ultimus hujus familiæ anno ætatis quinquagesimo. Præter hos morti succubuere nonnulli Ecclesiastica dignitate conspicui, & quidem die decima quarta Junii Deodatus Drion Princeps & Abbas Stabulensis ac Malmedyensis Ord. S. Benedicti annos natus septuaginta quatuor, cui successerat die decima quarta Septembris Josephus de Noller. Die autem vigesima prima Maji Josephus Martelli Florentiæ in Etruria Archiepiscopus, Mense Februario Mustæus

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Farsetti Archiepiscopus Ravennas. Mense Majo Ludovicus de Salcedo Hispalensis Archipræsul, qui Successorem nactus est Regium Principem Ludovicum Cardinalem & Archiepiscopum Toletanum.

§. XXXVI.

Celebrium Scriptorum Religione Catholicorum obitus & opera.

Hoc item anno plures eruditione, editisque libris celebratissimi Scriptores Catholici concessum a Deo vivendi curriculum confecere. Ex his primo loco recensendus venit æterna memoria dignissimus P. Bernardus de Montfaucon Benedictinus ex Congregatione S. Mauri, nobili genere in Castro Rupis Scissæ ortus. Jam anno vigesimo primo ætatis suæ solemni votorum suscepsione sese Deo totum in Monasterio B. Mariæ Deauratæ die decima tertia Maji an. 1676. dicabat. Is ex primis erat, quos sapientissimi ejus Superiores Græcis literis auspicato studio imbui curarunt. Ad has vero Bernardus pro insatiabili suo sciendi ardore Hebraici idiomatis cognitionem, Romanarum antiquitatum, Græcarumque tam Ecclesiasticarum quam profanarum studium adjunxit. His Theologiæ ac Historiæ subsidiis

diis probe instructus ad optimorum quorumque librorum & veterum Codicum lectionem necnon ad Auctorum ex Græco in latinum translationem suaviter incubuit. Unde haud mirum, quod Bernardus intra paucos annos in literaria republica sibi maximam omnigenæ eruditionis famam compararit, atque inter doctissimos sui ævi Viros meritissimo jure numeratus fuerit. Vastissimæ hujus scientiæ testes sunt tot ejusdem lucubrationes, quibus omnium eruditorum consensu immortalem laudem ab ipsis etiam Protestantibus promeruit. Scripsit enim I. Analecta Græca hactenus inedita, II *Historiæ Judith veritatem vindicatam.* III. Epistolam ad Abbatem Renodotium circa præfationem Jacobi Grenovii IV. Opera S. Athanasii unacum doctissima præfatione & vita ejusdem S. Patris. V. Epistolam ad . . . an vera sit narratio Rufini de baptizatis pueris a puero Athanasio? Item de tempore mortis Alexandri Episcopi Alexandrini & de obitus die S. Athanasii contra P. Sollierum Jesuitam. VI. Librum Philonis de vita contemplativa, ubi Montfauconius ostendit, Therapeutas fuisse veros Christianos. VII. Epistolam ad Montfauconium de Therapeutarum religione cum suo responso. VIII. Palælogiam Græcam. IX. Biblio-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

thecam Coislinianam, olim Segurie-nam, sive manuscriptorum omnium Græcorum, quæ in ea continentur, ac curatam descriptionem.

Cum vero Montfauconius firmum fixumque haberet, Ecclesiæ Græcæ Pa-trum opera suæ primitivæ puritati ad novas editiones reddere, hinc in Ita-liam proficisci statuit, ut in celebriores Bibliothecis veteres eorundem manu-scriptos Codices consulere, & ad illorum fidem emendatiores editiones adornare posset. Romam igitur delatus, non modo ab omnibus eruditis Viris, sed ab ipso etiam Clemente XI. Pontifice Maximo perbenigne exceptus est, qui circa ei ad celebriores Bibliothecas ad-cillimus, ubique aditus patuit, ac tan-per summæ raritatis antiquitatisque monumenta, quæ exteris vix monstra-ri, minus vero uti datur, ad usum sui-sibi retinere licuit. Eo quoque tem-re, quo Romæ agebat, post Clem. Stephanotii obitum officio Procura-ris Generalis fungi jussus est; cum ma-ro negotiorum frequentia illum a ra-rarum otio averteret, Roma Patri-revertendi facultatem petiit, obtinu-que; priusquam vero urbe discesserit, *Vindicias editionis operum S. Augustini Benedictinis adornatæ* sub nomine Bur-

ſtæ de Reviera typis vulgavit adverſus epiſtolam Abbatis Germani. Edidit quoque ſuum Diarium Italicum, quod tamen Fioronius confutavit, Montfauconius vero mox in ſuo reſponſo, quod in ſupplemento Diarii Pariſienſis ad Menſem Januarium anni 1709. habetur, hujus critici animadverſiones non ſatis ſanas ac prudentes eſſe oſtendit, ac ipſemet P. Romualdus Ricobaldus, Monachus Caſſinenſis, pro Montfauconio apologiam Italici Diarii publici juris fecit. Paulopoſt Montfauconius ad publicam rei literariæ utilitatem vulgavit *Collectionem novam* Patrum & Scriptorum Græcorum, Euſebii Cæſarienſis, Athanaſii, & Coſmæ Ægyptii, necnon *Originis Hexapla* multo auctiora, quam quæ a Flaminio Nobilio & Joanne Druſio edita ſuere. Præterea egregiam Græco latinam operum S. Chryſoſtomi editionem undecim tomis comprehenſam potiſſimum curæ ac vigiliis doctiſſimi hujus Benedictini debemus. Ceteris vero præſtantiſſimum Montfauconii opus eſt ejus *Antiquitas exſplicata & imaginibus repræſentata* Vol. X. unacum ejus ſupplemento. V. Vol. Scripſit inſuper diſſertationem de planta, quæ *papyrus* vocatur, necnon monumenta Monarchiæ Gallicæ Vol. V. & Bibliothecam novam manuſcriptorum

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

præter plures Epistolas ad Emanuelem Martini. Denique latine interpretatus est *Typicum*, seu Regulam Monasterii Gratiaplenæ ab Imperatrice Irene Decæna pro Monialibus scriptam, ubi præcipue observari meretur, quod, quamvis disciplina admodum austera fuisset præscripta, non tamen ad clausuram adeo rigorosam, uti hodiedum, hæ moniales adstrictæ fuerint. Latine etiam reddidit Montfauconius Excerpta ex Heronis Geometria, necnon *Rationarium antiquum Augusti Cæsaris*, & *Rationarium novum Alexii Comneni*, & denique Tractatum *de antiquis mensuris & ponderibus*. Decessit tandem præstantissimus hic Scriptor cum summo Orbis literarii luctu & damno Parisiis die vigesima prima Decembris ferme octoginta septem annos natus. II. Carolus Rollin Parisinæ Universitatis Rector & Eloquentiæ Professor, qui Historiam antiquam Ægyptiorum, Chartaginensium, Assyriorum, Babyloniorum, Medorum &c. XIII. Volum. edidit. Scripsit etiam Historiam Romanorum a fundatione Romanæ Urbis usque ad Actiacam pugnam, quod opus postea Crevierus Rollini Discipulus prosecutus est. Pariter hic Scriptor Tractatum de studendi, & humaniores literas docendi methodo posteris reliquit præter novum

Quin-

Quintiliani editionem. Obiit Parisiis e- Sæc.XVIII.
menso octogesimo primo ætatis anno. A.C.1741.
III. Angelus Maria Pevarati Clericorum Regularium Theatinorum Sacerdos, qui Ferariæ die quarta Februarii annos natus quinquaginta sex decessit. Elucubravit præter elegans poema Isagogen de conscribenda bibliotheca, annotationes in Crispi Sallustii historiam de conjuratione Catiliniana & de bello Jugurithano, synopsin de historia, pedagogiam, Tractatum de Rufina gente & familia, de Urbis incendiis & Tyberis inundationibus, de etymologia & alia nonnulla. IV. Ibidem quoque die vigesima Januarii calamum & vitam posuit Nicolaus Baruffaldi, Vir in omni antiquitatum genere versatissimus, qui ad posteros transmisit compendium vitæ B. Joannis de Tossignano Ferariensi Episcopo præter annales ab anno 1660. usque ad annum 1720. continuatos & alia quædam ad illustrandam Ferariæ Historiam perutilia. V. Abbas Houteville, qui magnum sibi nomen comparabat per librum, cui titulus: *Religio Christiana factis Historicis comprobata*, quod tamen opus Criticorum non pauci acriter exagitabant. VI. Antonius Josephus Faydeau Ordinis Carmelitani Præpositus Generalis & Diniensis in Gallia Narbonensi Episcopus, qui præter

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

ter sermones pro Adventu & Quadrage-
gesima prælo subjecit *Rationes ad rec-
piendam Constitutionem* Unigenitus cu-
dissimas, ac Genealogiam & Historiam
antiquissimæ & nobilissimæ Prosapiæ
Comitum de Conti, nuncupatam In-
nocentio XIII., a quo etiam aureo nu-
mismate Parisios transmisso in gratitu-
dinis tesseram donatus fuit. Vivis
vero valedixit in sua Diœcesi die trige-
sima Novembris. VII. Dominicus Fe-
renin patria Lugdunensis, & e societate
Missionarius Sinensis, qui apud Sinarum
Imperatorem *Canghi* tantum gratiæ ve-
lebat, ut Sunicis Principibus fide Ca-
tholica imbutis non raro Religionis
Christianæ eversionem averterit, & tum
Peckinenses quam Cantonenses Missio-
narios in Imperatoris gratiam reduxe-
rit. Hujus Imperatoris jussu, quicquid
de Geometria, Astronomia, & Anato-
mia in celebrioribus Europæ Scriptori-
bus continetur, in Tartarico idiomate
conscripsit, multumque operæ contu-
lit, ad Museum Sinicum a Gottlieb Sie-
gefrido Bayer editum, cui etiam am-
plissimum Manuscriptum hujus linguæ
codicem submisit, eumque ad conte-
nendum Dictionarium Sinicum inuite-
vit, & varia eidem subsidia hanc in rem
suppeditavit. Pariter pro Christiano-
rum instructione & infidelium conver-
sione

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

ſione in Sinica & Tartarica lingua plures elucubravit libros. Exſtat quoque illius Mappa Geographica Sinenſis & Sinico-Tartarici regni præter plurimas epiſtolas. Tandem laboribus ac vitæ finem impoſuit die vigeſima ſeptima Septembris, ad cujus ſolemnes exequias die decima quinta Novembris Chriſtiano ritu celebratas Kienlungus Imperator expenſas ſubminiſtravit. VIII. Guilielmus Cuper ejusdem inſtituti Alumnus, qui varia apophtegmata ſacra ex piis opuſculis excerpſit, & Bollandianis Hagiographis adjunctus undecim tomos confecit, ubi exſtat hiſtoricus ejus Commentarius de S. Apoſtoli Jacobi Majoris prædicatione in Hiſpania, quem tamen poſtea P. Michael a ſancta Maria SS. Theologiæ Magiſter ex Ordine FF. Eremitarum S. Auguſtini editis duabus diſſertationibus impugnavit: Cuperus vero contra hunc Scriptorem vindicias ſcripſit, quæ ad calcem ultimi tomi in Menſe Julio in actis Bollandicis habentur adjectæ. Edidit idem Auctor Chronologiam Patriarcharum Conſtantinopolitanorum: grave tamen negotium ſibi faciſſivere acta S. Dominici ab eo edita: vix enim illa lucem publicam aſpexerant, cum illico epiſtolæ anonymæ calamo virulento ſcriptæ contra Cuperum ejusque

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

que ſocios divulgarentur: majoris adhuc indignationis argumentum erat, dum Cuperus negaſſe videbatur, quod S. Dominicus ex nobiliſſima Guzmanorum familia ortus fuerit. Nam hunc honorem Sancto ejusque Ordini recens ſubtrahi ægerrime ferebant ejus Alumni, unde ab eorum calamis Cuperus mul[illegible] exceptus eſt, cui tamen gemina apologia ſuppetias tulit quidam Sacerdos Salmanticenſis, & alius, qui ſe Germano Catholicum nominat; neuter tamen rem confeciſſe videtur. Poſtea vero anno 1739. P. Antonius Touronus celebris Dominicanus ac Hiſtoriographus, criticam diſſertationem pro diſcrendo Guzmanico S. Dominici ſtemmate vulgavit; hunc tamen Cuperus anno ſequenti refellere aggreſſus eſt. Tandem vero anno 1740. P. Antonius Raymond Caſanatenſis Theologus & SS. Theologiæ Magiſter ſub auſpiciis ipſius Benedicti XIV. Pontificis Maximi Romæ edidit *Hiſtoricam demonſtrationem de Guzmana ſtirpe S. Dominici, Fundatoris Familiæ Fratrum Prædicatorum:* Hanc inquit Auctor vitæ Cuperi, *ſerius ab eo perlatam non vidit P. Cuperus, ſummopere ei placuiſſet, ſi legere potuiſſet; nam tot ria monumenta, magno labore collecta & pulchro ordine digeſta ſuæ lucubrationi inſerit, in quo dignam Religioſo Viro*

moderationem ubique servat. . . . . Judicium nostrum suspendimus, donec ea, quæ allegavit R. P. Bremondus, discussa, & ad criticæ regulas exacta fuerint. Præterea idem Cuperus plures scripsit commentarios, qui in præfatis actis leguntur. Decessit Antverpiæ ex hydrope die secunda Februarii anno ætatis quinquagesimo quinto. IX. Dominicus de Colonia itidem socius, qui præter tragedias, & orationes latinas conscripsit antiquitates Urbis Lugdunensis, libros V. de arte Rhetorica, tractatus de monumento Taurobolico, de Religione Christiana, & Historiam literariam Urbis Lugdunensis. Author insuper est famosæ *Bibliothecæ Jansenisticæ*, quæ tamen a S. Congregatione per speciale decretum die vigesima Septembris an. 1749. libris atro stigmate notatis inserta fuit. Attamen hujus Bibliothecæ vindices, quam indignis modis, ac impotentibus furiis in hoc sacræ Congregationis judicium, & omnibus meritis cumulatissimum Virum P. Augustinum Richinium illius Secretarium debacchati sint, a Viris Catholicis vix exspectari, aut credi potuisset. Ex his quidam sub nomine Theologi Lovaniensis adversus hujus libri proscriptionem totam furoris bilem effudit, ac Richinium indignis sane modis habuit. Verum hic idem

Sæc. XVIII. A.C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1741

Congregationis Secretarius non tam de quam Cardinales atque ipsum summum Pontificem egregie vindicavit, ac suo nomine *Romani Philalethis de justa Bibliothecæ Jansenianæ proscriptione ad Theologum Lovaniensem epistolam* vulgavit, in qua ostendit, „quod S. Congregationis „Cardinales, pro sua, quam ex Pontifi„cis mandato in perniciosos libros ha„bent, auctoritate Bibliothecam Jansenisticam proscripsissent, decretumque „edidissent, ipse vero Richinius utpote „dictæ Congregationis Secretarius ex „officio hoc decretum subscripsisset, de „cetero Jesuitis nil solemnius esse, „quam quod, si quidam ab eis editus „liber proscriberetur, hoc decretum „duntaxat a *Congregatione* emanasse di„cant, ejusque auctoritatem omnimo„dis imminuere, ac enervare studeant, „si vero exteri liber eorum opinionibus „contrarius damnetur, tunc illum ab „*Ecclesia Dei, a summo Pontifice, & a „sacra & Apostolica Sede* rejectum, prorsus „nullius omnino fidei esse plenis buccis „crepent &c.“ Nihilominus contra eandem S. Congregationis Secretarium invavatus quidam *Doctor Sorbonicus*, rejecit vero P. Lazarius e Societate, epistolam seu potius libellum famosum *ad omnium Belgam* clam in vulgus sparsit, improbo spero tamen successu; quippe Florentius &

& alibi creditum, hoc ſcriptum eſſe lu- Sæc. XVIII.
culentum paradigma inobedientiæ, per- A. C. 1741.
tinaciæ & rebellionis contra Sacram Sedem: quocirca illud a S. Congregatione die ſexta Maji. an. 1750. & rurſus die vigeſima quarta Novembris anno 1751. per ſpeciale decretum atro damnationis ſtigmate notatum fuit. Nec tamen ſilendum putavit ementitus hic Doctor, qui poſtea furtivis typis vulgavit libellum, ſub titulo: *Sorbonici Doctoris ad Reverendiſſimum Ricchinium Sacræ Congregationis Indicis Secretarium Gratiarum actio, quod Epiſtolam Sorbonicam nomine S. Congregationis proſcribendo egregie confirmarit.* Aſt hæc ipſa rapſodia die vigeſima quarta Novembris an. 1751. & denuo die ſecunda Martii anno 1752. ab eadem S. Congregatione ad noxios famoſosque libellos rejecta eſt. Quinimo in ipſis Novellis literariis Florentinis Num. XXXIX. anno 1751. Bibliotheca hæc Janſeniana *deteſtabile ſcriptum multis falſitatibus turgidum* appellatur, & doctiſſimus Cardinalis Quirinius in ſua *injuſta ſeceſſione ab Eccleſiæ ſinu* &c. demonſtravit, illam eſſe *calumnioſum & temerarium librum omni jure proſcriptum*, in eoque Viros fidei puritate, doctrinæ eminentia, & virtutum gloria vel maxime inclytos ad cenſum Janſeniſtarum vocari, non alio calum-

Sæc. XVIII. niæ fundamento, quam quod hi Socie-
A. C. 1741. tatis opinionibus adversentur. X. Ad
hunc annum nonnulli referunt obitum
celeberrimi Historici Joannis Friderici
Abbatis de Schannat, quem tamen ali
probabilius jam anno 1739. die sexto
Martii Heidelbergæ decessisse autu-
mant. Scripsit hic jussu Abbatis Ful-
densis Prodromum Historiæ Fuldensis
seu Corpus Traditionum Fuldensium
tractatum Historico-Juridicum de clien-
tela Fuldensi, Diœcesin Fuldensem,
Vindicias quorumdam Archivi Fulden-
sis diplomatum, & Historiam Fulden-
sem. Mortuo Abbate Fuldensi Trevi-
rensis Archiepiscopus & Elector tum
Wormatiensis Episcopus Schannato ne-
gotium dedit, ut hujus Diœcesis Histo-
riam conscriberet, unde ex ejus calamo
an. 1734. prodiit Historia Episcopa-
tus Wormatiensis unacum Codice pro-
bationum. Edidit insuper Historiam
Comitis de Mansfeld, Vindicias litera-
rias seu Collectionem I. & II. veterum
monumentorum ad Germaniam sacram
spectantium, Collectionem veterum Hi-
storicorum Codicum & Documentorum
necnon Historiam succinctam Domus Fe-
latinæ. Reliquit insuper quatuordecim
alia opuscula nondum edita, quæ manu-
scripta Pragensis Princeps ac Archiepi-
scopus octingentorum florenorum pretio
an. 1747. coemit.

Sæc.XVIII.
A.C. 1741.

§. XXXVII.

Acatholicorum Scriptorum lucubrationes & decessus.

Non pauci ex Scriptoribus Acatholicis, qui suis eruditis laboribus emicuere, hoc anno in Libitinæ censum redacti fuere. Primus horum erat Christophorus Theodosius Walther Lutheranus, qui relationem Tranquebaricæ Missionis, Grammaticam Tamulicam, Historiam Ecclesiasticam Malabarice scriptam, dissertationes de Filio Dei λόγῳ, de Eclipsibus ebraicis & doctrinam temporum Indicam elucubravit. Obiit Dresdæ die vigesima nona Aprilis. II. Decessit anno ætatis suæ octogesimo secundo die vigesima prima dicti Mensis Fridericus Wernerus Præco Lutheranus, qui præcepta homiletica, tractatum hermenevtico-homieticum in Evangelia, clavem Scripturæ sacræ, præcepta Theologiæ exegeticæ de hermenevtica sacra, disputationes de vana spe Judæorum conversionis & regni chiliastici & alia minoris momenti opuscula prelo subjecit. III. Joannes Bertram pariter Lutheranus Præco, qui anno ætatis quadragesimo secundo die decima octava Junii mortuus posteris reliquit orationem de præcipuis studiorum

Sæc. XVIII. A. C. 1741

literariorum finibus, commentationem de singularibus Anglorum in eruditionem orientalem meritis, periculum exegetico-criticum sistens meteorismum fanaticum, orationem de Germania literis & religione exculta, Historico Criticum Joannis a Lasco, præter alia quam plurima, in quibus multa dedem, non tamen multum dixit. Joannes Gustavus Reinbeck, qui primus Wolfianæ Philosophiæ vindex vehementer a præfato Joanne Bertramo tamdiu exagitabatur, donec utique mors hoc anno silentium imponeret, litemque dirimeret. Scripsit autem Reinbeckus tractatum Theologicum de redemptione per λυτρον, de natura status matrimonialis & damnatione concubinatus contra Thomasium, meditationes in veritates Augustanæ Confessioni insertas, sermones quosdam & alia contra Anti-Wolfianos. Mortuus est Berolini die vigesima prima Augusti. V. Balthasar Menzer, qui die vigesima Decembris fatis functus prius subjecerat epistolas ad amicum datas, quibus Papismi labem γνησιως Lutheranis adspersam eluit, Epistolas duas pastorales, orationem de usu Scriptorum gentilium in scholis Christianis praemissa, alia pauca. VI. Christianus Mündel, Francofordiensis Præco, cujus adversus

fata propter Smalcaldicos articulos jam supra retulimus. Edidit hic S. Joan. Chrysostomi homiliam primam ad populum Antiochenum cum notis critico-Philologicis, Etymologicum sacrum, Epistolam ad Budæum de Pietistarum characteribus, disquisitionem de Theologia morali a dogmatica non divellenda, selectas theses Theologicas, & de columna nubis & ignis commentationem. VII. Urbanus Sieber Lipsiensis Præco, qui suæ eruditionis dignum censuit argumentum, ridiculam disquisitionem *de collaribus* Prædicantium *tubulatis & planis*, de aqua benedicta brutis non deneganda. Edidit quoque opuscula de Godeschalcis, de Albatis, de S. Thelesphoro R. P. de sanctis Columnaribus, de Gaza, ejusque Episcopis, de Templorum condendorum & dedicandorum ritibus, de S. Spiridione Episcopo Thrimithuntino, de Episcopis Cæsareæ Palestinæ, de antiquitate Doctoratus Theologici, præter Enchiridion Sixti II. P. & Martyris, & prolegomena ad Historiam melodorum Græcorum. VIII. Daniel Jablonsky, quem Bohemi Fratres in suum Pseudo-Episcopum in Lissano Conciliabulo consecrarunt. Ab eo exstant jura & libertates Dissidentium in Polonia, oppressorum in Polonia Evangelicorum desideria, Thorunum

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Vid. supra tom. 75. p. 693.

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

num afflictum, Historia consensus Sen domiriensis, epistola apologetica præter quædam latine versa & nonnulli sermones. Obiit die vigesima quinta Maji annos natus octoginta & unum IX. Joannes Guilius, qui ad posteros transmisit suam Dissertationem de regeneratione, tentamen Exegeseos Luc. XVII. 20. tractatum de regno in terris & programma contra Wertheimensem Bibliorum depravatorem. X. Wilhelmus Ewald Calvinianus Pres. qui edidit emblemata sacra, observationes in locum Apoc. III. 11. Exegeticas in locum Psal. XCI. 5. Dissertationem de visione Eliæ in Monte Horeb & alia nonnulla. XI. Adolphus Hofman, qui scripsit de pretio temporum, & suas cogitationes super Wolffii Philosophiam eversas &c. XII. Jacobus Gysi, qui publici juris fecit Historiam & moralem demonstrationem Christianæ Religionis contra Deistas & Atheos, necnon varia opuscula de harmonia præstabilita. XIII. Joannes Heineccius, qui præter plurima Juridica edidit Syntagma antiquitatum Romanarum, Historiam juris civilis, de Porussia nullo unquam tempore Romano Imperio subjecta &c. XIV. Fridericus Roloff, e cujus calamo profluxit dissertatio de tribus D. Pauli ministris, & de Dionysiis Siciliæ Tyrannis

nis unacum ſuis vindiciis, necnon diſ- Sæc. XVIII.
ſertatio de veterum Auctorum editio- A. C. 1742.
nibus &c.

§. XXXVIII.

Carolus Albertus Elector Bavariæ in Rom. Imperatorem electus.

Annus hujus ſæculi quadrageſimus ſecundus, quo toti Imperio auſpicatior, & Domui Auſtriacæ triſtior non fluxerat: quippe non modo Fridericus Boruſſiæ Rex ruptis, quas die nona Octobris Schnöllendorfii anno priori promiſerat, induciis ſuperiorem Sileſiam, Glacenſem Comitatum & Moraviam hoſtiliter invaſit, ſed & Gallo-Bavari, Palatini, Haſſi, Saxones & Colonienſes victricia ſua arma Pragam usque protenderunt, imo & ipſa etiam Viennæ mænia infeſta reddidere. Cum ergo fæderatis Principibus cuncta ad vota fluerent, de novi Imperatoris electione tot votis expetita ſerio agi cæpit. Præfigitur huic negotio dies vigeſima quarta Januarii. Conveniunt Francofordiæ Philippus Carolus Moguntinus, & Clemens Auguſtus Colonienſis Electores & Archiepiſcopi, ac ceterorum Electorum Legati, qui cum ceteris ad hanc ſolemnitatem deſtinatis præſtituta die in Eccleſia ad S. Bartholomæum proceſſere, ubi a Moguntino Suffraganeo Hymnus: *Veni Creator*

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Spiritus & demum sacrum solemne de-
cantatum est, quo absoluto & præstito
pro more juramento S.R.I. Electores va-
cante tum Bohemi Electoris voto, una-
nimi suffragio Carolum Albertum Ba-
variæ Electorem in Romanorum Re-
gem, & futurum Imperatorem renun-
tiarunt; quo facto Elector Moguntinus
in conclavi & Moguntinus Decanus
præfata Ecclesia faustissimum hoc no-
men proclamarunt, resonantibus in-
que communis gaudii & gratulationis
publicæ instrumentis. Absens tum ex
Augustissimus Princeps Elector, adhuc
Manhemii subsistens: hinc eius nomine
S.R. Imperii Comites Königsfeldius &
Seinsheimius in Capitulationis articu-
los jurarunt, quos dein ipse Romanorum
Rex die trigesima Januarii Francofur-
diam delatus, præstita juramenti re-
ligione ratos habuit.

§. XXXIX.

Ejusdem Imperatoris capitulatio circa Religionem Catholicam, ac Sedem Apostolicam.

Pro veteri more jam ante solemnem Ro-
manorum Regis electionem ac Imperii
commissionem Eidem ab Electoribus
præscribitur capitulatio, id est, certi ar-
ticuli, ac conditiones Imperii administ-
randa

ſtrandi normam continentes, quas Imperator acceptat, easque ſe ſervaturum, jurata fide pollicetur: cum autem publicam Imperii ſalutem ſine Religionis Catholicæ, Eccleſiæ, ejusque ſupremi Capitis incolumitate conſervari haud poſſe, ante Lutheri tempora omnibus Imperii Principibus perſuaſiſſimum foret, hinc cunctis per Electorum ſuffragia deſignatis Imperatoribus præſcripſere, ut præ ceteris articulis jurarent, ſe Chriſtianam Rempublicam, ſummum Pontificem, & Chriſti Eccleſiam (utique eam, quæ ſummum Pontificem pro ſuo Capite agnoſcit) propugnaturum ac defenſurum. Ita jam in Caroli V. Ferdinandi I. & Succeſſorum capitulationibus, quæ ſolæ publici juris factæ hodie exſtant, diſertis verbis legitur. Ea de cauſſa Carolus VII. pariter in primo Capitulationis ſuæ articulo jurato declaravit, quod toto *tempore Regiæ ſuæ dignitatis, officii ac regiminis rem Chriſtianam, Romanam Sedem, & ſanctiſſimum Patrem & Papam necnon Chriſtianam Eccleſiam utpote illius Advocatus, in firmo & fideli patrocinio ac tutela conſervare teneatur, & velit* . . . Pariter articulo VIII. pollicebatur, quod *nec imperii Curiis, nec cuicunque alteri conceſſurus ſit, ut Imperii Status in ſuis Territoriis quoad religionis, politicæ & juſti-*

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

justitiæ res sub quocunque prætextu contra Imperii leges, pacis conclusa aut legitime & obligatorie erecta pacta turbare vel quicquam attentare valeant.

Ægris jam dudum oculis Protestantes aspexerant, Advocatiam, Protectionem ac defensionem summo Pontifici, Ecclesiæ Catholicæ Sedique Romanæ ab Imperatoribus jurata sponte asseri, ergo importunis precibus instant, urgent, & tandem a Maximiliano II. ejusque Successoribus extorqueri, ut quoad ea, quæ in articulo I. circa Romanæ Sedis, & summi Pontificis Advocatiam & protectionem promittebant, contra Protestantes Electores, Principes, Status ac Equites se obstrictos esse declararent, nec præfata Advocatia, in quantum religiosæ ac proinde necnon Monasterienfi & Osnabrugensi pacti derogaret, uterentur, sed ita hanc exercerent, ut ea ipsis & reliquis sectis suæ affectis non minus quam Romanæ Ecclesiæ Catholicis pari jure prælaterent. Hoc igitur Protestantium reservato ipse etiam Carolus VII. suæ capitulationi inserere ac tolerare cogebatur, ut tamen, ut hanc Advocatiam ipsis minus quam cum præjudicio Ecclesiæ ac religionis Catholicæ, summique Pontificis impendi posse, intelligeret, mox enim

§ 12.

§. 11. pollicitus est Imperator Carolus VII., quod in caussis Religionis processus fieri nolit, sed eas juxta fundamentales Imperii leges decidi, & a regiminis sui auspiciis proposita & nondum sublata religionis gravamina tollere velit, idem vero *& Catholicæ religioni addictis polliceatur.* Id etiam luculenter patet exconsecrationis ritibus & interrogationibus (ni eas omnino inanes, frivolas & ridiculas dixeris) quæ a tempore hominum memoriam ferme excedente aliis semper Imperatoribus fuerunt & sunt ad ad hanc usque diem propositæ, scilicet, *utrum sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam conservare & defendere ejusque Ministros protegere velit? & an sanctissimo in Christo Patri ac Domino Romano Pontifici, & S. Romanæ Ecclesiæ decenter obtemperare velit?* ad quas interrogationes Imperator Catholicus (quod utique Acatholicus serio non faceret) respondet: *Volo.* Ceterum quid Carolus VII. circa novas editiones librorum symbolicorum, Confessionis Augustanæ &c. pollicitus sit, jam supra retulimus.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Vid. T. 75. p. 693.

§. XL.

Caroli Alberti Imperatoris filiales literæ ad Benedictum XIV. Papam.

Per

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Peractis Cæsareæ electionis solemnitatibus Carolus Albertus Imperator Augustissimus die duodecima Februarii Francofordiæ in Templo S. Bartholomæi ab Electore & Archiepiscopo Coloniensi Clemente Augusto Cæsareæ suæ Majestatis Fratre Germano consueto ritu ac pompa unctus ac coronatus fuit: octavo autem Martii die Mariam Amaliam Imperatricem idem Archiepiscopus Coloniensis iisdem ferme ceremoniis inauguravit. Accurrunt pene omnium Europæ Principum Legati, qui festiva gratulationis officia deferre certant; Protestantes vero apud Imperatorem impensis precibus, amplissimis pollicitationibus, & importunitate minis parum absimili instant, ut novos ad Lutheranæ Religionis augmentum favores concederet. Ast religiosissimus Imperator pro avito veræ fidei studio potius sceptrum & regnum dimittere, quam silium suum Catholicæ Religionis damnare firmare maluit. Primas vero curas intendit, ut supremo Ecclesiæ Capiti Benedicto XIV. summo Pontifici filialem sui obsequii homagium exsolveret, propter illico ad eundem literas deferens submissionis testes, & velut tuendæ Religionis pignus dedit. Has summo Pontifici Imperatoris nomine porrexit rus Liber Baro de Scarlati Bavariæ Do-

Domus Orator ad alloquium admitti petit, quo obtento die vigesima prima Februarii Benedicto XIV. Caroli Alberti Electoris Bavari in Romanorum Imperatorem electi ac coronati nuntium unacum præfatis literis detulit: sequenti vero die sacrum Purpuratorum Collegium, & demum die vigesima septima ejusdem Mensis ceteros Præsules ac Principes Romanos de hac electione certiores reddidit.

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

§. XLI.

Benedicti XIV. Papæ oratio ad S. Collegium hac super re.

Quanto gaudio, ac animi solatio festiva hæc notitia paternum summi Pontificis pectus compleverit, luculenter inde patet, quod mox die vigesima octava Februarii solemne, ut vocant, *Consistorium* habuerit, totumque S. Collegium omnesque Cardinales tantæ lætitiæ participes facere voluerit. Eo fine ad eos hanc habuit orationem:

VENERABILES FRATRES!

„Postquam Electorale Collegium jam „a longo tempore Francofordiæ con„gregatum post diuturnum non minus „ac turbulentum Interregnum tandem „Carolum Albertum Bavariæ Ducem,

„&

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„& S. R. Imperii Electorem opitulante
„Divina gratia ac unanimi omnium
„suffragio in Imperatorem elegerunt,
„pro antiquo more Vos huc convo-
„nire jussimus, ut hac de re Vo-
„bis notitiam communicare possemus.
„Hanc tot votis exoptatam electionem
„ipsemet noster in Christo dilectissimus
„Filius Carolus Albertus pro suo zelo
„ac immota erga Nos, sanctamque
„Apostolicam Sedem veneratione Vo-
„bis notificavit, datis ad Nos literis,
„quas nunc prælegi jubemus."

Mox ergo Sacræ Cæsareæ suæ Ma-
jestatis literæ fuerunt recitatæ, quibus
absolutis Pontifex ita prosequebatur.

„Percepistis jam, Venerabiles Fra-
„tres, quanta submissione ac pietate
„Imperator cælestes gratias in se effusas
„recognoscat, quantave veneratione sua
„de filiali sua obedientia, & continua
„erga D. Petri Cathedram observantia
„persuasos reddat. Non possumus Vo-
„bis sat verbis exprimere incredibilem
„lætitiam, quæ ex prospero eventu ad
„successu, & quidem gravissimi hujus
„negotii, quod sane haud mediocrem
„Nobis attulit sollicitudinem. Hic idem
„Carolus Albertus est, qui a teneris
„suis unguiculis ad omnia heroicarum
„virtutum exercitia a suis Majoribus
„pas-

„pace & bello inclytis, ac ſcientiarum „ſtudio claris, ac quod caput eſt, ſem- „per de Eccleſia Dei optime meritis ef- „formatus fuit. Hic, inquam, Carolus „Albertus eſt, qui ſuorum Parentum „præcipuas virtutes, præſertim vero „Dei timorem, prudentiam, juſtitiam, „ſinceritatem & magnanimitatem pro „norma ſemper habuit, ac propterea „eos in omnibus æquavit, imo & ſupe- „ravit. Hinc tuto confidimus, quod „ſicut Pater miſericordiarum & Deus „totius conſolationis per Divinam ſuam „bonitatem hunc Principem Imperio „dedit ſupremum Caput, & Eccleſiæ „ſuæ Catholicæ Patronum & Defenſo- „rem, ita & neo electus hic Imperator „ſuam dignitatem viresque ad defen- „dendam, ac propugnandam fidem Ca- „tholicam impenſurus, illamque glo- „riam, quam Bavarica Domus ob ve- „ræ Religionis ſtudium ſibi omni tem- „pore acquiſierat, auctarus ſit. De „hac defenſione nullum nobis eſt du- „bium, imo etſi aliunde tot luculenta „illius non haberemus teſtimonia, jam „tamen abunde convinceremur propria „Caroli Alberti epiſtola mox prælecta, „in qua ſe omnia erga ſacram Sedem „officia, ad quæ ejus Prædeceſſores ſuo „exemplo laudabiliſſime præluxerunt „ſe exactiſſime adimpleturum, ſacro-

Sæc. XVIII. A. C. 1741.

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„ſancte pollicitus eſt. Inſuper, Fratres
„Chariſſimi, vobis notum facere de-
„mus, quod Nobiles Caroli Alberti L-
„gati in omnibus habitis colloquiis
„id ſtrenue incubuerint, ne vel in
„nimo quicquam Sedis Apoſtolicæ
„gnitati auctoritatique vel Romanæ
„cleſiæ juribus derogaretur, quin
„tius ut eadem ad veræ Religioni
„crementum in illibato ſuo flore con-
„varentur, adeo, ut etiam quartus
„vicenſis pacis articulus nullo pacto
„mutatus fuerit: longe majoris
„noſtræ lætitiæ argumentum eſt pro
„ra deciſio controverſiæ ob ſucce
„in utrumque Ducatum Juliacenſem
„Montanum jam dudum agitatæ.
„enim res Nos noſtrosque Prædece
„res eo vel maxime ex capite
„ſollicitosque tenuit, eoquod harum
„tionum poſſeſſio poſt Nobilis
„Neoburgenſis Ducis, Rheni
„ac S. R. Imperii Electoris obitum
„Marchionem Brandeburgicum
„tholicum Principem devolvenda
„nunc vero hæc lis per mutuum
„inter Neoburgenſem Ducem, &
„chionem Brandeburgicum initum
„compoſita eſt, ut decedente Elector
„Palatino hi Ducatus unacum ſuprema
„jurisdictione ad dilectiſſimum in
„ſto Filium noſtrum, Nobilem Caro-

„Philippum Palatinum Rheni Comi- Sæc. XVIII.
„tem, Sulzbacenſem Ducem & chariſ- A. C. 1742.
„ſimam in Chriſto Filiam noſtram Ma-
„riam Eliſabetham Auguſtam Palati-
„nam Rheni Comitiſſam ejus Conjugem
„Neoburgici Ducis Neptin, eorumque
„utriusque ſexus hæredes devolveren-
„tur. Ea de cauſſa non ceſſemus Om-
„nipotenti Deo gratias rependere pro
„hujus electione tanquam pro ſpeciali
„gratia: pariter potens ejus implore-
„mus auxilium, ut bellorum flammæ
„extinguantur, & Deus mala inde ori-
„tura clementer avertat. Invocemus
„etiam Superos, ut neo-electum Impe-
„peratorem adjuvet, quatenus felix
„fauſtumque regimen ſuum ad Dei glo-
„riam, veræ fidei defenſionem & pro-
„pagationem, & perpetuam populorum
„tranquillitatem in benedictione auſpi-
„cari valeat. Eapropter ad imitatio-
„nem Romanorum Pontificum Præde-
„ceſſorum noſtrorum præcipimus, ut
„ſolemne Sacrum craſtina die in noſtro
„ſacello peragatur, cui Vos omnes no-
„biscum interſitis & pro felici hoc ſuc-
„ceſſu benigniſſimo Numini utpote bo-
„norum omnium Largitori gratitudinis
„veſtræ penſum exſolvatis.“ Abſoluto
hoc Patrum conventu Pontifex pro mo-
re Curſoribus negotium dedit, ut om-
nibus Purpuratis ſignificarent, præſti-

Sæc. XVIII. A. C. 1742

tuta die præter ſolemne ſacrum etiam in gratiarum actionem Hymnum Ambroſianum eſſe decantandum, & per integrum biduum feſtivos ignes, aliaque publicæ lætitiæ ſigna per Urbem edenda, quibus die prima Martii e arce S. Angeli omnium tormentorum fragoribus datum erat initium. Auſpicatiſſimum hunc diem excepit nox illuſtris; omnes enim Urbis ædes, cumque Principum ac Legatorum palatia excepto illo Reginæ Hungariæ, fabulis, pictisque laternis collucebant, & ſpoſitisque per feneſtras lampadibus jucundum objiciebant ſpectaculum, tum cælo pariter ad lætitiæ augmentum ſidere ſtellato.

§. XLII.

Ejusdem ſummi Pontificis litera ad Carolum Albertum Imperatorem.

Eodem tempore Benedictus XIV. Pontifex Carolo Alberto Imperatori novam dignitatem gratulaturus, litteras ad eum dedit, quas Georgius Princeps Doria ſeu ab Auria Calcedonenſis Epiſcopus, atque Apoſtolicus Papæ Nuntius ad Francofordienſia Comitia adhibitus Eidem porrigere juſſus erat. Harum ſummam huc referre, haud abs re

erit. Teſtatur igitur Pontifex, ſe incredibili gaudio percepiſſe, quod ipſe non ſine ſpeciali Dei providentia, miraque ſuffragantium conſenſione a S. R. Imperii Electoribus ad Cæſaream dignitatem fuiſſet vocatus; ſe totumque Purpuratorum Collegium rara illa veneratione & gratitudine, qua Cæſarea ſua Majeſtas hanc dignitatem Divinæ clementiæ in acceptis retuliſſet, intimo ſenſu delectatum fuiſſe, ſingularem quoque ſubmiſſionem erga ſacram Sedem, filiale obſequium, quod Imperator in ſuis literis profeſſus eſſet, eorum animos ſuaviſſima voluptate compleviſſe, eo vel maxime, quod laudabili hac propenſione teſtatum reddidiſſet, Ipſum omnes virtutes, pietatem, prudentiam, æquitatem, magnanimitatem ac præſertim ingens ſanctæ ac Catholicæ Religionis, & ſacræ Sedis ſtudium a ſuis Majoribus hauſiſſe, & velut hæreditario jure acquiſiviſſe: Cæſaream vero Majeſtatem hoc ipſo Zelo ſuo adeo illuſtrem eſſe, ut Sanctitas ſua Miſericordiarum Patri omnisque conſolationis Deo vel ideo fervidas gratiarum actiones dependerit, quia per infinitam ſuam bonitatem Imperio de tali ſupremo Capite proſpexit, de quo omni jure ſperandum, Majeſtatem ſuam, uti in ſuis literis declaraſſet, ſtrenuum ſacræ Se-

Sæc.XVIII. A.C.1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742

dis vindicem fore, & veræ, ac unicæ salutificæ fidei incrementum & propagationem ad Ecclesiæ Catholicæ gloriam sedulo procuraturam, simulque hæresibus obicem posituram. De hac eo minus dubitandum esse, quo luculentius jam sui Zeli specimen dedisset, dum in primo colloquio Francofordiensi sacræ Sedis auctoritatem æque, ac potius Cleri jura & prærogativas per suos Legatos strenue admodum defendit, & Protestantium ausus repressit, quos maximi momenti articulum quarum Rysvicensis pacis aboleri postularunt. Id toti Ecclesiæ eo majoris lætitiæ argumentum esse, quo insolentius Protestantes, si vicissent, tripudiassent. Sanctitatem suam pari etiam animi solatio percepisse, gravem de Juliacensi & Montana successione controversiam favorem Sulzbaccensis Ducis fuisse dissam; inde enim anxias ipsius curas penitus fuisse depulsas, ne tam floridæ possessiones ad Protestantes devolverentur. Prima igitur tam prosperi, ac Christianæ religioni adeo proficui regiminis auspicia summum Pontificem impellere, ut rursus Cæsareæ suæ Majestati ad supremum solium elevatæ faustissimum, diuturnum, ac gloria uberrimum imperium gratuletur, & fausta quæque precetur; se Omnipotentem Deum e

intimo cordis ſui exoraturum, ut Cæ- Sæc. XVIII.
iaream ſuam Majeſtatem largiſſima ſua A. C. 1742.
benedictione cumulare, cunctaque ejus conſilia & conatus ad Religionis ac Catholicæ fidei augmentum, ad levandas funeſtas Europæ calamitates, & ad exoptatam, firmamque pacem ſtabiliendam dirigere velit: *Dilectiſſimo in Chriſto Jeſu Filio noſtro Carolo VII. electo Romanorum Regi.*

§. XLIII.

Maria Thereſia Hungariæ Regina de ſummo Pontifice queſta.

Cum ergo ſummus Pontifex gratulatoriis hisce literis Carolum Albertum legitime electum Romanorum Imperatorem agnoſceret, Maria Thereſia Hungariæ ac Bohemiæ Regina inde graviter offenſa mox die vigeſima quarta Februarii Comiti de Thun negotium dedit, ut apud Cardinalem Gonzagam, qui in rebus publicis Pontifici a ſecretis erat, deſuper quereretur, eique ſcriptas præfatæ Reginæ literas traderet, quarum ſumma erat hæc: „Nunquam Hun„gariæ Regina credidiſſet, quod Sancti„tas ſua in maximi momenti negotio a„deo præfeſtina foret, ſed potius, pro„ut jam ex literis a Regina ad ipſum da„tis didiciſſet, memori animo recoluiſſet,

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„quanta violentia S. R. I. Electores „adacti fuerint, ut Catholicum Electorem „(scilicet Bohemum) excluderent, & „quidem hæc gesta fuisse a juratis Re„ginæ hostibus, & quod plus est, in „congressu, ad quem nullum omnino „jus fuisset: speraſſet utique Regina „fore, ut Sanctitas sua assensum suum „dilatura esset, atque in hoc secuta fu„set exemplum suorum Prædecessorum „qui in ejusmodi eventu, & quidem „circumstantiis non adeo dubiis ac in„gentibus, uti præsentes essent, imo „contra ipsos etiam Austriacæ Domus „Imperatores consensum suum dilude„runt, sacroque Cardinalium Collegio „deliberandi, ac in rem inquirendi spa„tium reliquerunt, id sine dubio a Car„dinalibus tanquam æquitati consonum „fuisset habitum; facile autem illos „qui Pontificem sine ullo Apostolicæ „Sedi imminente periculo, ad tam pre„cipitem & Reginæ juribus adeo no„xiam agnitionem Imperatoris induce„re moliti essent, suas ulteriores vio„lentias, quas in ceteros Germani Im„perii Principes sacrosanctis Imperii le„gibus exacte obsequentes intentatum „forent, præcoci hoc Pontificis gradu „honestare posse &c.“ Verum Pontifex perceptis Augustissimæ Reginæ querelis suam agendi rationem exposita tem-

porum

porum viciſſitudine, & Eccleſiæ univer- Sæc. XVIII.
ſalis neceſſitate tam ſolide vindicabat, A.C. 1742.
ut Reginæ plene ſatisfactum eſſet. Paulopoſt Eadem a ſummo Pontifice decimam partem ex bonis Eccleſiaſticis a ſuarum ditionum Clero exigendi facultatem petiit, quod & Pontifex libenti animo conceſſit, atque in Apoſtolicis ſuis literis deſuper datis ita prolocutus eſt: *In concedendis hisce ſuppetiis eo minus cunctandum aut tergiverſandum eſſe exiſtimamus, quo acerbiore dolore animum noſtrum percellit calamitoſa conditio dilectiſſimæ Filiæ noſtræ Hungariæ Reginæ: Nil plane ardentius deſideramus, quam ut brevi mutata fortuna Ejus rebus ſecundior adſpiret aura.*

§. XLIV.

Sinzendorffius Cardinalis a Boruſſorum Rege in Vicarium Generalem nominatus.

Haud diuturna, nec moleſta erat Sinzendorffii captivitas; quippe ipſemet Fridericus Boruſſiæ Rex die decima octava Aprilis miſſo ad eum Comite de Podewils Adminiſtro Regio, eidem nuntiari juſſit, ut plenæ libertati redditus, durante bello, e Sileſia emigraret, ac interim Viennæ ſubſiſteret. Accepto hoc Nuntio Cardinalis Vratislaviam

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

contendit, grates repensurus Regi, a quo etiam perhonorifice exceptus cum ipso Rege prandium sumpsit: postmodum vero rupta omni mora Viennam contendit, ubi etiam die tertia Maii prospero itinere advenit, atque usque ad anni prioris finem substitit. Dum vero Maria Theresia in Hungariæ Reginam inaugurata fuerat, Sinzendorffius huic solemnitati interesse noluit, ne ob sedis prærogativam cum aliis Præsulibus atque Imperii Principibus collideretur. Postquam vero die septima Novembris Rex a Silesiis Ordinibus fidei homagium exceperat, ipse etiam per suos Deputatos Regi idem obsequium præstitit, & de ejus gratia tutus, die quinta Januarii Vratislaviam, & inde Berolinum ad Regem profectus est. Excipiebatur non modo singulari benevolentia, sed & omnium suorum Episcopalium proventuum usui restitutus est. Insuper Rex ad omnes Silesiæ Curias mandatum dedit, ut hic Cardinali omnes honorum titulos & prærogativas, quibus sub Austriacorum regimine potiebatur, pariter deferrent. Nec hic stetit Regis favor erga Sinzendorffium Cardinalem, quem præterea, quod sane mireris, Vicarium Generalem cum jurisdictione in omnes Romano-Catholicos per universas Borussiæ regiones Mense Majo nominavit, tum

que publico proclamate omnibus Catholicis præcepit, ut impoſterum mandata, decreta, diſpenſationes &c. a præfato Cardinale reciperent, & omnes lites ac controverſias fors inter ſe orituras, ab eodem decidi peterent, quin eas ad Papam quocunque in caſu devolverent. Ipſe vero Cardinalis de Regia hac benevolentia ſummum Pontificem die decima nona Maji datis ad eum literis certiorem reddidit.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

§. XLV.

Idem Cardinalis a Papa Romam citatus.

Ea res Romæ magnorum motuum cauſſa erat, ac ipſemet Pontifex haud temere verebatur, ne exempli illecebra alios etiam Catholicos Principes ad idem facinus induceret, ſentimque Pontificiæ auctoritati grave nulloque remedio ſanandum vulnus infligeretur: quocirca præprimis Cardinalium Congregationem habuit, in qua ſerio hac ſuper re deliberaretur: poſtea apud Carolum Albertum Imperatorem ſuas querelas, malaque inde merito pertimeſcenda gravibus oppido verbis expoſuit, eumque rogavit, ut tanquam ſacræ Sedis Advocatus ſuam auctoritatem eo impendere velit, ut Sinzen-

dorf-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

dorffius vel alii fors a Borusso in Vicarios nominandi sese intra debitos limites contineant, ne Sedis Apostolicæ juribus quicquam derogetur. His addidit, se totam suam fiduciam in Cæsareæ Majestatis suæ pietate reponere, certumque esse, quod Illa vi suæ Capitulationis defensionem sacræ Sedis occurrentibus ejusmodi eventibus minime prætermissura sit. Postea Pontifex ipsum Sinzendorffium Cardinalem Romam venire jussit, ut de hujus Vicariatus oblati conditione rationem redderet: Ipse vero satis affectam valetudinem obtendebat, quin Romam veniret. Verum Pontifex hanc excusationem nec agnoscens nec probans denuo Cardinalem in jus vocavit, missis ad eum hoc mandato:

Venerabilis Frater! Salutem & Apostolicam Benedictionem nostram.

„Literas tuas nuper elapso die decimo nono Mensis Maji ad Nos datas „rite recepimus, & ex illis non sine magna animi voluptate intelleximus, quod „apud Principem tuum multum favore „ac benevolentia valeas, & quod tibi „omnem profanam jurisdictionem in tua „Diæcesi sartam servaverit, & universo „Clero permiserit, ut Ecclesiasticis proventibus seu decimis frui queant: in „mul

„mul etiam fide Regia pollicitus sit, se „Catholicos suos subditos in fidei rebus „non turbaturum, sed eis conscientiæ „libertatem permissurum. Cum ergo „in hunc Principem non parum confi„damus, eumque maximi habeamus, „aliunde etiam sanctæ Catholicæ Reli„gionis conservatio in ejus Provinciis „& ditionibus Nobis vel maxime cordi „sit, & quidem ita, ut nisi præsens re„rum vicissitudo eidem perbene nota „Nos cohiberet, quo minus proprio chi„rographo eum salutemus, id libentis„sime faceremus, eidemque ex intimo „cordis nostri grates rependeremus: „quoniam vero impræsentiarum votis „nostris satisfacere impedimur, Te ro„gamus, ut data occasione Eidem ore„tenus debitam nostram gratitudinem „testatam reddas, ac declares, Nos ipsi „obstrictissimos esse, eoquod benigne „statuere, ac liberum Religionis nostræ „exercitium in suis ditionibus polliceri „voluerit. Si ergo nostro nomine hoc „exponendi occasionem nactus fueris, „ejusmodi verbis utere, quæ innata tua „eloquentia Tibi suggeret. Quantum „vero ad Apostolicum Vicariatum atti„net, id quidem nova non est inventio; „in ipsa enim Germania adhucdum pro„stant duo exempla, & plura alia non „modo in Protestantium ditionibus, sed

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„etiam

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„etiam in Paganorum & Mahumetano-
„rum Principum Regnis & Provinciis.
„In congregatione, quam nuper habi-
„tam fuisse meminimus, Vicariatus po-
„testatem ad duo diversa capita restrin-
„ximus. Horum primum est, ut insu-
„perhabito hoc Vicariatu ipsemet Vi-
„rius omnesque Catholici eidem sub-
„jecti semper directe a S. Eccles.
„id est, a Nobis, quamdiu vita fu-
„perstites sumus, & post mortem no-
„stram a nostris Successoribus, qui
„Nos, licet immerentes, Christi tamen
„Vicarius & visibile Ecclesiæ suæ caput
„sumus, dependeant, & hanc depen-
„dentiam non modo verbotenus sed cum
„sed & palam & realiter profitentur,
„non eo fine, ut caussæ & pecuniæ Re-
„mam deferantur; sed ut Ecclesiæ Ca-
„put a quovis Catholico agnoscatur,
„cum id fundamentalis nostræ Relig-
„nis articulus sit. Altera limitatio in-
„tendit, ut sub constituto ejusmodi Vi-
„cario Catholici eidem obnoxii tam ut
„pascantur & regantur, ut in iis, quæ
„Ecclesiasticam administrationem con-
„cernunt, nihil eis desit. Utraque hæc
„limitatio omnes quotquot sunt, Vica-
„rios afficit, eaque ab iis exacte obse-
„vetur. Has limitationes Cardinales,
„qui huic Congregationi interfuere, ra-
„tas habuerunt, & varias rationes pro-
„po-

„posuere, non quidem, ut denuntiata „Vicariatus idea rejiciatur, sed ut illa „debitis terminis circumscribatur. Non„nulli perpendendum proposuere, utrum, „cum hujus Principis ditiones admo„dum amplæ sint, & se a mari Baltico „ad Rhenum, & inde ad Mosam usque „protendant, aliæ etiam ab invicem se„paratæ existant, unicus Apostolicus „Vicarius Vratislaviæ residens ad hoc „sufficiat, ut adjuvante Curia Ecclesia„stica Berolini erigenda omnia ea mu„nia adimplere valeat, quæ in Catholi„corum utilitatem agenda occurrent, „& an non accessus ad alterutram ex „his curiis nimis difficilis ac molestus „foret? Alii, cum eis innotesceret, hanc „Curiam seu Tribunal, quod uno Pro„Vicario & aliquibus Assessoribus con„staret, Berolini esse stabiliendum, prius „certiores fieri postulant, utrum hi om„nes, prout par esset, religione Catho„lici forent? quis eos nominandi jus „haberet? utrum installationes a Vica„rio petantur & deinceps petendæ sint? „quantum salarii Pro-Vicario & Assesso„ribus sit assignandum, & a quo hæ ex„pensæ fiant? Alii serio ponderabant, „quod, cum illi Vicariatus Apostolici, „qui in Episcopatibus per pacem Mona„sterienſem ad statum profanum redu„ctis fuerunt erecti, vi cujus pacis E„pi-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„piſcopatus, quorum Diæceſes nunc in
„Proteſtantium terris ſunt, ſuam juris-
„dictionem retinuerunt, & per ceſſionis
„tractatum circa terras eis obnoxias
„concluſum ſit, quod Catholica Religio
„ſemper ſarta maneat, & in eo ſtatu
„conſervetur, in quo, cum Principis Ca-
„tholici regimine & dominio fuit, pro
„ut eam Ruremundanus Epiſcopus bo-
„diedum exercet, exin neceſſario pe-
„ves tumultus in Germania exoritur,
„merito timendum eſſet, ſi erecto pre-
„claro hoc Vicariatu quicquam præfatæ
„ceſſionis tractatui contrarium ſtatuere-
„tur. Nimium Nos diffunderemus, ſi
„omnia complecti vellemus, quæ ut de-
„bitam hujus Vicariatus formam in
„præfata Congregatione fuerunt expo-
„ſita. Inde vero concluſimus, hoc ne-
„gotium rem eſſe tam gravis ampliſſi-
„momenti, ut eam per literas decidere
„impoſſibile ſit, potius ergo vivam vo-
„cem requiri, & quidem ea vel maxime
„de cauſſa, quia Magiſtra experientia
„didicimus, quod non raro res, quæ
„epiſtolis velut montes apparent, in pro-
„tam planitiem transmutentur, quam-
„primum acceſſerit explicatio oretenus
„facta ab eo, qui rei bene gerendæ de-
„teritate pollet.

„De cetero ætate provectior ſum,
„quam Tu, nec eæ ſunt temporis cir-
„cum-

„cumſtantiæ, ut ipſe Pontifex Vratis- Sæc. XVIII.
„laviam proficiſcatur; te ergo decet A. C. 1742.
„Romam venire, nec te excuſat pedum
„tuorum debilitas; ea enim non ob-
„ſtante Romam pergeres, ſi ibi concla-
„ve celebrari ſcires: proin & nunc in-
„firmis pedibus venire potes, præci-
„pue, quia, niſi Tecum colloqui, & de
„hac maximi momenti re mutuo con-
„ſultare poſſimus, hæc cauſſa rite geri
„ac decidi nequit, econtrario autem
„probus Pontifex ſine Te optime eligi
„poſſet. Maximam hac in re partem
„habes, tum quoad Vratislavienſem
„Eccleſiam tuam, tum quoad hunc
„Vicariatum. Polles favore Prin-
„cipis, tibique melius, quam cui-
„cunque alteri cognita ſunt illius
„conſilia; rei gnarus es, notæ etiam
„ſunt circumſtantiæ & omnia, quæ no-
„ſtræ Religioni conveniunt. Vir es
„prudens, doctus, ſapiens, & eloquens:
„hinc ſpe freti ſumus, fore, ut mutuo
„tecum colloquio intra unius horæ ſpa-
„tium plus proficiatur, quam ſi integro
„anno inter Nos & Te epiſtolare com-
„mercium habeatur. Si vero præter
„ſpem noſtram coram veniendo impar
„eſſes, certe tibi non deerit idoneus
„Vir, qui plena rei notitia imbutus huc
„mitti poſſit. In hoc tamen poſtremo
„caſu Tibi celare non poſſumus, id no-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„bis admodum molestum fore; Te enim „videre optamus, & petimus. Interim „Tibi paterno affectu Apostolicam Be„nedictionem impertimus. Datum Ro„mæ apud S. Mariam Majorem die de„cima quarta Julii anno 1742. Pontifi„catus nostri secundo."

§. XLVI.

Epistola Pastoralis ejusdem Cardinalis ad Catholicos.

Insuperhabita hac Pontificis citatione Cardinalis Sinzendorffius Romam revenire, haud consultum fore arbitrabatur, veritus, ne Regis sui indignationem incurreret, votis tamen & mandatis utque eo satisfecit, ut illum postea Benedictus XIV. in hoc Vicarii Generalis munere confirmaret, & duntaxat in hoc adhuc difficilem sese redderet, quod literarum ac mandatorum vigor semper a Regis beneplacito dependeret. Igitur Sinzendorffius Pontificia auctoritate tutus vi sui Officii & demandati Vicariatus die vigesima octava Augusti ex Episcopali Vratislaviensi Palatio ad omnes Borussicarum ditionum Catholicos Pastoralem vulgavit epistolam. En illius tenorem:

Nos

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Nos Dei gratia Philippus Ludovicus Sinzendorffius S. R. Ecclesiæ Cardinalis, Presbyter tit. S. Mariæ supra Minervam, Vratislaviensis Episcopus ac Princeps, S. R. Imperii Archithesaurarius, Comes, & Burggravius in Rheinegg &c. Omnibus & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus Episcopalem nostram benedictionem & salutem.

„Notum facimus Vobis ac præcipue omnibus Ecclesiasticis, quod Regia sua Majestas, supremus, & Serenissimus Silesiæ Dux, Clementissimus noster Princeps ac Dominus a primis gloriosissimi Regiminis ac Dominationis suæ auspiciis omnes subditos suos, cujuscunque Christianæ Religionis sint, de Regio suo ac potentissimo patrocinio, & illimitata conscientiæ libertate clementissime certos fecerit: hujus quoque gratiæ Rex præcipue Catholicos suos subditos hactenus usque adeo participes reddidit, ut etiam Clero ac Nobis utpote ejus Capiti Episcopalis jurisdictionis nostræ usum, & cetera omnia sacra jura, in eo statu, quo Rex in primo suo in Silesiam ingressu ea invenerat, se concessurum, ex singulari clementia professus sit. Vicissim vero æquissima non minus, quam omnino Christiana ejus intentio, voluntas & man-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„mandatum eo collimat, ut singuli ejus
„subditi, cujuscunque demum Religio
„nis sint, inter se Christianam ac ci
„lem pacem colant, & proprium & co
„mune bonum ad Regiæ suæ Majestis
„& Regni salutem junctis viribus & u
„mis impendant, & ab omnibus ei
„modi verbis & actibus abstineant, q
„bus diffidium, odium, aut conten
„nes in rebus Religionis progermin
„possent. Cum ergo ad hæc vel ma
„me pertineat invidiosum nomen *Hæ*
„*tici*, quod quamvis de se nil aliud m
„diversam sententiam in rebus Religio
„nis importet, nihilominus tamen ad
„contumeliam & probrum detorqueri
„soleat, & aliunde supremi Protestantes
„Principes hoc nomen: *Hæretici* pro
„troci habeant convitio, omnesque
„rum subditi, cujuscunque Religio
„eorum Principes ac Domini sint, e
„omnem fidem & obedientiam ita ex
„bere teneantur, ut Religionis diver
„tas debitam eorum obedientiam
„dem nec ullo pacto minuere, aut
„mutare queat: hinc serio omni
„Ecclesiasticis præcipimus, ut in
„Concionibus & Catechesibus ab omn
„bus contumeliosis, invidiosis & pr
„brosis verbis contra diversæ Religio
„Sectatores abstineant. Catholicæ
„dei dogmata cum debita moderatio

„& modeſtia vel exponant, vel oppoſi- Sæc.XVIII.
„tas doctrinas confutent, quin in eas A.C.1742.
„dicteriis invehant, aut eorum mores
„nec in particulari nec in communi (cum
„aliunde circa morum doctrinam con-
„troverſia non ſit) indecenter reprehen-
„dant, & vel maxime a verbo *Hæretici*
„abſtineant. Præterea, dum de Cæna
„loquuntur, quam juxta ritum ſuum
„Confeſſioni Auguſtanæ addicti ſumunt,
„non illam probroſiſſimo nomine *Stupæ*
„traducant, ſed potius ſolerter ſtudeant,
„ut alterum mandatorum Dei Caput,
„quod in charitate proximi propter
„Deum conſiſtit, ſemper erga diverſæ
„Religionis Sectatores exerceri incul-
„cent, & miſericordis Samaritani ex-
„emplum Luc. 10. ſuis Chriſtifidelibus
„tam in eorum Concionibus, quam in
„Inſtructionibus ob oculos ponant. Pa-
„ri quoque moderatione ac circumſpe-
„ctione omnes Eccleſiaſtici in privatis
„ſuis colloquiis utantur, & ad idem a-
„lios hortentur: omnes vero & ſinguli
„Catholici præprimis curent, ut ſuo
„proximo, cujuscunque ſit Religionis,
„morum probitate, fervida ad Deum
„oratione, miſericordiæ operibus, ſa-
„lutari & pacifico colloquio præluceant,
„ac denique pro Regiæ ſuæ Majeſtatis,
„totiusque ejus familiæ incolumitate ac
„conſervatione preces juſſu noſtro ty-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„pis impressas fervide ac iterato fu
„dant. Ad horum tenorem omnes a
„bis subditi, præsertim animarum P
„stores & Catholicæ Religionis Cond
„natores sese componere studea
„transgressores vero, cum aliunde
„los contra Regiam indignationem
„vindictam tuendo impares simus,
merito culpæ gravibus pænis coerc
„potestatem nobis competentem re
„vamus."

Philippus Ludovicus Cardinalis
Sinzendorff,
Episcopus Vratislaviensis.
Adam Antonius Oexle de Friedeberg
Vic. General.

§. XLVII.

Pax Vratislaviensis inter Hungar. Reginam & Borussiæ Regem.

Initia hujus anni Austriacis armis c
pido adversa fluxerant; Maria
Theresia Hungariæ Regina ab omni
pene deserta, septem potentissimor
Principum armis undique impetita,
iteratas suorum clades Austriam, Bo
miam, Silesiam, & Moraviam jam fe
totam amiserat. Accessit ad calamita
tis cumulum Zeslaviensis pugna, in
qua die decima septima Maji Austriac

rum multa millia cecidere, quamvis pariter hæc ipsa victoria Borussis caro pretio steterit, nec inde aliud ferme emolumentum haberent, quam quod Silesia & Glazensis Comitatus Victoribus assereretur, & Saxonibus fædere abstractis utraque belligerantium pars proniores ad ineundam pacem aures præberent: Rex enim Borussiæ die undecima Junii Conciliatore Britannorum Rege cum Hungariæ Regina Vratislaviæ pacem composuit, sexdecim articulis comprehensam, ex quibus tamen nonnisi articulus sextus ad rem nostram facit; in eo enim Rex pollicitus est, quod Religionem Catholicam in Silesia *in statu quo* relinquere, & omnes ac singulos dicti Ducatus incolas in quieta suorum bonorum possessione, & pleno rite acquisitorum jurium, privilegiorum atque immunitatum usu relinquere velit, prout idem in prima sua in Silesiam irruptione declarasset: reservavit sibi tamen Rex plenam hujatibus Protestantibus illimitatæ conscientiæ libertatis concedendæ facultatem, & alia supremo Domino competentia jura: nullatenus tamen Rex intendit, hoc jure uti ad immutandum statum, in quo hactenus Religio Catholica fuisset. Huic paci Angliæ Regis, seu potius Hannoverani Electoris nomine Hind-

Sæc.XVIII. A.C.1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

fordius, & pro Rege Boruſſo ſubſtitu-
pſit Comes de Podewils. Poſtquam
vero Rex quietam utriusque Sileſiæ pos-
ſeſſionem ac dominium præfatæ pacis
articulis utrinque firmatis adeptus fu-
rat, regiminis ordinem & *Eccleſiaſti-*
ut vocant, tribunalia haud parum in
mutavit; quippe pro cauſſis civilibus
duas Curias, & pro Proteſtantibus du-
erexit Conſiſtoria; alterum Vratis-
viæ, alterum Glogaviæ; ne vero inter
Catholicas & Proteſtantium Curias ut-
ca jurisdictionis exercitium colliſio de-
ſet, Rex in ſuo novæ erectionis diplo-
mate mentem ſuam his verbis exprimit:
*Speramus etiam, fore, ut Vicarius Ge-
neralis* (nempe Cardinalis Sinzendorf-
fius) *ſeſe intra ſuos limites continet, &
nullas controverſias ſuper Jure patro-
tus, decimis, & teſtamentis, nec ſuper de-
ſocomiis ad ſe devoluturus ſit.* Quan-
vis vero Rex hanc Vicarii poteſtatem
præter ſummum Pontificem, ita limi-
taret, Eundem tamen ſuo patrocinio
& benevolentia adeo honorabat, ut
Eum ſequentis tituli prærogativa no-
minari præciperet: *Domino Domino Fi-
lippo Ludovico Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nali Presbytero, Vratislavienſi Epiſcopo,
Niſſæ & Grotokaviæ Principi, amico
Cognato noſtro, Amico, Principi dilecto
ac fideli.* Cum autem vi hujus pacis
Bo-

Boruſſi & Saxones copias ſuas a Gallo-Bavaris ſeparaſſent, easque e Bohemia eduxiſſent, hi cum ingenti ſuorum clade ex Auſtria, Bohemia, Moravia & Bavaria ejecti fuere. Sæc. XVIII. A. C. 1742.

§. XLVIII.

Boruſſiæ Rex ſolemnitati ob hanc pacem habitæ præſens.

Poſtquam Fridericus Boruſſorum Rex Vratislaviam Victor ingreſſus fuerat, Cardinalis Sinzendorffius Vratislavienſis Epiſcopus, ut publicæ Deo ac Domino exercituum grates rependeret, in Eccleſia Cathedrali *ad Sabulum* dicta ſolemne Officium ad diem tertiam Julii indixit, ipſumque Regem, ut hanc feſtivitatem ſua præſentia condecoraret, perdemiſſe rogavit. Annuit Generoſiſſimus Rex, ac ipſemet unacum duobus ſuis Fratribus Germanis Guilielmo & Henrico, necnon Principe Ferdinando ac numeroſo Belliducum & Procerum comitatu præfatam Eccleſiam acceſſit, quem ante Templi fores Cardinalis Sinzendorffius Præſul, & Præpoſitus Comes de Schafgotſch omnesque Canonici ac univerſus Clerus ſumma veneratione excepit, & usque ad Auguſtale ſolium comitatus eſt. Mox idem Cardinalis ipſus concionem elegantiſſimam

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

habuit, assumpto themate ex his Psalm CXXI. verbis: *Propter Fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te: propter domum Domini Dei nostri quæ bona tibi.* v. 7. & 8. Absoluto hoc sermone Comes de Schaffgotsch Cathedralis Ecclesiæ Præpositus Sacrum solemne habitu Pontificiali insignis celebrat cui æque ac Concioni Rex cum tot Comitatu singulari modestia interfuit.

§. XLIX.

Hæc pax ab Hungariæ Regina summo Pontifici annuntiata.

Gemino hoste, eoque potentissimo per hanc pacem conciliato Maria Theresia Hungariæ Regina ceteris suis quoque inimicis debellandis haud amplius impar ipsum summum Pontificem in gaudii participem reddere festinabat. Hanc in rem Comiti de Thun Regio Hungarico suo apud Romanam Aulam administro negotium dedit, ut initæ pacis Nuntius apud Benedictum XIV. Papam esset. Igitur Comes impetrata ad loquii copia hunc in modum perorabat:

BEATISSIME PATER!

„Hungariæ Regina Princeps ac Domina mea, pacem cum Borusso pepigit, partim ut fœderatis Principibus

„ſibi optime affectis, eorumque conſi- Sæc. XVIII.
„liis acquieſceret, partim ut reliquis ho- A. C. 1742.
„ſtibus ſuis potentius reſiſtere poſſet,
„cumque Divina providentia ejus arma
„ſecundare pergeret, ſpe freta vivit Re-
„gia ſua Majeſtas, hoſtem non modo
„ex ejus Provinciis penitus propulſa-
„tum, ſed & abunde compenſatum iri
„damnum, quod amiſſo Sileſiæ Duca-
„tu perpeſſa eſt: de cetero cum Regina
„noſtra ſacroſanctæ Religionis noſtræ
„incrementum in primis curis ſemper
„habeat, hinc de illius conſervatione
„præprimis ſollicita urgere non deſtitit,
„ut in ſexto *præliminarium*, ut vocant,
„pacis conditionum articulo caveatur,
„& omnino ſpondeatur, ut Catholica
„Religio *in eodem ſtatu*, *quo* in Sileſia
„ſub Reginæ Dominio adhuc floruerat,
„conſervetur, & propugnetur, ſeu ut
„liberum ibidem, & illimitatum, publi-
„cumque Religionis exercitium vigeat,
„& eidem addicti ſuorum bonorum, li-
„bertatum & privilegiorum uſu fruan-
„tur, & frui permittantur. Sicut ergo
„Regina illud ſacrificium, quod Deus
„ab illa depoſcere videbatur, præſtare
„decrevit, & hoc ipſo ſuæ voluntatis in
„Dei voluntate acquieſcentis ſpecimen
„dedit: ita pariter hac occaſione filiali
„ſuo obſequio deeſſe noluit, quominus
„Sanctitati ſuæ pacis articulos commu-

„ni-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„nicaret, & vicissim ab Eadem Apostolicam Benedictionem exoraret." Peorantem Benedictus Pontifex non sine magna animi voluptate percepit, eademque reposuit, se suam hac superamentem proxime literis ad ipsam Augustissimam Reginam dandis apertura. Enimvero tertio post die ad Eandem teras misit, quibus testabatur, spectatorum rerum necessitate, & haud dubia serendioris fortunæ spe se pacis initæ consilium omnino ratum habere, & præsertim omnem exoptati successus felicitatem ac gloriosos hujus pacis fructus dilectissimæ in Christo Filiæ suæ Mariæ Theresiæ apprecari; dein Eandem petitissimam esse voluit, quod Ipse, cum sit communis omnium fidelium Pater, ferventissimis precibus Deum sit exoratus, quatenus Ipsa tam abundanter deinceps Divina Benedictione repleatur, ut damna hucusque perpessa copiosius reparare valeat. Denique in paternæ affectus sui pignus Eidem Apostolicam pariter Benedictionem impertivit.

§. L.

Parisiensis Parlamenti attentata circa Sacramentorum administrationem.

Armis in Silesia silentibus fumantes Eccle-

Ecclesiastici belli scintillæ in Gallia acrius incendium excitare videbantur; quippe nec summi Pontificis moderatio, nec Ludovici XV. auctoritas, nec tot edictorum severitas quorumdam Parlamentorum audaciam reprimere poterat, quominus arrogata sibi auctoritate in functiones sacras involarent, & inversa Christi Domini institutione omnes ferme potestatis Ecclesiasticæ partes usurparent. Nec id satis erat eorum ambitioni; Magistratus enim Laici, ut appellantium numerum conservarent, augerentque, eorumque pertinaciam tuerentur, contra Judicis Ecclesiastici sententiam ac judicium (quæ res nec in veteri Ecclesiæ Historia habet exemplum, nec fors in posteris reperiet fidem) sibi arrogarunt facultatem cognoscendi ac decidendi, quibus & quando fidelibus Sacramenta sint administranda, & illis, quos Ecclesia indignos a Mensa Eucharistica repellit, verum Christi Corpus administrari præciperent: quinimo recusantes Parochos severissimis minis & pænis ad sacrilegam hanc administrationem vel compulerunt, vel alios suæ factionis Sacerdotes ad hanc profanationem conduxerunt. Tam impiæ usurpationis specimen hoc item anno dedit Andegavensis Curiæ Præsidialis Locumtenens. Res ita contigit:

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Fæ-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Fæmina quædam nomine Leporiese ex Parochia Preigniana in Diæceſi Nannetenſi tempore Paſchali agebat, periculoſa ægrotatione in corpore decumbens, graviori autem in animo; quippe pelam Eccleſiæ legi refractaria appellationi ſuæ pertinaciter inhærebat; quocirca Parochus dictam mulierem a Communione Paſchali pro officii ac conſcientiæ ſuæ debito repellebat. Hac percepto in rabiem actus Locumtenens contra Parochum ſententiam pronuntiavit, vi cujus per modum eleemoſynæ tres, & quinquaginta Gallicas libras in compenſationem damni, & lucri ceſſantis ſolvere jubebatur. Nimium patens erat hujus ſententiæ iniquitas, ut Parochus eam ſilentio foveandam crederet: quocirca ſuas querelas ad Cleri Gallicani comitia ſupplex detulit: mox ergo Generales, ut vocant, Agentes ad Regiam ſuam Majeſtatem recurrunt, & temerariæ huic uſurpationi obicem poni efflagitant. Nec eorum votis defuit piiſſimus Rex, qui die quinta Septembris per Regii Senatus decretum iniquam hanc ſententiam omnino nullam declaravit, & ne hic Locumtenens per integrum Menſem ſuo officio fungeretur, inhibuit, eique injunxit, ut deinceps Regiis edictis & mandatis, quæ circa jurisdictionem Eccle-

cleſiaſticam & Cleri privilegia ac jura emanarunt, in omnibus exacte morem gereret. Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sub idem tempus Pariſiis circa quæſtionem de controverſa hac Sacramentorum adminiſtratione vulgabatur *caſus conſcientiæ*, cujus prima verba erant hæc: *Terentius Terentiana* &c. Illius Auctor ſolide propugnabat, quod Parochus vel alius Eccleſiæ Miniſter reus ſit Corporis & ſanguinis Chriſti, ſi illis, de quorum ſubmiſſione erga Bullam *Unigenitus*, certus non eſt, Sacramenta adminiſtrat, vel adminiſtrari permittit. Hanc propoſitionem ægris oculis intuebatur Pariſienſe Parlamentum; igitur, ne uſurpatæ ſuæ jurisdictioni quicquam decederet, mox die octava Auguſti edictum condidit, quo hunc libellum publice flammis tradi juſſit, eoquod in eo contineretur propoſitio hæc tendens ad inducendum ſchisma, *quod Miniſter Eccleſiæ habendus ſit pro prævaricatore, & tanquam reus Corporis ac ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſi conſentiat, ut fideles participent de ſacra Menſa, niſi præberet clarum & planum teſtimonium de pura ac ſimplici ſubmiſſione erga Conſtitutionem UNIGENITUS.* Hæc Parlamenti cenſura veros Catholicos haud parum turbabat; eorum tamen animos

brevi

Sæc. XVIII. A. C. 1742

brevi erexerat Ludovicus Rex, qui per sanctioris sui Consilii decretum die decima Septembris declaravit, quod Judices *sæculares omnino abstinere debuissent a re operis condemnati censura, in qua videntur ipsimet voluisse resolvere casum conscientiæ, sese efferre in judices de dispositionibus necessariis ad receptionem Sacramentorum, & de gradu submissionis debitæ decisionibus Ecclesiasticis in materiis aliud concernentibus nisi doctrinam Religionis. . . . . Cum ergo sua Majestas sæpius declararit, in ejusmodi occasionibus alienissimum a se esse, hujusmodi materias mere spirituales respicere tanquam auctoritati suæ subjectas, minime tolerare potest, ut illi, quibus a se partem administrationis pro exercenda justitia ipsi commissa, limites a semetipsa præscriptos excederent. Propterea sua Majestas mandat & præcipit, præfatam operis quæstionem tanquam non emanatam, nullam nulliusque effectus habendam esse.*

Exoptandum quidem fuisset, ut refractarii tam salutaria, æqua & Christiana Regis sui Christianissimi imperia docili animo executi fuissent; attamen illis, qui ad Ecclesiæ, cui jure Divino subjecti sunt, vocem aures suas obturare jam assueti sunt, nil fortius nius est, quam quod voluntati suorum

Pro-

Principum, quibus etiam lege naturali obnoxii ſunt, palam reſiſtant. Sæc. XVIII. A. C. 1742.

§. LI.

Pluribus Dei Famulis Cœlitum honores a Benedicto XIV. Papa aſſerti.

Interim Benedictus XIV. Pontifex maximus continua ſatorum varietate jactabatur, nunc proſpero recreatus, nunc adverſo exagitatus nuntio; ſibi tamen ſemper æqualis inter animi ſui ſolatia reponebat paſtoralem ſollicitudinem, qua univerſos Chriſti fideles propoſitis Sanctorum exemplis ad imitationem, vel ſaltem ad morum correctionem inducere adlaborabat. Eo fine Servum Dei Camillum de Lellis, qui Congregationis Clericorum Regularium infirmis miniſtrantium fundator erat, comprobata jamjam ejus vitæ ſanctimonia, virtutibus heroicis, patratisque miraculis ſolemni apotheoſi Beatorum Albo inſcribere decreverat. Præprimis vero Ejusdem Corpus ex tumulo in Romana Eccleſia S. Mariæ Magdalenæ ſito elevari, atque in decentiorem locum collocari voluit. Igitur Ludovico Valenti *Signaturæ* utriusque Referendario & *Fidei*, ut vocant, *Promotori* die quinta Martii præcepit, ut unacum publico

Sæc. XVIII. A. C. 1742

Notario, & dictæ Congregationis Præposito Generali, ejusque Assistentibus ad præfatum locum se transferat, clausisque Ecclesiæ januis tumulum effodi & tumbam, in qua dictum Corpus quiesvit, omnibus accuratissime inspectis atque annotatis reserari curet, solerter tamen caveat, ne vel ipse vel quiscumque alius vel minimam particulam e præfato corpore secum asportet. Postea vero ipse idem Corpus in aliam arcam suo sigillo munitam reponat, & in decentiorem locum translatum tutissime custodiri jubeat. His ergo rite adimpletis summus Pontifex ad imperatis Hispaniarum Regum Philippi III & IV. plurimorum etiam Principum, Ducum & Neapolitanorum Nobilium, atque Ecclesiasticorum preces die septima Aprilis auctoritate Apostolica indulsit, ut idem Dei Famulus imposterum Beati nomine nuncuparetur, eique omnia veneationis Beatis debitæ officia perfolvi possent.

Die autem vigesima octava ejusdem Mensis idem Pontifex Apostolicas litteras edidit, quibus Elisabetham Lusitanorum Reginam jam ab Urbano VIII. anno 1626. Sanctis adscriptam fuisse testabatur, ne ea res unquam in dubium vocari posset. Huic vero Constitutoni vi-

viginti octo Cardinales subscripsere. Sub idem tempus Marcus Antonius Gravois Ord. FF. Minorum de observantia summo Pontifici exposuit, quod idem Urbanus VIII. Papa caussam Canonisationis Beatæ Joannæ de Valesia, quæ erat Franciæ Regina & Ordinis Annuntiatæ B. Virginis Fundatrix, instrui præceperit, & ad finem ferme perduxerit, ejus tamen cultus ob præfati Pontificis decretum fuerit intercisus, postea vero inclarescentibus miraculis per eam a Deo perpetratis Alexander VII. ad Ludovici Regis & Annæ Austriæ Reginæ preces ad dictæ Famulæ Dei beatificationem & Canonisationem procedi posse indulserit: demum vero Bituricensis Archiepiscopus Judex delegatus sententiam tulerit, quod de cultu immemorabili hujus Beatæ omnino constet, hinc prædictus Marcus Antonius sacræ Cardinalium Congregationi hoc dubium proposuit: *An sententia Archiepiscopi prædicta esset confirmanda in casu & ad effectum, de quo ageretur?* Sacra autem hæc Congregatio ponderata pro rei gravitate caussa die decima quarta Aprilis affirmando rescribendum censuit. Hoc vero decretum Benedictus XIV. Papa die decima octava Junii authoritate Apostolica confirmavit.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

§. LII.

Famosa Benedicti XIV. Constitutio contra prohibitorum rituum Sinensium Vindices.

Cum ex diuturna experientia Benedicto Pontifici Maximo probe innotesceret, quam grave & vix non irreparabile damnum & vastationem florentissimo Dominico agro in Sinarum Imperio intulisset pervicacia illorum Missionariorum, qui spretis Vicariorum, ipsorumque Pontificum monitis & decisionibus prohibitos ritus sub variis, iisque frivolis obtentibus permiserunt, imo etiam ceu licitos ac mere civiles pertinaciter propugnarunt, & etiamnum propugnant, hinc Pontifex, ut tandem hæc zizania penitus evelleret, hoc anno die undecima Julii percelebrem edidit Constitutionem, quæ ab his verbis incipit: *Ex quo singulari* &c. Ea est adeo erudita, solida & energica, ut illius summa omni jure singularem in Historia Ecclesiastica locum sibi vendicet. Primis igitur Pontifex rem ab ejus origine repetit, atque affirmat, „quod „occasionem diffidiis ejusmodi dederint „ceremoniæ quædam & ritus, quibus „Sinenses, ad Confucium Philosophum „& Majores suos honoribus prosequen-

„dos

„dos, uti consueverunt: & nonnulli ex „Missionariis contenderint, eas esse ce- „remonias, & ritus mere civiles, adeo- „que concedendos iis, qui relicto idolo- „rum cultu Christianam Religionem am- „plectebantur; contra vero alii eos ut- „pote superstitionem olentes, sine gravi „Religionis injuria permitti nullo modo „posse asseruerint. Hæc vero contro- „versia multis annis Apostolicæ Sedis „curam, & sollicitudinem ad se traxerit; „cum id maxime caveat, ne zizania in „agro Dominico radices agant, aut si „forte egerint, eæ, quam cito fieri po- „test, evellantur.

Sæc.XVIII. A.C. 1742.

Postea recenset, quod primo ad sacræ Sedis tribunal hanc caussam detulerint ii, qui ritus Sinicos superstitio- „ne imbutos suspicabantur: ac ideo su- „per illis dubia nonnulla proposita fue- „rint Congregationi de Propaganda Fi- „de. Hæc autem 1645. comprobarit „responsa, ac decisiones Theologorum „qui ceremonias & ritus eosdem super- „stitione revera infectos judicarunt. „Proinde Innocentius Papa X. ad præ- „fatæ Congregationis preces, omnibus, „& singulis Missionariis, sub pæna ex- „communicationis latæ sententiæ, sibi, „ac sanctæ Sedi reservatæ mandarit, ut „responsa, ac decisiones prædictas om-

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„nino obſervarent, easque ad praxin
„deducerent, donec Papæ & Apoſtolicæ
„Sedi aliter viſum non eſſet.

„Verum paulopoſt, proſequitur Pon-
„tifex, ab aliis ejusdem Miſſionis Operi-
„riis alia dubia de iisdem ritibus, & cere-
„moniis fuere exhibita, ex quibus cere-
„moniæ ipſæ, ritusque nullam in ſe ſu-
„perſtitionem habere videbantur. Nega-
„tium itaque hujusmodi ab Alexandro
„Papa VII. ſacræ Inquiſitionis Congrega-
„tioni commiſſum fuit, quæ prout ma-
„diverſaque ratione fuerat ſibi de iisdem
„ceremoniis expoſitum, alias quas
„tanquam mere civiles, & politicas
„eſſe permittendas, alias vero minus
„tolerari poſſe judicavit; idemque Ale-
„xander Pontifex anno 1656. hanc ſen-
„tentiam probavit & confirmavit.

„Sed ecce tertio ad ſanctam Sedem
„hæc eadem controverſia. Cum plu-
„dubia ſacræ Inquiſitionis Congregatio-
„ni propoſita fuiſſent, illud quoque
„ea quæſitum fuit, utrum adhuc vigeret
„Innocentii Papæ X. præceptum, ut
„ſub pæna excommunicationis latæ ſen-
„tentiæ mandabat obſervantiam reſcri-
„ſionum, ac deciſionum, quæ a Con-
„gregatione de Propaganda anno 1645.
„ut ſupra dictum eſt, emanaverant.

Pro-

„Præterea, an ſtantibus recens ex-
„poſitis dubiis, earum praxis retinenda
„foret: cum præſertim obſtare videre-
„tur decretum ſacræ Inquiſitionis, quod
„ab ea emanavit anno 1656. ſuper quæ-
„ſitis nonnullis, diverſa ratione, aliisque
„circumſtantiis propoſitis ab Operariis
„Apoſtolicis in Siuarum Regno commo-
„rantibus. Reſpondit ad hæc ſacræ In-
„quiſitionis Congregatio an. 1669. præ-
„ſatum Congregationis de Propaganda
„Fide decretum adhuc vigere, habita
„ratione rerum, quæ fuerunt in dubiis
„expoſitæ; neque illud fuiſſe circum-
„ſcriptum a Decreto ſacræ Inquiſitio-
„nis, quod anno 1656. emanavit: imo
„eſſe omnino oſervandum juxta quæ-
„ſita, circumſtantias, & omnia ea,
„quæ in antedictis dubiis continen-
„tur. Declaravit pariter, eodem mo-
„do eſſe obſervandum prædictum ſa-
„cræ Congregationis decretum anni
„1656. juxta quæſita, circumſtantias, &
„reliqua in ipſis expreſſa. Hoc autem De-
„cretum Clemens Papa IX. comprobavit.

„Cum autem omnia præfata Decre-
„ta pro varia rerum expoſitarum ratio-
„ne fuerint facta, ac promulgata, tan-
„tum abſuit, ut rituum Sinenſium con-
„troverſia finem obtineret, ut magis illa
„vires, & incrementum acquireret. Nam
„ſciſſis Evangelicis Operariis in partes,

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„adducta res fuit in acriorem animo-
„rum ac sententiarum contentionem.
„Atque hinc non sine gravi scandalo
„magnoque Fidei damno, consecuta est
„prædicatio non uniformis, & non ut-
„dem ubique Christianorum illorum de-
„sciplina, & institutio. De his autem
„absurdis certior factus Innocentius Pa-
„pa XII. Prædecessor noster, id ma-
„neris sui omnino esse putavit, ut per-
„niciosis adeo dissidiis finis daretur,
„proinde exactam, maximeque ac-
„curatam totius hujus controversiæ de-
„scussionem sacræ Inquisitionis Con-
„gregationi commisit. Cumque nihil
„intentatum reliquisset, quo sincerum
„facti notitiam obtineret, firmata quo-
„que fuerunt de illius mandato summa
„cum diligentia Quæsita, quæ per eam-
„dem sacram Congregationem relata
„rentur."

„Quæsitorum illorum examen Inno-
„centii Papæ XII. mors intercepit. Cle-
„mens autem XI., qui successit, Præde-
„cessoris sui zelo plenus, coram se quæ-
„sitorum eorundem examen fieri vo-
„luit. Quam ob rem post diuturnam
„maturam & accuratissimam rei de-
„scussionem, post auditas ex utra-
„que parte rationes, quibus libere
„producendis unicuique locus amplis-
„mus datus fuit, id Clemens Papa Un-
„de-

„decimus anno 1704. confirmavit, & „Apoſtolica auctoritate comprobavit „præmemoratæ ſacræ Congregationis „reſponſiones ad omnia & ſingula quæ„ſita propoſita, quibus Ritus Sinenſes, „utpote ſuperſtitione imbuti, prohi„bebantur; mandavitque, præfatas re„ſponſiones ad Carolum Thomam de „Tournon Antiochiæ Patriarcham, Com„miſſarium, & in Sinarum Regno Viſi„tatorem Apoſtolicum transmitti; ut „nimirum exactam earundem obſervan„tiam omnibus & ſingulis Miſſionariis, „pænis quoque Canonicis in refracta„rios indictis, præciperet.

Sæc.XVIII. A.C. 1742.

„Promulgavit quidem Patriarcha „Antiochenus deciſionem Apoſtolicam, „addito Decreto, quo ab univerſis ejus „obſervantiam exigebat. Cum autem „illam tentaſſent eludere, variisque in„anibus rationibus effugere ii, qui Si„nenſes Ritus tamquam politicos, ac „mere civiles propugnaverant, prædi„ctus Pontifex Clemens XI. Decreto, „quod per ſacræ Inquiſitionis Congre„gationem emanavit anno MDCCX. „præcepit omnimodam, & inviolabi„lem earundem reſponſionum abs ſe A„poſtolica auctoritate confirmatarum ob„ſervantiam, & alia, quæ Decreto ipſo „continentur.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Hic inſeruit Pontifex integrum d cretum a S. Inquiſitionis Congrega ne emanatum & a Clemente XI. P confirmatum, quod jam in tomo LXV pag. 178 Hiſtoriæ meæ relatum betur.

„At vero, proſequitur Bene „Papa, nec decretum hujusmod „difficiles animos ſubjiciendos va „Itaque Clemens idem Papa XI. „illos tandem aliquando frænaret C „ſtitutionem anno 1715. evulgan „ſolemniter iterum confirmavit „ctas ſacræ Inquiſitionis reſpo „easque exacte, & ad amuſſim „vari mandavit, præcluſis omnibus „effugiis, quibus perfectam earum „ſervantiam contumaces homines „quo pacto evadere potuiſſent; „tenoris, qui ſequitur:

Clemens Papa XI. Ad futurum memoriam: Ex illa die, qua, nulli meritorum noſtrorum ſuffragio, Catho Eccleſiæ gubernacula, hoc eſt, munus amplitudine graviſſimum, ac temporum quitate moleſtiſſimum, Deo ſic diſpon ſuſcepimus, nihil Nobis manum clavo moventibus antiquius fuit, quam acerr contentiones jam pridem in Imperio S rum inter Apoſtolicos illarum pa Miſſionarios exortas, ſemperque indies

gis invalescentes, tam circa quasdam voces Sinicas, ad sanctum, & ineffabile Dei nomen exprimendum inibi usurpatas, quam circa nonnullos earum gentium Ritus, veluti superstitiosos a quibusdam ex Missionariis prædictis reprobatos; ab aliis vero, utpote eos civiles tantum asserentibus, permissos; Apostolici Judicii censura opportune dirimere, ut sublatis dissidiis, Christianæ Religionis, Catholicæque Fidei propagationem turbantibus, omnes tandem id ipsum dicerent in eodem sensu, & in eadem sententia, unoque ore glorificaretur Deus ab iis, qui sanctificati sunt in Christo Jesu.

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

Cetera ad verbum relata leguntur in dicta Historia mea tom. LXIX. p. 3 usque ad Paginam 19.

Recitata igitur integra Clementis XI. Constitutione Benedictus XIV. hæc addidit.

„Per Constitutionem Apostolicam „adeo solemnem, qua Clemens Papa „XI. se huic controversiæ finem dedisse „testatur, justum & æquum videbatur, „eos, qui sanctæ Sedis auctoritatem se„se quam maxime revereri profitentur, „humili, & obsequenti animo illius ju„dicio semet omnino subjicere, nec ul„terius quidquam cavillari. Nihilomi-

„nus

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„nus inobedientes & captiosi homi-
„exactam ejusdem Constitutionis obl-
„vantiam se effugere posse putarunt,
„ratione, quod illa Præcepti titulo
„præfert, quasi vero non indissolubi-
„legis, sed Præcepti mere Ecclesia-
„vim haberet; tum etiam, quod
„debilitatam existimarent ex perm-
„nibus quibusdam, quas super iis
„Sinensibus Ritibus publicavit Car-
„Ambrosius Mediobarbus Patriarch-
„lexandrinus, cum Commissarium
„Visitatorem Generalem Apostolicum
„iis Regionibus ageret.

„Nos igitur animadvertentes præsti-
„ctam Constitutionem Christiani cultus
„puritatem respicere, quem illa ab omn-
„ni superstitionis labe immunem servare
„contendit, nullo modo ferre possumus
„quemquam existere, qui eidem repu-
„gnare temere audeat, aut contemn-
„re, perinde acsi ipsa supremam Apost-
„licæ Sedis decisionem non continere
„sed id, de quo agitur non ad Relig-
„nem spectaret, sed quid per se indif-
„rens foret, aut quædam variabilis-
„sciplinæ ratio. Proinde auctoritate
„Omnipotenti Deo Nobis tradita uti
„lentes ad illam in suo robore omni-
„servandam, de authoritatis ejusdem
„plenitudine, non modo eam approb-
„mus

„mus, & confirmamus, ſed etiam, „quantum poſſumus, omnem vim, & „firmitatem, ad illam magis magisque „roborandam, ac ſtabiliendam, adjici„mus, eamque in ſe plenam, ac omni„modam Apoſtolicæ Conſtitutionis au„ctoritatem habere dicimus, & decla„ramus.

Sæc.XVIII. A.C.1742.

„Permiſſiones autem, quarum ob„tentu aliqui prædictæ Conſtitutionis „robur infringere conantur, originem „duxerunt a Reſponſionibus quibusdam, „quas duo Viri, qui jam pridem in Si„narum Regno fuerant, ad quæſita non„nulla dederunt, quæ ſuper ejusdem „Conſtitutionis Apoſtolicæ executione, „ac praxi, Miſſionarii quidam propo„ſuerant. Reſponſiones itaque hujus„modi, unacum dubiis illis, nullo ta„men Romani Pontificis, ſive approban„tis ſive aliquid de ſuo addentis indicio, „transmiſſæ fuerunt ad præſatum Pa„triarcham Alexandrinum, ejus animi „inſtruendi cauſa, utque illis uteretur, „prout circumſtantiæ rerum, ac tem„poris poſtularent: integro tamen re„manente Apoſtolicæ Sedis jure eas „comprobandi, vel etiam revocandi, ſi „quando conformes, aut repugnantes „Conſtitutionis præfatæ decretis ullo „modo compertæ forent.

„Vix

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Vix Sinarum Regnum Patriarc„Alexandrinus ingressus, in iis ar„stiis se positum intellexit, ut conc„fuerit in publicum emittere, non „dem Responsiones, quas præmemo„duo viri ad proposita quæsita dede„bene vero permissiones octo, quæ a„lis fuerant deductæ, atque inde a„dem Patriarcha in Pastorali sua „stola insertæ."

Refertur hic integra Mediobarb„sitatoris Apostolici Pastoralis equi„unacum octo illis permissionibus, q„jam in tomo LXX. pag. 620 adduximus„ Postea ita prosequitur tenor Constitu„tionis Benedicti XIV.

„Cum autem Patriarcha Alexandri„nus in præallata Pastorali mentio„suam satis prudenter explicuisset, „mirum Pastoralis hujus suæ Epist„notitia opus non esse ad promovendu„in Neophitis erga Pontificia Decreta „nerationem, cum satis esset, ut juxta „stitutionis Pontificiæ mandata in vi„lutis dirigerentur; præterea cum co„bus, quibuscunque interdictum vo„set, sub pæna quoque excommunica„nis latæ sententiæ, ne quis illam in„nensem, aut in Tartaricum sermone„verteret, aut cuiquam, qui Missiona„rius non esset, eam palam faceret; „set

„permissionibus autem cum statuisset, Sæc. XVIII.
„non nisi caute, & ubi tantum utilitas, A. C. 1742.
„vel necessitas id postularet, esse evul-
„gandas: profecto omnis, ad quem Pa-
„storalis illa dirigebatur, ex tali proce-
„dendi modo haud obscure inferre de-
„bebat; quantis ille animi angustiis ob-
„sessus, & quam anceps, ac perplexus
„in Permissionibus hujusmodi propo-
„nendis extitisset; adeo ut œconomia
„quadam usus fuisset ad loci & tempo-
„ris circumstantias prorsus necessaria:
„a qua putandum est, eum recessurum
„fuisse, si libertas sibi data esset rem di-
„scutiendi cum Episcopis, aliisque do-
„ctis Viris, qui nihil aliud, quam Chri-
„stiani cultus puritatem, & Apostolicæ
„Constitutionis observantiam ante ocu-
„los haberent.

„At Permissiones illæ contra expres-
„sam adeo Patriarchæ ipsius voluntatem
„evulgatæ; & quod mirum, Pekini
„Episcopus per binas suas Pastorales
„mandavit, sub pœna suspensionis ipso
„facto incurrendæ, universis Diœcesis suæ
„Missionariis, ut observarent, & observari
„præciperent Constitutionem: *Ex illa*
„*die*, juxta Permissiones, quas ipse con-
„tendebat, ad ea potissimum referri,
„quæ in præcitata Constitutione fuerant
„solemniter interdicta. Præcepit insu-
„per, ut Christifideles quater singulis
„an-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„annis in diebus omnium celeberrimis „distincte instruerentur, tum in iis, „quæ Constitutione Apostolica prohi„berentur, tum in iis, quæ a Patriar„chæ Alexandrini Pastorali permittun„tur.

„Enimvero Clemens Papa XII. Pra„decessor noster, tam audax Episcopi „Pekinensis factum æquo animo ferre „haud potens muneri suo maxime in„teresse judicavit binas illas Epistolas „damnare, ac penitus reprobare Apo„stolico Brevi, quod anno 1735. promul„gavit, in quo sibi & S. Sedi reservavit ha„cultatem declarandi Sinensibus Chri„stianis mentem suam, & ejusdem san„ctæ Sedis sententiam in iis, aliisque, „quæ ad materiam hujusmodi spectan„rent.

Hanc Clementis XII. Constitutionem habes ad verbum relatam in tomo LXXV. Historiæ meæ pag. 91. postea ita pergit Benedictus XIV.

„Id vero, quod idem Pontifex Cle„mens XII. sibi, ac sanctæ Sedi Chri„stianis Sinensibus declarandum reser„vavit, erat profecto materia Permissi„num, de quibus certior jam factus fue„rat, deque maxima inde secuta inter „Missionarios dissensione; cum alii con„tenderent, Constitutionem: *Ex illa* „*die:* omnem vim suam amittere, si „Per-

„Permissiones illæ in praxi consistant; „alii vero factis palam ostenderent, Per- „missionum colore se ad prædictæ Con- „stitutionis observantiam minime teneri, „juxta illa, quæ in ipsa Constitutione „præscribuntur. Itaque præfatus Præ- „decessor noster, quo christianæ Reli- „gionis puritatem, quæ in iis Regioni- „bus per exactam præmemoratæ Con- „stitutionis observantiam servanda erat, „assereret, & controversiis istiusmodi „finem aliquando imponeret, examini „perquam diligenti totum Permissionum „negotium commisit, ita, ut a Theo- „logis, tum etiam a sanctæ Romanæ „Ecclesiæ Cardinalibus sacræ Inquisi- „tioni præpositis mature serioque discu- „teretur. Antequam vero supremam „de illis sententiam pronuntiaret, ad „pleniorem facti notitiam obtinendam, „omnes & singulos, quotquot in Urbe „existerent, Sinarum Missionarios, tum „etiam complures juvenes, qui ex iis „Regionibus in Europam, educationis, „& christianæ rei addiscendæ caussa, „venerant, ad examen super his, ser- „vato juris ordine, vocari jussit.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Nos igitur Prædecessoris nostri ve- „stigiis insistentes, eodemque Religionis „zelo, quo ille, incensi, ut tanti mo- „menti opus, quod ipse morte præoc-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„cupatus absolvere minime potuit, ali-
„quando tandem, Deo auxiliante per-
„ficeremus, Permissiones illas, & qui-
„dem singulas, coram Nobis summo
„studio, ac diligentia examinari curavi-
„mus; neque laborem nostrum tantum
„sed Cardinalium quoque & sacræ In-
„quisitionis Consultorum doctrinam, &
„consilium exquisivimus; ac tandem
„satis aperte compertum habemus, ar-
„tedictas Permissiones nunquam a sanctæ
„Sede probatas, Apostolicæ Clementis
„Papæ XI. Constitutioni repugnare, at-
„que adversari, utpote quæ partim ce-
„remonias, Ritusque Sinenses a præ-
„dicta Constitutione proscriptos conce-
„dant, partim regulis in ipsa traditis
„ad vitandum superstitionis periculum
„opponantur.

„Nolentes itaque, quemquam ad
„Constitutionem ipsam summo christia-
„næ Religionis damno malitiose eve-
„tendam, Permissionibus ejusmodi uti
„definimus, ac declaramus, præfatas
„permissiones ita esse habendas, ac si nun-
„quam extitissent earumque praxim tan-
„quam superstitiosam omnino damna-
„mus & execramur. Itaque præfatæ
„hujus nostræ Constitutionis perpetuæ
„valituræ vi revocamus, rescindimus,
„abrogamus, atque omni vigore, &
„effectu vacuas esse volumus omnes li-
„las,

„las, & singulas Permissiones; easque „semper uti cassas, irritas, invalidas, „& nullius prorsus roboris, aut vigoris „habendas esse dicimus, ac pronun„tiamus.“ Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Præterea cum Clemens Papa XI. in „Constitutione: *Ex illa die*: apposuerit „hæc verba: *Per Præmissa nihilominus non vetari, quominus erga defunctos peragi possint alia, si quæ sint, quæ vere superstitiosa non sint* &c. Nos dicimus, „& declaramus ea verba: *Alia si quæ „sint*: intelligenda esse de usibus & ce„remoniis diversis ab illis, quas idem „Pontifex Apostolica Constitutione jam „interdixerat, & quas Nos pariter ea„dem auctoritate configimus, atque in„terdicimus, ne antedictis Permissioni„bus, quas omnino damnatas volumus, „ullus in posterum locus pateat.

„Districte itaque prohibemus, ne „quis Archiepiscopus, aut Episcopus, „aut Vicarius, aut Delegatus Apostoli„cus, aut Missionarius, tam sæcularis, „quam Regularis, cujuscumque Ordi„nis, Congregationis, Instituti, etiam „Societatis Jesu, aliorumque, de qui„bus expressa & individua mentio fieri „debeat, Permissionibus prædictis ullo „pacto uti valeat, sive publice, sive pri„vatim, sive palam, sive clam; neque

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„audeat, vel præsumat Constitutionis „paulo ante citata verba aliter, ac Nos „supra declaravimus, alicui explicare, „interpretari.

„Quare ex prædictorum sanctæ Ro„manæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, „motu quoque proprio, ac certa scie„entia maturaque deliberatione, tum „etiam de plenitudine Apostolicæ potes„statis, Constitutionis præsentis tenorem „& in virtute sanctæ obedientiæ præcei„pimus, & expresse mandamus omni„bus & singulis Archiepiscopis & Epis„scopis in Sinarum Imperio, aliisque „Regnis, & Provinciis, sive finitimis, „sive adjacentibus, nunc existentibus, „aut olim pro tempore futuris, sub pœ„nis suspensionis a Pontificalium exer„citio, & ab Ecclesiæ ingressu Interdi„cti, eorum vero Officialibus, & Vi„cariis in spiritualibus Generalibus, ut„liisque eorundem Locorum Ordinariis „Vicariis quoque, aut Delegatis Apo„stolicis, qui Episcopi non sunt, tum „etiam Provicariis, & insuper Missio„nariis universis tam sæcularibus, quam „regularibus cujuscumque Ordinis, Con„gregationis, Instituti, etiam Societa„tis Jesu, sub pœnis privationis quarum„cunque, quibus gaudent, facultatum, „& suspensionis ab exercitio curæ so„lum

„nimarum, tum etiam suspensionis a „Divinis ipso facto incurrendæ absque „alia declaratione, demum excommu- „nicationis latæ sententiæ, a qua non „possint nisi a Nobis, & a Romano Pon- „tifice pro tempore existente absolvi, „præterquam in articulo mortis consti- „tuti, addita quoad Regulares etiam vo- „cis activæ, & passivæ privationis pæ- „na, præcipimus, & districte manda- „mus, ut omnia & singula, quæ in hac „nostra Constitutione continentur, ex- „acte, integre, absolute, inviolabili- „ter, atque immobiliter non modo ipsi „observent, sed etiam omni conatu ac „studio ea ipsa observari curent a singu- „lis & universis, qui quoquo modo ad „eorum curam & regimen spectant; nec „colore, caussa, occasione, seu prætextu „aliquo, huic nostræ Constitutioni ulla „in parte contraire, aut adversari au- „deant, vel præsumant."

„Præterea quoad Missionarios Re- „gulares cujuscumque Ordinis, Con- „gregationis, Instituti, ac Societatis „quoque Jesu, siquis eorum (quod Deus „avertat) exactam, integram, absolu- „tam, inviolabilem, strictamque obe- „dientiam denegaverit iis, quæ a No- „bis præsentis hujus Constitutionis te- „nore statuuntur, ac præcipiuntur; eo-

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„rum Superioribus tam Provincialibus
„quam Generalibus in virtute sanctæ
„obedientiæ expresse mandamus, ut ho-
„mines hujusmodi contumaces, perfi-
„tos, ac refractarios a Missionibus ab-
„que ulla mora dimoveant, eosque in
„Europam statim revocent, ac de illo
„notitiam Nobis exhibeant, ut reos in
„gravitate criminis punire valeamus.
„Quodsi prædicti Superiores Provincia-
„les, aut Generales huic nostro præce-
„pto minus obtemperaverint, aut in ea
„desides fuerint, Nos contra ipsos quo-
„que procedere non recusabimus, ac-
„que inter cetera mittendi aliquem ex
„ipsorum Ordine in earum Regnorum
„Missiones privilegio, seu facultate, eos
„perpetuo privabimus.

„Postremo, ut hæc nostra Constitu-
„tio in suo robore semper integra, ac
„firma maneat, volumus quoque, ut
„ad Formulam juramenti a Clemente
„Papa XI. in sua Constitutione prædic-
„ptam nonnulla adjiciantur, quæ ma-
„xime necessaria putavimus. Idcirco
„omnes qui præfatæ Constitutionis vi-
„gore, sub pœnis in ea contentis, jura-
„mentum præstare debebunt, in poste-
„mum sequenti Formula utentur, vi-
„delicet: *Ego N. Missionarius ad Sinas,
vel ad Regnum N. vel ad Provinciam N.*

a Sede Apostolica, vel a Superioribus meis, juxta facultates eis a Sede Apostolica concessas, missus, vel destinatus Præcepto, ac Mandato Apostolico super Ritibus, ac Ceremoniis Sinensibus in Constitutione Clementis Papæ XI. hac de re edita, qua præsentis juramenti formula præscripta est, contento, ac mihi per integram ejusdem Constitutionis lecturam apprime noto, plene, ac fideliter parebo, & exacte, absolute, ac inviolabiliter observabo, & absqne ulla tergiversatione adimplebo, atque pro virili enitar, ut a Christianis Sinensibus, quorum spiritualem directionem quoquomodo me habere contigerit, similis obedientia eidem præstetur. Ac insuper, quantum in me est, nunquam patiar, ut Ritus & Ceremoniæ Sinenses in literis Pastoralibus Patriarchæ Alexandrini Macai datis die 4. Novembris 1721. permissæ, ac a sanctissimo Domino Nostro Benedicto PP. XIV. damnatæ, ab eisdem Christianis ad praxim deducantur. Si autem (quod Deus avertat) quoquo modo contravenerim, toties quoties id evenerit, pœnis per prædictas Constitutiones impositis me subiectum agnosco, & declaro. Ita, tactis sacrosanctis Evangeliis, promitto, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Ego N. manu propria.

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

„Confidimus igitur fore, ut Prin-
„ceps Pastorum Jesus Christus laboribus
„a Nobis, qui ejus vices in terris geri-
„mus, in hoc negotio diu impensis be-
„nedicat, ut in amplissimis illis Regio-
„nibus Evangelica lux clare nitideque
„effulgeat, ac præpotenti manu sua ad
„pia nostra consilia promoveat, ut Re-
„gionum earundem Pastores intelligant,
„planeque sibi persuadeant obligatio-
„nem, qua ipsi tenentur vocem nostram
„audire & sequi. Confidimus quoque
„Deo favente, ex eorum cordibus in-
„anem illum metum sublatum iri, ne
„videlicet per exactam Pontificiorum
„Decretorum observantiam infidelium
„conversio retardetur. Nam hæc a Di-
„vina gratia sperari potissimum debet;
„quæ quidem ab eorum ministerio lon-
„ge non aberit si Christianæ Religionis
„veritatem impavide prædicaverint, ne-
„que ea puritate, quæ ipsis ab Apostolica
„hac sancta Sede tradita est; parati
„quoque ad eam propugnandam san-
„guinem effundere, exemplo sanctorum
„Apostolorum, aliorumque Christiano-
„Fidei clarissimorum propugnatorum,
„quorum sanguis tantum abfuit, ut E-
„vangelii cursum interciperet, aut re-
„tardaret, ut potius Vineam Domini fe-
„rentem magis, & fidelium animarum
„copiosiorem effecerit. Nos quidem
„pro

„pro viribus nostris Deum obsecrabi- Sæc. XVIII.
„mus, ut invictam illis hanc animi fir- A.C. 1742.
„mitatem, & Apostolici zeli robur con-
„cedat. Verum ad eorum memoriam
„deducimus, ut, quando ad sacras Mis-
„siones destinantur, se tanquam veros
„Jesu Christi discipulos cogitent. & ab
„eodem se missos fuisse, non ad gaudia
„temporalia, sed ad magna certamina,
„non ad honores, sed ad despectiones,
„non ad otium, sed ad labores, non ad
„requiem, sed ad afferendum fructum
„multum in patientia.

„Volumus autem ut earundem præ-
„sentium transsumptis, etiam impressis,
„manu alicujus Notarii publici subscri-
„ptis, & sigillo personæ in Dignitate
„Ecclesiastica constitutæ munitis, ea-
„dem fides prorsus adhibeatur, quæ
„ipsis originalibus literis adhiberetur,
„si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„Nulli ergo hominum liceat hanc
„paginam nostræ confirmationis, inno-
„vationis, revocationis, rescissionis, ab-
„olitionis, cassationis, annullationis,
„damnationis, ac ordinationis infrin-
„gere, vel ei ausu temerario contraire.
„Si quis autem hoc attentare præsum-
„pserit, indignationem Omnipotentis
„Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apo-
„stolorum ejus se noverit incursurum.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Datum Romæ apud sanctam Ma„riam Majorem, quinto Idus Julii, An„no Incarnationis Dominicæ millesimo „septingentesimo quadragesimo secun„do, Pontificatus Nostri Anno II.

§. LIII.

Nankimensis Episcopus in hujus Constitutionis observantiam jurare jussus.

Obierat in Sinensium Imperio Emanuel a Jesu Maria Nankimensis Diœcesis Episcopus; viduatæ huic Ecclesiæ Benedictus XIV. Papa in Pastorem ob præclara ejus merita suffecit P. Franciscum de sancta Rosa Viterbiensi; cui tamen die tertia Decembris serio injunxit, ut de fideliter, integre & inviolabiliter observandis Clementis XI. & Benedicti XIV. Constitutionibus circa Sinenses Ritus editis, priusquam consecrationis munus susciperet, juramentum præstet, illudque suo chirographo ac sigillo munitum vel saltem authentico cum illius exemplum Romam ad summum Pontificem quantocius transmittat. Hujus autem juramenti formula erat hæc: *Ego Franciscus de sancta Rosa de Viterbio Electus de Nankino, præcepto, & mandato super Ritibus, & ceremoniis Sinensibus in Constitutione pon-*

tem.

mem. Clementis Papæ XI. die XIX. Martii MDCCXV. hac de re edita, qua præsentis juramenti formula præscripta est, contento, ac mihi per integram ejusdem Constitutionis lecturam apprime noto, plene, ac fideliter parebo, illudque exacte, absolute, & inviolabiliter observabo, & absque ulla tergiversatione adimplebo, atque pro virili enitar, ut a meis subditis, aliisve, quorum cura ad me in munere meo spectabit, quantum in me erit, similiter observari & adimpleri curabo: Ac insuper, quantum in me est, nunquam patiar, ut Ritus, & Ceremoniæ Sinenses, in literis Pastoralibus Patriarchæ Alexandrini Macai datis die IV. Novembris MDCCXXI. permissæ, ac a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. damnatæ, ab eisdem subditis ad praxim deducantur; si autem (quod Deus avertat) quoquomodo contravenerim, toties, quoties id evenerit, pœnis per præfatas Constitutiones impositis me subjectum agnosco, & declaro. Ita tactis sacrosanctis Evangeliis promitto, voveo, & juro; sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. Ego Franciscus de sancta Rosa, de Viterbio Electus de Nankim manu propria.

Sæc.XVIII. A.C.1742.

Hoc idem juramentum non modo Neo-electus hic Episcopus in sua Ecclesia

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

sia præstitit, sed & omnes Missionarii in Sinensi Imperio degentes jamjam emiserant; qua autem obsequii fidelitate a quibusdam, infra ex querelis ejusdem summi Pontificis patebit.

§. LIV.

Electio & consecratio Harlemensis Pseudo-Episcopi a summo Pontifice irritata ac damnata.

Jam anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Paulus IV. ad impensas Philippi II. Hispaniarum Regis preces Harlemi in Hollandiæ Comitatu Episcopalem sedem erexit; ast mutato ibidem domino & ferme extincto fidei Catholicæ lumine pariter hic Episcopatus unacum Ecclesia Cathedrali & Canonicis abolitus fuit, nec unquam legitima supremi Pastoris in terris auctoritate rescuscitatus. Hoc tamen anno Petrus Joannes Meindaerts Spurius Ultrajectensis Archiepiscopus nuperrime suspensus atque anathemate perculsus, ut Suffraganeum haberet, velut postliminio hunc Episcopatum reduxit, ac per putatitios Canonicos suos Hieronymum de Bock in Harlemensem Episcopum eligi curavit. Eo compertum Benedictus XIV. justo Zelo in præfatum

tum Petrum Meindarts excandescens, gravibus oppido verbis sacrilegam hanc temeritatem eidem exprobavit. „Tan-„tum absuit, ajebat ille, ut homo ille Ec-„clesiasticæ pacis inimicus aut a supremo „Patre familias minitando, rogandoque „revocatus, aut ingenua instinctus verec-„undia, aut publica execratione deterri-„tus, deflexerit a via iniquitatis; ut imo, „quam semel ingressus fuit, insistat viam „pergatque audacius: cum dudum non „erubuerit quemdam Hieronymum de „Bock Harlemensi donare Episcopatu „jam diu exoleto, & ab se nunc restituto „ea potestate, quam sibi ex ingenio fin-„git. Illum cum suo commentitio Ul-„trajectensi Capitulo ad hoc etiam te-„meritatis devenisse, ac tot jam flagi-„tiis utrumque inquinatum tam diro ac „prope incredibili scelere sordidasse, in-„genti sane luctu comperimus: non „quod perterrefacti simus schismate ad „extrema præcipitante, & sectatores per „summum nefas malumque dolum ad „sui præsidium illiciente. Confidimus „enim fore neminem compotem mentis, „nedum Catholica veritate imbutum, „qui non sit irrisurus perniciosam hujus-„modi novitatem, & surgentem, Petro „Joanne Meindarts conditore, inopina-„tam Ecclesiam, ipsi, veluti suo capiti, „conjunctam, ab eaque divisam, quam

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Nos,

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Nos, licet indigni, Deo auctore moderandam suscepimus. Sed hinc præcipue vehementer angimur, quod recentiori tempore videmus veterum aliquot Schismaticorum insaniam Episcopales Cathedras, ubicunque libet excitantium; quamquam ut illa suo consumpta furore, ludibrioque habita tandem deperiit; hujus etiam rem exitum fore non dubitamus. Quod ad Nos attinet, id primum supplices oramus a Patre misericordiarum, ut obstinatam hanc perduellionem sedare velit; deinde, ut si qui ea involuti ob impletam iniquitatis mensuram in profundum demerguntur, nec ullam afferunt emergendi spem, in his sistat nefandum ulcus, ne quid ultra sani Gregis inficiat.

„Cui quidem sistendo pestilenti ulceri, aut, si fieri possit, curando, Nos haud negligimus e sacrorum Canonum disciplina remedium adhibere.

Postea vero Pontifex die prima Septembris edita Constitutione in ipsum etiam nulliter electum Hieronymum prevehens, cuncta hæc acta damnavit, irrita declaravit, & interdicto omni jurisdictionis Episcopalis exercitio ceteris Catholicis Episcopis inhibuit, ne præfatum Hieronymum consecrarent Epis-

ſcopum. „Prædeceſſorum noſtrorum, Sæc. XVIII.
proſequebatur Papa, ſacrarumque le- A. C. 1742.
„gum morem atque exempla ſecuti, tra-
„dita Nobis e Cælo poteſtate Electio-
„nem Hieronymi de Bock in Harle-
„menſem Epiſcopum, a Pſeudo-Archi-
„epiſcopo Petro Joanne, & ab ejus fi-
„ctis Canonicis factam, nullam, ina-
„nem, nefariam, illegitimam ac ſacri-
„legam declaramus, eamque reſcindi-
„mus, delemus, abrogamus. Deinde
„ſub pæna excommunicationis ipſo fa-
„cto, & ſine alia declaratione incurren-
„dæ mandamus, ſtricteque interdicimus
„eidem Hieronymo de Bock, ne ullam
„Epiſcopalem jurisdictionem exerceat,
„ne pro ſuſcipiendis Ordinibus dimiſſo-
„rias literas dare, ne Paſtores, Miſſio-
„narios, Miniſtros, Deſervitores, aut
„alios, quocumque nomine vocentur,
„ad animarum curam & Sacramento-
„rum adminiſtrationem, quovis etiam
„neceſſitatis prætextu, conſtituere, ac
„deputare audeat: ac proinde ſi quis
„per ipſius literas dimiſſorias Eccleſia-
„ſticos Ordines ſuſceperit, ſe ſuſpenſum,
„ac propterea irregularitati obnoxium
„eſſe ſciat, ſi ſuſceptos ordines exer-
„cuerit. Quascumque vero antedicto-
„rum Offiiciorum deputationes quo-
„cumque nomine, ſive jam factas, ſive
„faciendas, cum omnibus inde ſecutis,

„pror-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„prorsus irritas, nulliusque momenti „declaramus.

„Præterea sub eadem pæna excom„municationis ipso facto & sine alia de„claratione incurrendæ, mandamus, „tam eidem Hieronymo de Bock, ne ci„cuidam Archiepiscopo, aut Episcopo „consecrandum præbeat, quam ipsi „Pseudo-Archiepiscopo Petro Joanni, „aliisque Archiepiscopis, & Episcopis „ne eundem inaniter electum Episco„pum Harlemensem consecrare audeant. „Has autem pænas decernimus, sine „præjudicio illarum, quas tam Electus „Pseudo-Archiepiscopus, quam Elector „Pseudo-Episcopus noverint se in„curriſſe vigore nostrarum literarum in „vigore nostrarum literarum in forma „Brevis XXIV. Junii MDCCXLI.

„Denique ad vos, dilecti Filii, gau„dium, & corona nostra, paterni cordis „curas, cogitationesque convertimus, „solicite monentes, atque adhortantes, „ut in ea vocatione maneatis, in qua „vocati estis, repudiata illorum vafritie, „qui incautos pellicere ad se conantur. „Date quotidie magis operam, ut se„ductores intelligant, vos ad verum „Christi Domini ovile, & ad ejus in ter„ris Vicarium pertinere. Spectaculum „facti estis mundo, Angelis & homini„bus

„bus, qui vos indutos Catholicæ lorica „veritatis, & galea ſalutis, adverſus „hoſtes, non minus occulta rabie, quam „aperta blandiloquentia inſidioſos, ſtre„nue pugnare undique circumſpiciunt, „ac veſtram animi fortitudinem invi„ctamque conſtantiam eximiis laudibus „extollunt; non ſine credibili noſtro „plauſu, qui tantam virtutem plurimi „facimus, ſervatamque a vobis Catho„licæ Eccleſiæ Nobis, Romanæque Se„di fidem, ſingulari amore proſequimur, „cujusque pignus Apoſtolicam Benedi„ctionem vobis, dilecti Filii, peraman„ter impertimur.“

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Attamen ſpreto hoc Pontificis interdicto Petrus Meindarts Pſeudo-Archiepiſcopus dictum Hieronymum aſſiſtente ſchismatico Epiſcopo Babylonenſi Dominico Maria Varleto cenſuris notato, ſacrilege in Epiſcopum conſecravit. Hæc ubi ſummo Pontifici innotuere, hanc quoque illius conſecrationem deteſtatus eſt, ac die vigeſima Decembris eam omnino illegitimam nullamque declaravit: „tradita, ſunt Benedicti XIV. verba, Nobis e cælo pote„ſtate, primum hujusmodi nefariam „conſecrationem, illicitam, illegiti„mam, ſacrilegam, ac contra ſupremæ „Sedis mandata, & ſacrorum Cano„num

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„num sanctiones factam declaramus. „Deinde ipsum Hieronymum de Bock, „& quotquot huic execrabili facinori „operam, consilium, consensum præ„stiterunt, auctoritate Omnipotentis „Dei excommunicamus, anathemati„zamus, atque ab Ecclesiæ communio„ne segregatos, ac prorsus schismati„cos habendos & vitandos esse iterum „constituimus. Sciat autem idem Hie„ronymus de Bock, non solum ab iis „quæ sunt jurisdictionis, exercendis de„esse suspensum, sed etiam ab iis, quæ „sunt Ordinis. Mandamus illi propter„ea, districteque interdicimus, sub pœ„na excommunicationis ipso facto, & „sine alia declaratione incurrendæ, ut „nullo pacto, aut Chrisma conficere, „Clericos ordinare, Virgines consecrare, „aut alia Episcopalis Ordinis exercere „audeat; decernentes insuper vacuos, „inanes, nulliusque prorsus roboris, ac „momenti omnes, & singulos actus, quos attentare præsumpserit. „Ac proinde qui ab ipso Ecclesiastico „Ordinibus initiati fuerint, noverint, de„spensionis vinculo se obstrictos, atque „irregularitate propterea obnoxios, si „susceptos Ordines exercuerint.

„Quæ omnia vobis, dilecti Filii, re„nuncianda esse duximus, non ut ca„vetis

„veatis ab hoc quoque ſacrilego inſidia- Sæc. XVIII.
„tore; ſiquidem ſcimus, ſatis vos ad- A. C. 1742.
„verſus illius temeritatem ac ſubdolas
„artes habere præſidii in veſtra invicta
„pietate, & religione, ſed ut, ſi aliqui
„ſunt in ea contumaciſſima ſecta, qui
„nondum penitus infixi maneant in li-
„mo profundi, a Nobis pro paterna ca-
„ritate admoniti, inducant animum re-
„ſipiſcere, ac deſinant præbere aures
„hujusmodi factioſis hominibus, qui,
„ut ſerviant furori ſuo, inveteratoque
„adverſus veram Chriſti Eccl ſiam o-
„dio, ſe prorſus Satanæ devoverunt.
„Vos autem manete in ea vocatione,
„in qua vocati eſtis, & quam ſecuti
„Majores veſtri conſtantiſſimam Fidem
„ſuam probarunt univerſæ Eccleſiæ &
„hujus in terris capiti, Pontifici maxi-
„mo. Reliqui, qui ſeſe iſtic obſtina-
„runt ad perſequendum ſchisma per-
„gant in exiguo ſuo cætu gaudere de
„ſacrilega ſua pertinacia, ſibique plau-
„dant ob execrabile inventum Pſeudo-
„Epiſcopos conſtituendi. Non diu erit,
„cum experti diſcent, quid ſibi profue-
„rit malitia ſua, ac fremebundi intelli-
„gent, quid vobis æterni gaudii, & im-
„mortalis gloriæ pepererit virtus obe-
„dientiæ, caſtaque fides veſtra. Hinc
„interim fauſtiſſimo eventui proludi-
„mus Apoſtolica Benedictione, quam

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„Vobis, Dilecti Filii, peramanter im-
„pertimur."

§. LV.

Plures ejusdem summi Pontificis Constitutiones & decreta.

Præter memoratas Constitutiones insuper idem Pontifex plura alia condidit decreta, quibus præcipue vel Ecclesiasticam disciplinam conservare, vel irrepentes corruptelas evellere intentus erat; cum igitur adhuc, ut ajunt, in *minoribus* constitutus compertum habuisset, quod vel sub prætextu concessæ dispensationis aut privilegii, vel sub pietatis ac religionis obtentu fæminæ & masculi sine discrimine per claustra, septa & alia Monasterii loca procedant, supplicationes comitentur, & Virorum monasteria ingrediantur, hinc die tertia Januarii Constitutionem edidit, qua innovatis suorum Prædecessorum sanctionibus quascunque facultates dispensandi quibuslibet concessas abolet, & strictam omnibus Viris religiosis clausuram præcipit, quin tamen derogatum velit iis concessionibus, quæ ad favorem nobilium fæminarum, si sunt de familia Fundatorum aut insignium Benefactorum monasterii, impetratæ fuerunt, dummodo de hac concessione, legitime facta,

facta, ordinariis locorum Antiſtitibus fides, & duntaxat ad loca ſacra ingreſſus fiat, & de earum adventu Superiores prius moneantur ad hoc, ut ſine Religioſorum occurſu vel offenſione hæ mulieres *recto tramite* ad Eccleſiam duci queant. His tamen non otiandi, comedendi vel per cubicula, cænacula &c. vagandi facultas detur, ſed tantummodo in Eccleſiæ Oratorio Miſſis, vel aliis pietatis officiis aſſiſtendi copia fiat. Eadem quoque die Pontifex ſeveriſſime inhibuit, ne Virorum quiscunque Monaſteria Virginum ingrediatur, aut ipſæ Moniales e clauſura exeant, vel commorentur: inſuper hac in re diſpenſandi facultatem adimit, & duntaxat excipit locorum Ordinarios & Superiores, quorum jurisdictioni ſubjecta ſunt Monaſteria, in caſu tamen unicæ neceſſitatis.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sub idem ferme tempus Ordinis Equitum Melitenſium magnus Magiſter Don Emanuel Pinto ſummo Pontifici expoſuit, quod Equites, milites, nautæ &c. tempore expeditionum contra Turcas longo tempore & ſæpe in ſolemnioribus Eccleſiæ feſtis ob graves cauſſas tentorium in terra figere impediantur, proin Miſſæ ſacrificium audire nequeant; hinc illud in ipſis Triremibus

Sæc. XVIII. A. C. 1742

celebrari posse enixe supplicabat. Pontifex igitur piis hisce Magistri votis die decima quinta Januarii annuens indulsit, ut Missa in triremibus, dum in anchoris hærent, & mare tranquillum, cælumque serenum est, assistente tamen alio Presbytero vel Diacono, qui effusioni Divini sanguinis occurrat, celebrari queat. Id ipsum quoque Benedictus XIV. die vigesima octava Aprilis ad preces Marii Bologneti Pontificiarum Triremium Commissarii Generalis circa triremes Pontificias indulsit.

Saluberrima quoque est illius Constitutio, qua die septima Februarii conductos Ecclesiæ Præsules hortabatur, ut utili ac diligenti Catechesi rudem pueritiam instruant, vel instrui curent in iis, quæ scitu necessaria sunt ad finem *medii & præcepti*: Parochorum insuper vigilantiam animat, ut juventutem fidei morumque præceptis a teneris diligenter imbuant, eoquod magna officii Pastoralis & gravis obligationis pars in eo vertatur. Requirit etiam adjutricem operam Presbyterorum, qui nullum habent beneficium curatum, necnon ludimagistrorum, Parentum, piarumque sodalitatum, aliorumque. Ubique tiam probe observandum, quod Pontifex statuerit, ut si in Civitatibus solemne

ne festum cum maximo populi concursu in aliis Ecclesiis celebretur, proin accessus ad Catechesin impediri videatur, Episcopus pro sua prudentia solemnis diei celebritatem cum doctrina Christiana componere studeat. Quodsi vero regulares & exempti, licet ab Episcopis prius moniti, catechesin impedire voluerint, Pontifex Episcopis auctoritatem suam, qua ipse in exemptos potitur, pollicitus est.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Die autem vigesima quinta Februarii præcepit, ut Oratores & literarum Apostolicarum Executores cunctas dispensationum matrimonialium caussas veraciter exponant, illasque mature examinent.

Inter alia Ordinis FF. Capuccinorum statuta erat illud, quo vetitum, ne Fratrum ullus quocunque pacto alteri nisi sui Ordinis Confessario peccata sua confiteatur, secus ab eo sacramentalem absolutionem licite & valide obtinere nequeat: cum autem longe ac diu a suis absentes non sine scandalo illorum, apud quos interim agebant, a S. Confessione & Eucharistia ob defectum Confessarii ex hoc ordine, vel abstinere, vel cum conscientiæ angustiis ad Missæ sacrificium accedere cogerentur, hinc Benedictus XIV. Papa die trigesima Martii

Sæc. XVIII. A. C. 1742

tii prudentissime sancivit, ut omnes, qui quacunque legitima ex caussa a suis Conventibus absunt, si nullum dicti Ordinis Confessarium habent, extraneo & approbato libere, licite & valide confiteri possint.

Cum vero Andreas Valentiæ Archiepiscopus datis literis a summo Pontifice decidi peteret, an qui Ecclesiastica auctoritate a jejunio dispensatus non modo cibis vetitis uti, sed jussæ pariter vespertinæ abstinentiæ fines egredi queat? Pontifex die duodecima Maji respondit, se hanc quæstionem in suis Constitutionibus decidendam non suscepisse, sed id in particularibus casibus reliquisse dispensantium judicio; vetetamen, ut Episcopi vel eorum Delegati nemini vescendi carnibus, aliisque vetitis cibis veniam tribuant, nisi gravi ex caussa, imperata simul unicæ commestionis norma.

Refert insuper Pontifex, quod in arce sua Gandolphi commoratus non sine paterni sui cordis dolore a pauperibus perceperit, quod quidam Agrorum Domini tam ibi quam alibi pauperibus messe finita spicas colligendi copiam denegent, adeo, ut potius illas vendant, vel omnino pecoribus vorandas relinquant: cum ergo hoc opus misericordiæ

diæ fundetur oraculis Dei Lev. c. 19. & Deut. 24. Ruth. c. 2. hinc die vigesima secunda ejusdem Mensis ferio agrorum Dominos hortabatur, ut pauperes exigua hac ope fraudari non patiantur, sed quod eis detractum, omnino restituant, & ubi hæc consuetudo nondum recepta est, eam inducant, Episcopi vero ad hoc opus misericordiæ Dominos inter Missarum solemnia excitent.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Jam dudum evenit, quod grassante infidelium immanitate & schismaticorum perfidia plurimi ex Græcia, Epiro, Albania, aliisque Asiæ terris in Italiam confugerint, ibique tanquam in tuto fidei pacisque portu domicilium sub Romanæ Ecclesiæ obedientia & protectione fixerint. Jam ergo, eoquod Græco ritu uterentur, *Græco-Italis* passim dictis Pontifex suos ritus ac privilegia die vigesima sexta Maji confirmavit, declaravitque, quod quidem verba illa *Filioque*, ni scandalum vel hæresis suspicio inde oriatur, suo symbolo addere non teneantur, credere tamen debeant, Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere, in azymo æque ac in fermento Corpus Christi vere confici, dari purgatorium, animas in peccato gravi decedentes statim in infernum descendere, Pontificem esse visibile totius Ecclesiæ

Sæc. XVIII. A. C. 1742. Caput, & ea, quæ Romana Ecclesia rejicit, vel recipit, esse damnanda vel recipienda.

Insuper declarat, hos Græcos posse uti consueta sua baptismi forma, & unctionibus, aqua vel frigida vel calida, & more suo benedicta. Prohibentur tamen statim post Baptisma Sacramentum Confirmationis impertire, vel infantibus Eucharistiam præbere. Prescribitur eis, ut proles utroque Parente Græco genita Græco ritu, ex Patre latino & Græca Matre nata latino, ex Græco & latina latino ritu baptizentur, & infantes ab eo Parocho sint sepeliendi, a quo baptizati fuere, post usum autem rationis decedentes sepulturam vel in Græca vel in latina Ecclesia eligere valeant: in quo tamen ritu quis baptizatus est, in eo vivere & educari debent, nec de ritu Græco ad latinum sine dispensatione Sedis Apostolicæ transire liceat. Ubi vero Græcus Episcopus Catholicus haberi potest, Sacramentum Confirmationis a latino non administretur, a quo etiam cetera olea præter chrisma accipere non teneantur, nunquam tamen ab Episcopo schismatico aut extraneo chrisma accipiant. Declaratur quoque unctionem non esse sufficientem satisfactionem Sacramenti pœnitentiæ

nitentiæ, extremam unctionem infirmis vel ab uno vel pluribus Presbyteris administrari posse, dummodo ille, qui ungit, etiam formam proferat. Præscribitur forma absolutionis a Concilio Florentino præscripta: permittitur eis etiam sub utraque specie communicare, dummodo profiteantur, Christum totum sub una etiam specie contineri: non tamen iter agentes Eucharistiam secum deferant, nec species tundant vel exsiccent, nec toto anno asservent. Nec laici latini unquam sub fermentato communicent, quamvis Græci, ubi sui ritus Parochiam non habent, sub specie azymi in Ecclesia latina communicare valeant. Nemo autem ex Græcis ad S. Ordines promoveatur, nisi vel Romæ vel Panormi vel in Calabria in Seminario fuerit literis probe imbutus. Græci vero Episcopi, quorum alter est Romæ, alter in Calabria, in conferendis S. Ordinibus ritum Græcum in eorum Euchologio præscriptum observent. Permittitur quoque Græcis in Calabria & in Sicilia, ut uxores suas post S. Ordines retineant, dummodo eas antea Virgines duxerint. Matrimonium vero post susceptos S. Ordines contractum irritum declaratur, & ita contrahentes excommunicantur. Græcus quoque Presbyter conjugatus, antequam Missam

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

ſam celebrat, ſaltem per triduum ab uxore curet abſtinere: ſique Maritus eſt latinus, & uxor Græca latine coram Parocho latino contrahat, ſi eſt Græcus, poteſt vel coram Græco vel latino contrahere, aſſiſtente eo Parocho loci ac ritus, ubi & quo ritu matrimonium contrahitur. Plura adhuc lectu omnino digniſſima Pontifex circa Græcorum ſubjectionem erga Epiſcopos latinos, circa jejunia, feſta, Divina officia, Monachos &c. non minus erudite quam prudenter diſpoſuit, quin tamen per illa illis, quæ Orientalibus Græcis a Sede Apoſtolica fuere conceſſa, præjudicium afferre intendat. Inde vero confunditur calumnia eorum, qui Pontificem criminantur, perinde acſi Græcam Eccleſiam contemnant, deprimant, abominentur, & ſubdolis artibus Græcos ad latinam Eccleſiam ejusque ritus cogere machinentur.

Præterea Pontifex die duodecima Auguſti ſpectacula impura, atque obſcænas exercitationes, v. g. ubi pueri, ac ſæpe etiam adoleſcentes nudi curſu in ſpem bravii contendunt, ac luctantur, ſevere inhibuit. Sub idem ferme tempus Epiſcopus Calaguritanus ſummo Pontifici nomine Philippi Hiſpaniarum Regis expoſuit, quod in Provincia Ipu-

Ipuſcoana aliisque novem Diæceſibus præter ſolitos feſtos dies alii quam plurimi vel pietatis ſtudio vel alia de cauſſa invecti fuerint, ita ut propterea illis, qui labore manuum panem lucrari coguntur, tempus non ſufficiat, hinc Pontifex ad hujus preces prima Septembris die indulſit, ut ſervatis feſtis in univerſa Eccleſia præſcriptis in reliquis Miſſa duntaxat audiatur, & poſtmodum ſervilibus operibus vacetur.

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

Decrevit etiam Pontifex die quarta Octobris, ut in Dalmatiæ Diæceſibus ex Serviano ſchismate ad veram Eccleſiam reverſi vel reverſuri non amplius a ſchismatico Antiſtite, ſed a latino Catholico ritus Græco-Rutheni gnaro, & quidem tunc a Matthæo Auxerenſi Epiſcopo in Eccleſiaſticos Ordines cooptarentur: ipſis vero Ruthenis Epiſcopus Pontifex die vigeſima ſeptima Novembris ſuaſit, ut unionem Monachorum ſancti Baſilii ſub unico Proto-Archimandrita promoveant, foveantque. Denique die decima quarta Decembris epiſtolam encyclicam ad omnes Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos & Epiſcopos de concurſu, & examine pro Parochiis conferendis & de appellationibus ab irrationabili Ordinarii judicio admittendis vel rejiciendis edidit, quæ

tamen

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

tamen nimis prolixa est, & in Bullario opportunius reperiri potest.

§. LVI.

Apostolica missio in Thibetano Regno auctoritate Pontificia instituta.

Vid. supra tom. 76. pag. 437-241. & seqq. ac Bull. Ord. 1. 7. p. 250.

Quam uberem Evangelici laboris messem RR. PP. Capuccini, Vinti primis Ordinis sui incunabulis usque ad hodiernum diem tam regularis observantiæ flore, quam propagandæ fidei studio inclyti in utroque Thibeti regno collegerint, quamque præclara etiam hujus plantationis subsidia Cardinalis Belluga, maximus hujus Missionis Mæcenas suppeditarit, jam supra prælibavimus: cum autem hoc anno eadem Missio ab ipsa Constitutione Apostolica firmum robur suum acceperit, haud abs re fore videtur, rem altius repetere.

Thibetum in Tartaria situm in duo partitur regna, alterum *Orientale*, alterum magnum seu *Occidentale* vocatur Thibetum. Primam Evangelii lucem utrique regno illatam fuisse a D. Thoma Apostolo, non desunt Scriptores, qui affirment; certius tamen est, circa annum Christi millesimum sexcentesimum vigesimum quartum a Jesuitis Religionem

nem Christianam fuisse ibi introductam quæ tamen vix exorta mox post viginti annos exaruit, Operariis Apostolicis e regno ejectis, & nequidquam redire tentantibus. Non destitit tamen Zelosissimus Pontifex Clemens XI. rogare Dominum Messis, ut alios mitteret Operarios in Messem; nec ejus precibus defuit providum Numen; cum enim Pontifex plurimis argumentis compertum haberet, P.P. Capuccinos doctos laborisque patientes immotum in fidem Catholicam Zelum, doctrinæ puritatem, exactamque erga Pontificis Constitutiones obedientiam in variis Missionibus, præcipue vero in Indiis Orientalibus contra prohibitos Sinensium ritus comprobasse, Thibetanam Missionem restaurare, eamque hisce Patribus Provinciæ Marchiæ anno hujus sæculi quarto committere decrevit. Mox ergo ad pium hoc opus egregii veritatis Præcones seliguntur, qui ære S. Congregationis de Propaganda suffulti iter aggressi, per Mogolem & Indias, superatis terra marique periculis, tandem anno 1707. die decima nona Junii in ipsa regni Thibetani Metropoli, quæ *Lassa* vocatur, sedem fixere. Hos ipsemet Rex, necnon magnus *Lama* seu supremus Regni Sacerdos perbenigne exceperunt, & uterque a Patre Joanne Francisco

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

cisco a Camerino Missionis Præfecto petiit, ut præcepta legis, quam annuntiaturi venissent, scriptotenus traderet. Id haud exiguæ difficultatis erat pro Viris in peregrino hoc idiomate parum exercitatis: rem tamen viribus superare rem impigro labore aggrediuntur, & meliori, quo tunc fieri poterat, modo scripturam conficiunt, eamque Regi porrigunt. Post aliquot dierum intervallum eos redire jussit Rex, qui sermone ad Superiorem converso respondit: *Scias, quam lex, quam ego omnesque Regni mei incolæ profitentur, mihi hactenus semper ajis fuerit bona, cum in ea simus enutriti: ut ficiari tamen nequeo, quod tua, quam exposuisti, melior mihi videatur.* Hoc Regis responso Superior mirifice recreatus, Eidem singulari verborum comitate exposuit, ad inquirendam amplectendamque veritatem illum Divina lege obstringi, qui mentem suam primis fidei radiis illustrari sentit. Attamen ad hoc repositit Rex: *Hoc tempus nondum advenit, prius cum sociis tuis magis exactam idiomatis nostri cognitionem haurire procura, id tamen, quod in scriptura mihi tradita continetur, vos populo meo annuntiare poteritis, plura nunc promittere nequeo.* Hic Regis favor Viros Apostolicos eo majori affecerat lætitia, quo certius verborum facilitati constantiam de-

pens

peris haud deesse intelligerent; mox enim Rex plura promulgavit edicta, quibus ad Religionis Catholicæ exercitium parvam Ecclesiam, & pro Missionariis domum erigi indulsit, necnon suis severe inhibuit, ne eorum aliquis ipsos ullo pacto molestaret, aut ab eis tributa exigere præsumeret. Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Haud adeo docilem Patres reperere *Lamæ* seu primi Pontificis animum; hic enim sine verborum ambage Superiori tradidit folium, in quo conscripsit difficultates, quæ novæ legi in Regno annuntiandæ obstarent, ad has ergo mox responderi postulavit: nec diu cunctabatur Superior, ad cujus tamen responsa Lama Pontifex paucis reposuit, se desuper cum illis, quorum vel maxime interesset, acturum. Suavius, feliciusque hi Viri Apostolici sese in Magnatum Aulicorumque animos insinuabant; ipse enim vestitus, vitæque asperitas pro ipsis erat diserta oratrix, morumque modestia, solitaria vivendi ratio, sancta simplicitas cum Apostolica gravitate conjuncta, animusque ab omni quæstus propriique commodi suspicione alienus spectaculum erat, quale infideles hæ gentes vix inter Angelos, minus vero inter hujus orbis homines reperiri posse credebant; quocirca hos Patres spon-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

tanea liberalitate, amplis eleemosyna omnisque generis charitatis, ac eximia venerationis officiis prosequi certabant. Postquam igitur Apostolico labori tam prospera auspicia alluderent, hi Patres suarum partium esse arbitrabantur, ut etiam ipsummet Romanum Pontificem Clementem XI. de Regis benevolentia datis literis certiorem redderent. Accepto hoc nuntio Pontifex sacra lætitia plenus die sexta Januarii an. 1714. Roma ad Lassæ Regem literas misit, quibus ob beneficia Patribus, ceterisque Christianis collata gratum animum testabatur. Pontificiæ epistolæ tenor erat sequens:

Illustris ac potentissime Rex salutem & lumen Divinæ gratiæ.

„Inter egregias, magnoque Principe „dignas dotes, quibus Celsitudinem „Tuam insignitam esse fama vulgatum „præcipuum sibi vendicare locum de„mentiam, qua Christianæ fidei Cultores „res in amplissima Tua ditione respicis, „ex Dilecto Filio, Religioso Viro, Do„minico Fanensi, Ordinis Minorum S. „Francisci Capuccinorum nuncupatorum „Professore, in istis partibus Apo„stolici Missionarii munere diu perfun„cto, ac isthuc propediem redituro, non „fine

„ſine ingenti lætitiæ ſenſu cognovimus. Sæc.XVIII.
„Quia vero ad Nos inprimis pertinent A.C. 1742.
„beneficia, quibus Celſitudo Tua iſtos
„Chriſtifideles, ac præſertim Apoſtoli-
„cos Miſſionarios regia plane benignita-
„te proſequitur, prætermittere nullo
„modo voluimus, quin has ad Te dare-
„mus litteras, ex quibus tum gratum,
„pronumque animum erga Te noſtrum,
„tum etiam propenſum, quod eo no-
„mine gerimus, deſiderium gratificandi
„Tibi luculenter intelligeres. Etſi au-
„tem lætiora indies de ſingulari Tua in
„eosdem Apoſtolicos Miſſionarios bene-
„volentia Nobis allatum iri conſtanter
„ſperemus, eos nihilominus prævalido
„Celſitudinis Tuæ Patrocinio, ac Tu-
„tellæ majorem in modum commenda-
„mus, non omiſſuri interea Regem Re-
„gum, ac Dominum Dominantium eni-
„xe, ac aſſidue rogare, ut ſecundos,
„fauſtosque rerum ſucceſſus indeſinen-
„ter Tibi tribuere, & quod caput eſt,
„perfectum veritatis ſuæ lumen oſten-
„dere non dedignetur,"

Tam ſecundis auſpiciis ovantes Evangelii Præcones, ſacræ ſuæ expeditioni initium faciunt, ac indefeſſo labore in ædibus & agris Chriſtianæ fidei dogmata exponunt, mores reformant, & quam plurimos ſacro ſalutis fonte ab-

Sæc. XVIII
A. C. 1742.

luunt. Attamen amplæ Domini vineæ
sensim deerant operarii; cum enim an-
nuum S. Congregationis subsidium mi-
le scutorum ob loci distantiam longo
tempore deficeret, & Missionarii a Ne-
phytis stipem petere non auderent, ut
eos sub Religionis prætextu ad quæren-
dum panem Thibetum venisse, gentes
criminarentur, hinc eorum potissimi fa-
me, laboribus, ærumnis ac viribus ex-
hausti succubuere, alii opis & consol.
inopes ipsum Regnum deserere coact.
sunt: reliqui vero Patrem Dominicum
a Fano & P. Michaelem Burgundum
anno 1712., ut deplorandum Missionis
statum sacræ Congregationi exponerent,
Romam ablegarunt, nec id irrito foc-
cessu; quippe P. Dominicus perbenigne
exceptus, novisque Operariis variisque
facultatibus auctus, data annui subsidii
cautione Thibetum dimissus est, ubi
non sine maximo animarum proventu
Missio anno 1716. stabilita refloruit. Ad-
venerant autem ibi Patres Capuc. ut
etiam Jesuitas; cum vero, his per pa-
ra Congregationis decreta exclusis, ut
Missio solis Capuc inis fuisset commis.
hinc die duodecima Decembris an. 17
sacra Congregatio Generalis de propa-
ganda fide contra eos sequens decretum
edidit: *Referente Eminentissimo & Re-
rendissimo D.D. Cardinali Francisco Ba-
berini*

berino Sacra Congregatio inhærendo ac confirmando decreta alias edita sub diebus 15. *Januarii* 1656. 28. *Aprilis*, 1698. *prima Martii*, *&* 20. *Septembris superioris anni* 1717. *statuit*, *& mandavit serio, atque districte injungit, ac præcipit Patri Præposito Generali Societatis Jesu, ut juxta ejusdem decreta omnino dimittat Missiones in Regnis Thibet, utpote Patribus Capuccinis Italis diu jam assignatas: atque inde, quacunque dilatione, tergiversatione, ac mora sublata, revocet, ac removeat suos Religiosos, qui ad eas excolendas Missiones inconsulta Sacra Congregatione, imo & contra ejus decreta eo se contulerunt. Datum Romæ* &c. His igitur ex P. Michaelis Angeli Tamburini Generalis mandato die 16. Jan. an. 1719. Roma expedito abeuntibus, Religio Catholica novis indies incrementis efflorescere visa est, usque ad annum 1737. quo tempore alternans erat hujus Missionis status; nunc enim fidei propagatio sese ad vicina etiam regna extendit; jam vero adversus eam periculosæ persecutionum procellæ intumuerunt, semper tamen Viri Apostolici inter ipsas hasce tempestates firmi constantesque perstiterunt, sola tuti anchora immotæ spei in Deum collocatæ. Nec vana erat eorum fiducia; eodem enim anno S. Congregatio cognito Missionis

Sæc.XVIII. A.C.1742.

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

ſtatu P. Horatium Bill de Penna, ut ſupra meminimus, novis ſociis, pecuniarum ſubſidiis, amplisque facultatibus munitum Roma Thibetum decrevit, cui ſummus Pontifex Clemens XII. litteras die vigeſima quarta Septembris anno 1738. datas, Regique Laſſæ tradendas commiſit hujus tenoris:

„Magnam Nobis lætitiam attulit de„lectus Filius, Franciſcus Horatius „Penna Religioſæ Capuccinorum ſocie„tatis Alumnus, a quo Romam regreſſo „diligenter edocti ſuimus, Tuam Celſitu„dinem ſingulari benevolentia ipſum, „ſuosque excepiſſe, multisque Regiæ be„nignitatis argumentis luculenter tuite„ſtaſſe; tantam vero in Te reperiſſe e„gregiæ virtutis indolem, atque exqui„ſam mentis ſagacitatem, ut exploſis „Celſitudini tuæ admiranda Chriſtianæ „fidei miſteria, ſapientiſſimæ leges, mo„rum diſciplina, mirificaque ad homi„num cultum, moderandumve imperi„rium vitæ inſtituta, Te ad ipſius lite„dem ſtatim commoverint. Quin & De„lectus ſplendiſſima noſtræ Religionis „ſpecie, quæ non præoccupatis ingentis „facile patet, & Te plurimum delectare „viſum fuerit. Enimvero hac Tua in „eosdem Miſſionarios humanitate, no„ſcendæque veritatis inclinatione ani„mum

„mum Tibi noſtrum ſuaviſſimo charita- Sæc. XVIII.
„tis vinculo devinxiſti, idque Celſitudi- A. C. 1742.
„ni Tuæ noſtris hisce litteris comper-
„tum reddere ſtatuimus, grata memo-
„ria proſecuturi, quidquid illis adhuc
„dederis Patrocinii, & in poſterum da-
„turum, ſpem feciſſe libenter audivi-
„mus, quam ut alacrius implendam ſu-
„ſcipias, ipſum Franciſcum Horatium,
„qui præclaris virtutibus magnam ſibi
„non minus a Nobis, qua a Celſitudine
„Tua gratiam conciliavit, indulgentes
„deſiderio Tuo, redire ad Te juſſimus
„cum aliquot Ordinis ſui ſociis opem
„ipſi allaturis ad prædicandam, traden-
„damque ſubjectis imperio tuo populis
„Evangelii veritatem, unde ſolum ad
„ſempiternam felicitatem aditum pate-
„fieri, ac ſterni viam poſſe pro certo
„reputare debes. Illos, ut Regia au-
„thoritate munire, & ea, quam hacte-
„nus experti ſunt, beneficentia comple-
„cti velis, majorem in modum Te cu-
„pidiſſime oramus, ac obteſtamur.

„Quin autem noſtri Nos voti com-
„potes facias, dubitare profecto non ſi-
„nit ingens, quæ hucusque pervenit,
„fama præſtantiſſimi animi tui, cum
„præſertim Celſitudini Tuæ latere ne-
„queat, nihil aliud, quam ut Tuam,
„Tuæque gentis immortalem ſalutem,

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„de qua pro apostolici nostri ministerii „munere, pro Te Tuoque erga Catholi„cam Religionem studio plane sollicit„sumus, præstandam curandamque an„nitamur, præclaros istos Viros ad ter„adeo salebrosum aggrediendum Nos „adegisse."

„Hinc autem, ut uberior proveniat „fructus, Celsitudinem Tuam, qua „maxima possumus, hortamur, atque ob„secramus, ut Regio diplomate iis, quos „isthuc ablegamus, aliisque deinceps „Catholicæ Religionis Præconibus fa„cultatem præbeas, libere, apertaque „non Lassæ tantum, in Domicilii Tui „sede, sed per omnes Imperii Tui re„giones Evangelicam legem promul„gandi, quam si ipse profiteri, tuoque „exemplo ceteros præire tandem indu„cas animum, lætitiæ nostræ cumulum „adderes. Et sane, cum Tibi tua gens „plurimum debeat mitissimo dominatu, „non parum præsentis prosperitatis ad„epto, nihil ei tamen, ac Tibi debitis„reputare debes, nisi hæc una salutis „via sempiternam beatitudinem in tuo „collocet, quam Celsitudini Tuæ incre„dibili, ac singulari studio vehementer „optamus."

Ex tam luculentis benevolentiæ testificationibus nil aliud sperari posse vi-

de-

debatur, quam prompta totius Regni ad Christum conversio; ea spes etiam haud modice aucta erat ex eo, quod jam ante biennium P. Vitus Recinetensis Capuccinus in Regno Nepal Missionarius in Regnum Batgao Evangelicæ veritatis lumen inferre intentus, quamplurimos depulsis superstitionum tenebris ad veri Dei cultum adjunxisset. Quoniam vero multiplici experimento compertum habebat, plures adhuc ab amplectenda fide Catholica metu exilii vel jacturæ temporalium absterreri, hinc Regi supplicabat, ut subditos suos ad Christianorum sacra transire paratos a nemine molestari, Regio diplomate caveret. Annuit Viri Apostolici precibus Rex, ac die vigesima octava Novembris hoc decretum promulgari jussit: *Nos Zaervanegitta Malla, Rex Battgao in Nepal, vigore præsentium impertimur licentiam omnibus Patribus Europæis prædicandi, docendi, & ducendi ad eorum Religionem populum Nobis subjectum, simulque permittimus subditis nostris, legem Patrum Europæorum amplexari, quin de molestiis vel a Nobis, vel a Regni nostri Gubernatoribus sibi inferendis timeant. Nec ipsi Patres ullo a Nobis afficientur fastidio, nec in eorum impedientur ministerio. Omnia autem hæc fiant sine violentia & cum pura & libera voluntate.*

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Datum in Nepal anno 861. *Mense Mar-gysio. Bona dies. Salus.* Insuper Rex per eundem Patrem Vitum Benedicto XIV. summo Pontifici significari voluit, ut quosdam adhuc Patres Capuccinos ad gentis suæ instructionem in Regnum mittere velit. Eapropter Papa hoc anno die prima Maji ad eundem has responsorias dedit literas:

Illustris ac Potentissime Rex! salutem & lumen Divinæ gratiæ.

„A Dilecto Filio, Vito Recinetensi, „Ordinis sancti Francisci Capuccinorum „faustus nuntius ad Nos pervenit, opta-„re Celsitudinem Tuam, ut aliquot ex „ea Religiosa familia isthuc ire, & in „Regno Tuo commorare jubeamus, qui „populos imperio tuo subjectos, Chri-„stianam fidem edoceant, dirigantque „in viam salutis æternæ, quæ una a ju-„piente Viro quærenda est, & in de-„derio haberi debet. Hinc enimvero „cognovimus, Celsitudinem Tuam pru-„dentissimi ingenii vi pollere, consili-„que sagacitate. Cum enim civium „tuorum felicitas expetenda Tibi id-„maximeque curandum, ut eos pen-„tus tuæ voluntati obnoxios habeas, „promptaque obedientia morigeros, ne-„liam nullam in toto orbe terrarum Re-ligio-

„ligionem invenies, quæ Regibus, eo„rumque Magiſtratibus majori ſeverita„te parere jubeat, quæque implacabile „magis bellum indicat vitiis omnibus, „unde humana ſocietas, velut peſtife„ro veneno imbuta, quam maxime la„befactatur. Huc ſiquidem ſpectant tra„dita Nobis a ſupremo cæli terræque „Domino, noſtræ ſanctiſſimæ Religio„nis Auctore, agendæ vitæ præcepta, „ſervata utique diligenter.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Itaque pro noſtra in univerſum ge„nus hominum charitate, pro tuaque „in Miſſionarios noſtros benevolentia li„benter mandavimus, ut aliqui ex eo„dem Capuccinorum cætu ſtatim ad „vos iter arripiant, ferantque in veſtras „Orientis partes Divinæ ſcientiæ lu„men, ac ſternant tuæ genti facilem, „munitamque viam ad cæleſtem Pa„triam, & ad gaudium ſempiternum. „Utinam vero ipſe, qui Regio aſſenſu „permittis Miſſionariis, una commotis „charitate in id ſuo labore, ſua pecu„nia, tantoque per maris, terræque im„menſa ſpatia vitæ ſuæ diſcrimine, ſe„dulam navare operam, exemplo præ„ire velis ſubditæ Tibi gentis docilita„tem! Nihil profecto Nobis jucundius, „Tibi ſalubrius evenire poſſet. In „hujusmodi ſpem Nos adducit data tuis litte-

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„litteris fides, eosdem Missionarios Re-
„giæ auctoritatis præsidio fultum iri, &
„liberum fore per tuum Regnum Chri-
„stianam doctrinam palam prædicare,
„eamque amplecti nullo impedimento.
„Qua de re amplissimas Celsitudini Tuæ
„agimus grates, Deumque idcirco bo-
„norum omnium auctorem assiduo ho-
„dio sollicite obsecrabimus, ut Tibi su-
„lumine propitius adsit, Teque omni
„cumulet prosperitate."

Glorioso hujus Regis exemplo, & ejusdem P. Viti precibus stimulatus Bohemiæ Regni Rex pariter Christianæ fidei libertatem pollicitus est, & ab eodem summo Pontifice dicti Ordinis Viros Apostolicos submitti petiit, datis ad eum hisce literis:

Sum sanus ego, &, ut Vos quoque valeatis cupio. Ab aliquo tempore intellexi, quod Patres Missionarii fuerint rogati, ut bonum in mundo operentur. Petii de-super illuminari, & ideo illos ad meum vocavi præsentiam. Et cum totum eorum officium ad charitatem tendere mihi significarent, meo ut in Regno commoranturur, volui. At cum se jussa mea sine summi Pontificis jussu exequi non posse repósuerint, supplico ideo huic summo Pontifici, quatenus, ut quis dictorum Patrum in meo persistat Regno, curet, id quod pro

pro summo favore habebimus. Datum in Bittia anno 184. *Mensis Busadabi.*

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

Acceptis hisce literis Benedictus Papa ingenti afficiebatur gaudio, moxque ad illas die prima Maji hoc dedit responsum:

Illustris ac Potentissime Rex, salutem & lumen Divinæ gratiæ.

„Literas Celsitudinis Tuæ, quas di„lectus Filius, Vitus Recinetensis, e „sacro Franciscanorum Capuccinorum „Ordine repræsentandas Nobis curavit, „mirifice exhilararunt animum nostrum, „eumque Tibi summopere obstrinxe„runt. Dum enim postulas erudiri in „Christiana doctrina, populosque im„perio Tuo subjectos, atque idcirco „apud vos sua Regia protectione diver„sari Missionarios Capuccinos, ingenti „Nos lætitia affecisti, quippe quibus pro „commissa humilitati nostræ suprema „Ecclesiæ potestate, quam maxime cor„di est universum hominum genus æter„nam consequi felicitatem, nec aliter „fieri possit, quam si Evangelica veri„tate imbuatur. Qua de re maximas „Celsitudini Tuæ gratias agimus, pre„camurque Deum Optimum Maximum, „ut apertus abs Te ad cives Tuos ejus„dem percipiendæ veritatis aditus, am„plissi-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„plissimam Tibi, Tuoque Regno afferre
„felicitatem, eamque imprimis, ut ve-
„ritas ipsa pateat oculis sagacissimi ani-
„mi Tui, nam intelliges, id unum ste-
„nere Tibi posse viam ad æternam sali-
„tem, & nihil ad retinendos in imperio
„suaviter populos, & ad vitiorum ille-
„cebras expellendas magis conducere
„ac sacrosanctam Religionem nostram,
„cujus inter præcipua præcepta illud
„est, ut Regibus & Magistratibus ex-
„mio studio obediri debeat, & prorsus
„pura mente, atque inviolatis naturæ
„legibus vivendum sit, unde pax publi-
„ca, quies, & honestum exsurgit otium.
„Quod, ut per Tuam ditionem feliciter
„eveniat, jussimus isthic, ut rogas, de-
„gere aliquos Capuccinos Missionarios,
„ac Te auctore, Tuoque Regio præsi-
„dio in opus istud gravissimum omnes
„curas, cogitationesque intendere. Ne-
„dubitamus, quin Celsitudo Tua ope,
„ac patrocinio foveat ipsorum labores,
„qui nullo rerum humanarum præmio,
„sed una ardentissima erga vos charita-
„te, immensa propemodum terræ, ma-
„risque spatia emensi, isthuc Evangelii
„lucem diffundere susceperunt. Hæc au-
„tem, ut Celsitudini Tuæ fulgeat, de
„omni cumuleris prosperitate, vehe-
„menter cupimus, & ominamur."

Ad-

Advenerat interim in Regnum Pater Horatius anno 1741., qui omnia læta & ad uberiorem messem matura reperit: mox etiam Regi Pontificias tradidit literas, qui illis, necnon donis pretiosis a Papa adjunctis se plurimum devinctum agnoscens, illico epistolam unacum aliis patriæ muneribus ad Benedictum XIV. transmisit. Illius tenor erat, ut sequitur: Sæc.XVIII. A.C.1742.

Regi, qui condit, & conservat legem, gubernat amplam regionem Europæam versus meridiem, & qui omnes viatores ad festa & gaudia immensa, & interminabilia ducit.

„Corpus vestrum resplendet haud „aliter, ac amplissimus mons Riloul„numbo, qui a longe adinstar solis & „lunæ radiat. Sicut lex vestra omnibus „viventibus suggerit pacem, ita & nos „illam gustare fecistis, transmittendo „nobis per Lamam, vestrum subditum, „tum literas, tum plura dona mirabi„lia insimul cum incomparabili imagine „vestra, egregie depicta, & alia ex au„ro confecta; quæ omnia cum ad nos „salva pervenerint, cor nostrum majore „affecerunt gaudio. Nos quoque re„cognoscentes pro Patre & Matre omne „vivens, omnibus benefacere studemus, „præsertim autem Vobis, & vestris sub„ditis,

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„ditis, quos cum prædictis muneribus
„gaudentes excepimus, cor vivum de
„optimum iis debemus, cum ex regio
„ne longinqua per vias abstrusas, de
„absque intentione negotiandi, sed so
„lum ob finem legis ad nos pervenerint.
„Lama (Præfectus) legem docere, de
„Medicus (alius Missionarius) viventes
„ab infirmitate liberare student. Ve
„magnus, optimus, & mirabilis est ve
„ster Zelus, dum ad hunc finem absque
„intuitu tot laborum, & periculorum
„quæ in itinere tam longo sufferre ne
„cessum est, hujusmodi homines ad
„Nos ablegatis. Quemadmodum ratio
„hæc regio totum mundi pondus regit,
„ita vos omnium viventium cum pot-
„tatis, quod stupore, laude, & gratia-
„rum actione dignum est. Lama vester,
„Medicus, sicut & alii, qui in Thibeto
„morantur, & ad Chinenses, & ad
„loca se extendunt, aliud non quærunt
„& ambiunt, quam ut omnibus bene
„faciant viventibus; hinc & Nos eos
„adjuvamus, & ne ullum damnum, ve
„contrarietatem sufferant, iis publicum
„nostrum diploma dedimus, & pro
„desiderium spei vestræ complevimus.
„In quantum ad propagationem legis,
„illiusque executionem, cum diversus
„sit credendi modus in viventibus, fal-
„tum non est, ut lege nostra ullius fides
pro-

„proſcribatur, vel ut ullus ad alterius „legis tanſitum violenter cogatur, cum „aliud non eſſet, quam viventes torque„re; nihilominus ſiqui reperiantur, cre„dentes in legem Dei veri, hancque „profiteri, & exequi velint, a nobis nec „impedientur, nec iis id prohibebitur. „Et quantumvis inter regna noſtra unum „ab altero multum diſtet, oportet ta„men vicinos nos eſſe corde, & literis „continuo ablegandis.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Munus, quod Vobis mittimus, con„ſiſtit in quinque laminis auri mineralis, „petio panni auro intexti ex China, cen„tum Crumenis Moſchi, foliis chartæ „Thibetanæ &c.

„Hanc epiſtolam Vobis offerimus ex „magno Palatio Regio Laſſæ die meri„torio menſis & anni avis Ferreæ (id eſt, „11. Octob. 1741.)"

Huic epiſtolæ Rex diploma etiam immunitatis, quod Miſſionariis dederat, adjunxit tenoris ſequentis:

Nos Mivagn, Rex Thibeti mandamus univerſaliter omnibus hominibus, qui ſub ſole ſunt, & particulariter omnibus miniſtris Laſſæ, Capitibus hominum, Capitibus 100 hominum, Capitibus decem hominum, Capitibus Tartarorum, & omnibus parvis & grandibus, Miniſtris Nemor, Gualep, Cirtagn, omnibus Fortalitiorum

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

*& Provinciarum Gubernatoribus, omni-
bus Gubernatoribus multorum Castellorum
Gubernatoribus subordinatis, & Nobi-
bus, Privilegiatis, & omnibus aliis po-
tentibus, & minus potentibus, ut ma-
vestrum Patres Europæos, Religionis Ca-
puccinorum appellatæ, seu LAMAS GE-
CHAR (id est Sacerdotes inferiores) p
cum aliis, ad quærenda propria com
huc venientibus, partem non habent, s
ad facienda negotia, seu mercimonia,
unice ad benefaciendum omnibus, & a
nos in operibus verorum Sanctorum a
cendos, ad omnes per viam veram Fa
disi ducendos, ad subditos in tuo om
dientia erga suum Regem, & Magistra
instruendos, & ad Legem veri Dei, id est
legem Evangelicam, prædicandam, & pro
pagandam huc venerunt, ab exercitio
præsentis privilegii impediri præsum
Summus Pontifex, vel Magnus & Su
premus horum LAMA, haud aliter
Pater amore plenus, omnes homines
passione, & amore prosequitur, & d
ad eos a via inferni abducendos, & ma
tra ad eos in semitam æternæ, & immo
sæ gloriæ Paradisi dirigendos, non obst
tis quasi immensis expensis, ad omnia Re
gna, quantum possibile est, prædicto
veræ legis ablegat, & ad hunc pu
solum finem, non ex alio motivo, eos
hoc quoque nostrum Regnum misit. Ho

omnibus hisce Patribus, Europæis nuncupatis, seu Sacerdotibus parvis, & omnibus illis, qui deinceps huc pertingent, Sigillum nostrum pro semper damus, & concedimus, legem veri Dei prædicandi, & propagandi, & quidem libere, manifeste, publice, non solum in civitate Lassæ, sed etiam in toto Thibeti Regno, in omnibus & cujuslibet conditionis personis, sive Religiosis, sive sæcularibus. Et in hunc finem vobis omnibus supradictis generaliter, Potentibus, & minus potentibus, & particulariter Chinensibus, Tartaris, hor, & omnibus aliis sive Religiosis, sive sæcularibus mandamus, ne ullus eos impedire attentet. Et siqui lumine veri Dei in corde suo, ad veram legem amplectendam illuminati, hanc libere & propria voluntate & arbitrio amplecti desiderant, & opere amplectentur, Vos omnes supradicti non præsumatis, illos desuper impedire: nullus vestrum eos turbet, vel iis veram legem observare inhibeat. Notum insuper vobis omnibus supradictis facimus, quod omnes, qui hanc veram legem sequentur, & observabunt, a nobis, magis, quam prius, ceu fidelissimi subditi sint recipiendi, omnesque illos, sicut & ipsos veræ legis prædicatores, seu Missionarios Apostolicos defendemus, custodiemus, & sub nostra particulari protectione habemus, & habebimus. Nec præsumite facere rem minimam,

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

mam, quæ præbeat materiam, seu occa-sionem illos inquietandi, sed illos suis quiete frui quilibet sinat. Datum ex Castro Chagsar, Residentiæ Triumphatoris omnium partium, anno avis ferreæ 30. septimi mensis (juxta nos 7 Septembris 1741.

Cum vero pro more illius gentis Lama ejusque Vicarius vix non supremam in Regno auctoritatem haberet, hinc Clemens XII., qui tum D. Petri cathedram moderabatur, illum quoque officiosa salutatione Missionariis devincire studuit, eoque fine die vigesima quarta Septembris anno 1738. hæc ad eum perscripsit:

Magnifice Vir, salutem, & lumen Divinæ gratiæ.

„Ea multa de Tuo erga se, suosque „socios Apostolicos Missionarios benevolo studio, ac voluntate nobis retulit „dilectus Filius, Franciscus Horatius „a Penna, religiosæ Capuccinorum Ur„miliæ Alumnus, quæ maximam Tibi „a Nobis gratiam compararunt, gratis„simamque tui nominis memoriam apud „Nos perpetuo permansuram dubitare „non sinunt. Qua de re Nostris quoque „literis certissimum testimonium Tibi „reddere æquum duximus. Simul ve„ro ingenti Nos gaudio perfudit narrata „laga-

„ſagaciſſimi Tui ingenii præſtantia, ac „docilitas, quibus internoſcere Tibi licuit Catholicæ noſtræ Religionis ſplendidiſſimam lucem, & veritatem amare, „inſuper ac magis æſtimare traditam ab „ipſa morum diſciplinam graviſſimam, „ſanctiſſimasque vivendi leges, unde hominum genus ad animi tranquillitatem, & ad fortunæ caſus pacifice ferendos inſtitui queat. Quæ quidem „Tibi vel ipſa docente natura, atque „indito purgatis mentibus recti, bonique ſemine ſe prodidiſſe arbitramur.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Intelligimus enim Te ad honeſtatem, & virtutis cultum naturali inſtinctu, ac veſtræ Religionis documentis plurimum propendere; quocirca „non inani ducimur ſpe, ſummi Dei miſeratione illuc tandem Te adductum „iri, ut aperte conſpicias, non alium „patere aditum ad ſempiternæ vitæ felicitatem, quam Evangelii doctrinam „ſectando, quo veſtris inſtitutis non parum accedere videamini; idque ut agendum Tibi proponas, Tuoque exemplo, atque auctoritate frequentiſſimos populos, quibus ſumma laude „præes, ſacrorum imperio Tecum perductos, hoc omnium maxime inſigni, „ac perneceſſario beneficio cumules Te „hortamur, quod facile eventurum pu-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„tamus, si eidem dilecto Filio, Francisco Horatio, ejusque sociis veniam dederis ubique vestrarum gentium Christiana dogmata promulgandi.

„Idcirco siquidem illos Tui, omniumque vestrum amantissimos ad vos difficillimo, & longo itinere redire jussimus, Tuæ fidentes erga ipsos compertæ benevolentiæ, nec abhorrentes a nostris legibus voluntati; ad rem quam tuæ dignitatis gloriam hanc omnium amplissimam ut addas, utque Missionarios nostros benigne excipias, vehementer obtestamur, imploramus Tibi ad tantum Divinæ gratiæ præsidium."

Quamvis Lama Missionariis opido infensus jam dudum eos perdere decrevisset, muneribus tamen a Papa submissis, & pinguiorum spe pellectus invidiam, qua intus flagrabat, officii simulatione tegendam esse putabat, hinc ad Clementem Papam hunc in modum rescripsit;

Clementi XII. Pontifici nuncupato, qui terram vel Regnum Romæ pacifice gubernat, præsentes litteras offero:

„Occasione, qua ad Regnum Tibeti Patres Europæos vocatos, Religionis dictæ Capuccinorum, missis

„hi Nobis præſentarunt veſtras literas „in forma Brevis, & munus, conſiſtens „in vitris ad modum trianguli iridem „formantibus, corona ex ambra, una „criſta ex vitro in argento cum duode„cim lapidibus fictis ligata, in octo fa„ſculis chryſtalli, parvis & magnis, in „teloſcopio magno ac optimo, in 4 aliis „teloſcopiis minoribus diverſis, in ſex „paribus perſpicilliorum diverſorum, „duobus vitris multiplicationis, ſpeculo „parvo, in chryſtallo, argento ligato, „quo accenditur ignis, & literæ red„duntur majores, 4 duodenis globorum „cum lapidibus ex vitro coloris cærulei, „capſa cum diverſis medicinæ ampullis, „petio coralli, ſerto ex corallis, tribus „ſigillis, 12 cultellis ſcriptoriis, in tri„bus paribus forbicum, in duabus The„cis acuum ex ebore, ſerico ornatis, in „multis aciculis, imagine cujusdam La„mæ, vel Cardinalis affabre depicta, „ſtatua Papæ ex ambra, crumena acu „phrygio variata, duobus vaſibus pro „conſervando thee, uno ex aurichalco „deaurato, & altero ex argento augu„ſtano, horologio ex aurichalco cum „pondere, imaginibus omnium Papa„rum, Imperatorum, Regum Franciæ, „Hiſpaniæ, Portugalliæ, Magnorum „Magiſtrorum Melitenſium impreſſis, „chartis geographicis, 8 iconibus Ger-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„maniæ incisis, variis quinternis chartæ Europeæ, statua equi cum conchylio ex petra, libro marmoris nigri, pretio telæ ex lino, duabus tubis in medium theatri, 2 pixidibus ex metallo gemmato, numismate argenteo cum effigie Papæ &c.

„Quod attinet ad gubernium Regni qualecunque illud sit, requiritur pax & tranquillitas illius totius. Accepi quod Vestra essentia, & incomparabilis potentia, copiosissima merita, gloriosæ ac sublimes virtutes, optimique animi propensio consistant tum in amore, quo omnes prosequimini, tum in missione aliorum, ut operentur bonum, quod vere optimum est regimen. Qualecunque sit infinitum & utile, si eo gaudeant viatores, qui sunt quasi innumerabiles, & si omnes maneant in pace, laude dignum est.

„Hinc sicut propensus affectus Vester commovit ad mittendas literas, ita, ut deinceps idem sequatur, opto. Rogo peto noviter, quod efficere, ut Regnum consistat in pace, sit actio laude digna, præsertim si & cor in tam excellenti opere stabiliatur. Et quamvis planities, montes, & maria Vos, & Nos disjungant, cor tamen amicitiæ a Nobis non elongatur, hinc „ulte-

„ulterius Vestra digna dictamina pa- Sæc. XVIII.
„tefacite. A.C. 1742.

„Nostrum munus in velo serici albi, „in 5 laminis auri mineralis, in corona „ex lazulo, duobus velis flammanti„bus, 3 petiis auro lacinatis ex China „&c. consistit.

„Datum in die optimo meriti primi „mensis autumni, stellæ Trumtho, an„no terribili avis ferreæ (id est 7. Octob. „1741.)"

Quamvis vero Thibetana Missio in maximas propagatæ fidei spes exflorescceret, sævissima tamen procella hoc ipso anno 1742. Viris Apostolicis incubuit, qua tota Missio in hoc Regno pessum ibat; instigante enim Divinæ gloriæ inimico Popæ in Catholicæ fidei excidium jurarunt, haud ignari, novæ Religionis incremento nil propius esse, quam suæ auctoritatis, questus, ac muneris detrimentum; quocirca iterato Regis aures obsident, atque exhaustis omnibus mendaciorum fontibus contra Christianorum sacra impotentibus furiis debacchantur; exquisito etiam verborum pondere exponunt, Catholico Baptismate gloriam patriæ legis obnubilari, & quod periculosissimum esset, populum a fidelitate Regi præstita luculenter abduci, ac denique aucto indies

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Neophytorum numero, seditionem in ipsis regni visceribus haud temere pertimescendam esse. His querelis ac calumniis in Catholicos sparsis Rex credulitatem suam nimis facile addixit, atque exuto animo in Missionarios antea admodum propenso, in tantam indignationem erupit, ut una omnes perpetuo exilio plectendos minitaretur. Audita hac rei novitate Patres iratum Regem placare, eique legis sanctitatem suamque innocentiam, necnon calumniarum iniquitatem porrecto libello supplici exponere statuunt. Ast incassum omnia; quapropter inito inter se consilio concludunt, sponte regno excedendum esse, donec fors serenior adspiraret aura, ne si semel Regio edicto expellerentur, juxta Regni legem omnis redeundi spes perpetuo intercisa permaneret. Igitur Neophytos ad se accessunt, ac manifestata temporum injuria illos ad fidei constantiam egregie hortantur, singulorum conscientia pœnitentiæ Sacramento expiata illos administrato fortium pane ad luctam confortant, ac demum inter mutuos amplexus & lacrymas illis bene precantur, relicta demum Lassa Metropoli an. 1745. ad Regnum Nepal secedunt. Paulopost eis nuntiatum erat, quod aucta Poparum ferocia tertio post Missionariorum di-

discessum die Christiani unaomnes e regno ejecti, & quod tristissimum erat, ipsa Ecclesia Regis jussu solo æquata, cunctas scripturas, & modicam rei sacræ suppellectilem, ceteraque omnia, quæ salvari haud poterant, iniqua manu distracta fuerint. Ita Domini vinea tam ampla, tam fæcunda per plures annos tot sudoribus, lacrimis, & ærumnis rigata, solo insani Lamæ odio ac furore devastata est.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

§. LVII.

Friderici Sueciæ Regis decretum pro Catholicis.

Hoc item anno Fridericus Sueciæ Rex erga Catholicos sibi subditos tantum tolerantiæ Christianæ habere intenderat, ut eis saltem restrictum Religionis suæ exercitium indulgeret; cum enim ex Hasso Casselano stemmate originem traheret, & ex serenissima hac domo plures Principes agnito sectæ errore ad Ecclesiæ Romanæ Catholicæ sinum rediissent, eapropter odium in Catholicos per Prædicantium susurros instillatum, infensisque præjudiciis enutritum sensim refrixerat. Igitur die decima quinta Junii in eorum favorem ad suum, ut vocant, *Consistorium* sequens

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

quens decretum transmisit, illudque in deliberationem vocari jussit.

FRIDERICUS &c.

„Jussu nostro Curiale nostrum, Re„gnique Collegium suam sententiam de„claravit circa petitionem, qua illi qui „Pannorum confecturæ præsunt, a No„bis perdemisse supplicarunt, an non ad „evitanda publica incommoda clemen„tissime indulgere vellemus, ut pro No„kiopingæ & Nykiöpingæ Fabricatori„bus Catholicæ Religioni addictis, „dum semel vel bis Religionis suæ fa„cris, salutisque suæ mediis uti teneu„tur, Catholicus Sacerdos ex iis, qui „Principum exterorum Legatis infer„viunt, ea de caussa ad præfatas urbes „proficisci, & data prius Magistratui „notitia dictis Fabricatoribus clam & „in separato loco, & adhibitis publicis „arbitris sacram Synaxin administrare „libere ac impune valeat? Ad id vero „prædictum Collegium, dum mentem „suam desuper aperire juberetur, nobis „perdemisse significavit, Sacerdotes Ca„tholicos ibi degentes contra Regni e„dicta sæpius Religionis suæ actus, v. g. „Baptismum, matrimonium, sepultu„ram &c. exercuisse. Cum ergo nobis „quoque persuasum sit, id esse noxium „& fundamentalibus Regni legibus ad„ver-

„versum abusum, ideo ad nostrum, Re- „gnique Curiale Collegium clementissi- „me rescribimus, ac volumus, ut Prin- „cipum Legatis hic degentibus, si qui „in hoc excessisse reperiantur, decenti „modo intimetur, quatenus serio suis „Sacerdotibus inculcent, ne imposte- „rum talia attentare præsumant. Vobis „vero pariter clementissime injungimus, „ut illorum locorum, de quibus hic a- „gitur, Pastores in hac urbe moneatis, „ne ejusmodi abusus, uti Nobis rela- „tum est, in publicis locis & cæmete- „riis attentatos tolerent, & si nihilomi- „nus talia fierent, illico eis, quorum „interest, manifestent, ut in recens de- „prehensos debita inquisitio fieri queat.

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

„Interim Vobis significamus, quod „habita clementissimæ nostræ pollicita- „tionis ratione, ad regiminis formam „& statuta consonum censuerimus, ut „humillimæ supplicationi a fabricarum „Institoribus factæ consensu nostro ac- „cederemus. Commendamus Vos Om- „nipotenti Deo. Holmiæ ex Senatu" &c.

Sequentis autem anni trigesima prima Julii in Regni comitiis hæc agitabatur quæstio: an, cum ex multiplici experientia cognitum esset, quod in Sueciæ Regno & præcipue in nuper erectis mercaturæ fabricis feliciori progres-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

greſſui plurima obſtarent, an non a publicam utilitatem ſummopere neceſſarium ac conveniens eſſet, ut liberum Religionis exercitium tam Catholicis quam Calviniſtis indulgeretur, harumque Religionum ſectatoribus intra Regnum Eccleſias proprias erigendi facultas concederetur, eoquod hac libertate negotia fabricæ & commercia, quæ tamen illi tus anima eſſent, ni penitus perirent, illi tem exſanguia fierent? Ad hanc quæſtionem Civium Ordo ſine omni tergiverſatione, ac unanimi voto aſſenſum ſuum præbuere. Ruſticorum vero Ordo & Prædicantes prò more ſuo indociles, omnisque tolerantiæ impatientes vario ſub obtentu conſentire cunctabantur: pari etiam obſtinatione ruſtici præſertim Uplandiani, & Weſtmannenſes obſiſtebant Regio edicto, vi cujus ſancitum, ne in quibusdam SS. Apoſtolorum feſtivitatibus deinceps concio haberetur: die enim vigeſima ſecunda Junii per ſuos Deputatos inter alia poſtulabant, ut deinceps feſti SS. Apoſtolorum dies, ut antea, feriarentur.

§. LVIII.

Marcellini Cardinalis de Corio deceſſu.

Pro inſtituti noſtri ratione ſubjungimus ſuccinctam relationem de Pontifice

puratis hoc anno defunctis eorumque gestis. Hos inter primus mortis victima cecidit Marcellinus Corio ex pervetusto æque ac patricio Mediolanensium genere ortus, qui Parentibus Philippo & Laura Agroldia die sexta Septembris anno Christi sexcentesimo sexagesimo quarto post millesimum primam lucem aspexerat. In Patria sub optimis institutoribus parem in pietate & humanioribus literis profectum fecit; jurisprudentiæ demum addiscendæ intentus, in Mediolanensi Academia Doctorum honoribus ornari promeruit: adeo demum inter suos existimatione succrevit, ut ibidem nondum emenso vigesimo tertio ætatis anno Jurisconsultorum Collegio adscriberetur. Inde Romam delatus, pluribus sacerdotiis, & ipso etiam Consistorialis Advocati munere auctus est. Singulari integritate sua, atque eruditionis laude sibimet viam ad altiora aperuit, ac primo Romanæ Curiæ Præsidibus, dein *Signaturæ*, ut vocant, *Justitiæ* Assessoribus ac demum Rotæ Romanæ Judicibus annumeratus est: in hoc tribunali cum per octodecim omnino annos unanimi laudum conspiratione sedisset, tandem Decani spartam obtinuit. Paulopost a Clemente XII. sacræ Pænitentiariæ Regens & Romanæ Urbis Gubernator renuntiabatur, quod

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

quod insigne munus per quinque annos obibat, non sine multiplici fastidio, uti alibi meminimus. Demum Purpuratorum Collegio adscriptus, mortuo Clemente XII. sacris interfuit comitiis, in quibus in Papam eligebatur Benedictus XIV., a quo maximi habitus, abs dubio ad meritorum mensuram amplissimis decoratus fuisset honoribus, ni mors meritis & præmiis metam posuisset; quippe assiduis laboribus gravique senio consumptus, ex hydropsi die vigesima Februarii anno ætatis septuagesimo octavo minus semestri decessit. Vir erat tiara dignissimus, doctrina, prudentia & justitia longe spectatissimus, ac probitate & incomparabili mentis candore celebratissimus.

Vid. supra tom. 74. p. 331.

§. LIX.

Vincentii Ludovici Gotti Cardinalis obitus.

Alter ex Purpuratis, quem hoc anno mortis invidia Ecclesiæ ac literario Orbi cum magno utriusque damno eripuit, erat Vincentius Ludovicus Gotti. Natus erat is Bononiæ anno prioris seculi sexagesimo quarto die septima Septembris. Patrem habuit Jacobum celeberrimum Jurisprudentiæ Professorem, Matrem vero Claram Capardam. Pa-

Pater maturius quam ætas, merita & doctorum vota ferrent, vivis ereptus orbum reliquit Filium, qui tamen a Matre sua, Matrona honestissima domi optimis morum præceptis imbutus, postea Religiosis Viris scholarum piarum probe educandus traditus est, a quibus etiam prima literarum, & linguarum hausit rudimenta. Decimo tertio ætatis suæ anno arti Rhetoricæ biennio vacabat; cum autem mox a primis unguiculis in eo eniteret indoles studio rerum sacrarum dedita, sequenti anno mundum, quem vix aspexerat, despexit, ac insciis familiaribus, suisque affinibus invitis in ætate annorum sexdecim Bononiæ celeberrimo D. Dominici Ordini nomen dedit. Inde Anconam missus ibidem sese totum Deo solemni votorum sponsione dicavit: jactis ergo in hac sacra virtutum palestra pietatis solidæ fundamentis, cum ei sagacissimum esset ingenium, perspicax intellectus, & supra ætatem maturum judicium tantos in politioribus disciplinis progressus fecit, ut primo Forolivii, dein Bononiæ Philosophiæ præcepta traderet. In hac facultate facile inter ceteros omnes unus eminebat, tantamque apud Ordinis sui Superiores existimationem invenit, ut Salmanticam mitti obtineret, in qua Universitate toto orbe celeberrima per

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

plures annos cum tanta eruditionis lau-
de docuit, ut etiam Doctores in diffi-
cillimis tum Philosophicis, cum Theo-
logicis quæstionibus dilucidandis ad
ipsum velut scientiæ oraculum recurre-
rent. Enimvero Salmanticensis Cœno-
bii Patres illum inter suos adscribere ac-
helabant, oblata etiam honorifica illus
Provinciæ Cathedra, ille vero jussis ob-
caussis in Italiam reverti statuit. Man-
tuam primo mittitur, ubi Philosophiam
docere jussus, eodem adhuc anno Or-
dinis sui Magistri Generalis mandato
Romæ in Conventu Minervitano, & po-
stea Bononiæ Philosophiam tradidit:
quo cursu absoluto Faventiæ Lector
Theologiæ, ac demum rursus Bononiæ
a Senatu publicus Theologiæ Polemicæ
post Benedictum Bacchinium Professor
in celebri hac Universitate renuntiatus
est, ubi vasta non minus ac profunda
sua eruditione in magna Academicorum
frequentia exspectationem de se preco-
ceptam & sustinuit & auxit: quarto po-
anno simul etiam in Bononiensi suo Con-
ventu Metaphysicam docendi munus a
ejus Superiore fuit demandatum. Post
aliquot annorum decursum Socius de-
tur P. Magistro Angelo Guilielmo Mo-
Provinciali Lombardiæ, ac demum an-
no hujus sæculi octavo in Bononiensi
Collegii Priorem assumptus, biennio

vix evoluto universæ Lombardicæ Provinciæ Præses eligitur. Tum vero honores, quo solertius illos fugerat humilis Vir, pressiori pede optime meritum insequebantur: quippe quarto post anno a Clemente XI. Mediolani Quæsitor fidei nominabatur, quod tamen munus nonnisi invitus, ac obedientiæ imperio compulsus acceptabat. Ingens erat omnium Eruditorum lætitia in hac civitate ad primum conspectum hujus Viri, a quo omnes probi & docti nova virtutum exempla, & in literis maximos proventus, necnon uberrimos in Ecclesiam universalem redundaturos fidei fructus jure præstolabantur: nec eos fefellit illorum fiducia; cum enim propugnandæ religionis puritati totum sese impenderet, peropportunum exerendi Zeli argumentum suppeditabat Jacobus Piceninus Calvinianus apud Rhætos Præco, qui suam sectam consuetis armis, scilicet convitiis in Romanam Ecclesiam effusis edita apologia vindicare nitebatur. Hujus ergo falsa dogmata solide confutaturus Gottius, librum edidit *de vera Christi Ecclesia ex signis & dogmatibus demonstrata.* In hoc opere eruditissimus Auctor, ne hujus Prædicantis fallaciis pusilli decipierentur, atque improbi pellicerentur, non modo in arenam descendit contra hujus

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

trasonici Goliathi apologiam, sed maxime adversus ridiculum ejus vani nominis triumphum, quem ante victoriam cecinit contra P. Andream Semery, & Hiacinthum Tonti, qui dictam ipsius apologiam confutaverant. Cum autem hic idem Calvinista post acceptam cladem caput erigere moliretur, ac suam *concordiam matrimonii & ministerii* ederet, Gottius victoriis jam assuetus, solidissimis suis *colloquiis Theologico-Polemicis* adversarium suum ejusque errores detexit, confutavit, & radicitus evulsit, dum non modo celibatum defendit, sed & universi ferme Catholici dogmatis vindicias instituit. Ceterum hæc ipsa ejus colloquia sextum efficiunt tomum alterius cujusdam præclari admodum operis, quod clarissimus hic Vir Bononiæ anno 1727. tomis XVI. exordi curavit sub titulo: *Theologia Scholastico-Dogmatica juxta mentem Divi Thomæ Aquinatis.* Non minus insigne tam eruditionis, quam Zeli monumentum posteris reliquit doctissima lucubratione, quæ primum Romæ anno 1750. recusa hunc titulum præsefert: *Veritas Religionis Christianæ contra Atheos, Polytheos, Idololatras, Mahumedanos, & Judæos demonstrata* tom VII. Cuncta sane, quæ ex doctissimo hujus Viri cœlamo profluxere, omnibus numeris absoluta

ſoluta erant opera, acuto, perſpicuo, ſolido atque erudito ſtylo conſcripta. ac proptetea velut invictum fidei Catholicæ armamentarium non ſolum iterato prelo fuere excuſa, ſed & communi literatorum etiam Proteſtantium judicio & Clementis XI. præſertim auctoritate comprobata ſunt. Nondum tamen Gottius a propugnandæ fidei ſtudio ceſſandum putabat, eoquod adhuc ſupereſſet hoſtis, qui adverſus veram Religionem criſtas erigere tentaret. Erat is Joannes Clericus Calviniſta, qui tractatum *de eligenda ſententia* edidit, & haud obſcure incauto Lectori perſuadere voluit, Calvinianam religionem eſſe unice veram, proin a quovis amplectendam. Noverat Gottius hunc Calviniſtæ tractatum in nova editione libello Hugonis Grotii *de veritate Religionis Chriſtianæ* anno 1709. aſſutum fuiſſe: vaſerrimam ergo hujus Scriptoris artem detegere, eique larvam detrahere conſtituit Gottius, qui contra ipſum anno 1734. Romæ librum vulgavit *de eligenda inter diſſentientes Chriſtianos ſententia.*

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

Poſtquam igitur eximius hic Doctor cunctas ſtrenui ac Evangelici Athletæ partes, ore, corde, & calamo expleverat, ſui Ordinis Superiores impenſis precibus urgebat, ut eum moleſto hoc,

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

quod invitus suscepisset, onere eximi, seque in pristinam privati Cænobitæ vitam reponi curarent, ut soli Deo, suæ animæ suisque studiis in sacro, ac tranquillo otio vacare posset. Æquis equidem votis annuit Pontifex, unde a Mediolanensi Inquisitione liberatus, in patriam recessit. Verum haud diu opus quiete frui licuit; quippe Benedictus XIII. Pontifex, cum eminentem hujus Viri doctrinam, comprobatam animi sinceritatem, & religiosam modestiam sibi probe perspectam haberet, & alioquin de familiari ejus consuetudine jam diu usus esset, eximios ejusdem laboris & merita remunerare, eumque sanctorum puratorum Collegio adscribere constituit. Accepta hujus consilii notitia humilis Vir nullum non movit lapidem, ut hanc dignitatem a se amoveret; obtendit grave senium, ingenii hebetudinem, virium defectum, suæ Personæ indignitatem &c. Aut incassum erant omnia. Pontifex enim, quo magis humilem cerneret Gottium, eo digniorem esse ratus, die trigesima Aprilis anno 1728. illum Patriarcham Jerosolymitanum, & post duas horas Cardinalem unanimi sanctorum puratorum suffragio proclamavit. Congratulabatur sibi totum sacrum Collegium de tanti Viri consortio. Exultabat immenso gaudio præ ceteris Georgius

gius Cardinalis Spinola Pontificius Legatus atque Bononiensis Archiepiscopus, totaque Bononia festivis ardebat plausibus, lætis illuminata ignibus: nobilissimus quoque Bononiensis Magistratus, atque Universitas gratulatoriis votis comparuit, ac Neo-Purpurato Principi debiti honoris homagium exsolvit. Quoniam vero pretiosissima hujus Religiosi suppellex non alia esset quam Paupertas (scilicet individua humilitatis socia) hinc ad sustinendum tantæ dignitatis decorem Pontifex ei tria scutorum millia dono submisit, & quovis mense centum aureos eidem ex Pontificio ærario assignavit, præfatusque Cardinalis Spinola in amoris atque æstimationis pignus tribus valde magnificis curribus, & Cardinalis Alberonius quingentis aureis eum honoravit. Nec parcior erat Bononiensis Magistratus, qui totam ejus Familiam nobilitate donavit, & Fratris sui Germani Filiabus in monasterio educandis annuos trecentos aureos adscripsit.

Sæc.XVIII. A.C. 1742.

Ineunte Mense Junio Romam delatus, a summo Pontifice rubrum de more pileum recepit, ac novem omnino Patrum Congregationibus adscriptus, totum sese Ecclesiæ rebus impendit. Enimvero summus Pontifex talem tan-

Sæc. XVIII. A. C. 1742

tumque Præsulem singulari amore ac benevolentia coluit, in gravissimis tamen & maxime arduis Sedis Apostolicæ negotiis ferme unius Gottii opera & consilio usus est. Inter præcipuas curas eidem incubuit universalis Ecclesiæ pax tandem feliciter reddenda, necnon Orientalis liturgiæ libros revidendi sollicitudo. Tanta autem sedulitate, & laboris successu quodlibet sibi commissum munus exequebatur, ut Pontifex gratum testificaturus animum eidem præter annuam ex Perusino Episcopatu pensionem etiam prædivites tres Prioratus concederet. His tamen dignitatibus ac proventibus amplissime auctus nihil omnino de pristinæ vitæ suæ moderatione remisit. Eadem illi fuit vitæ austeritas, cibique parcitas, eadem orandi & studendi horarum distributio, idem paupertatis, humilitatisque studium: quotidie rem Divinam summo pietatis sensu peregit, assiduus fuit in frequentandis, quibus adscriptus erat, Congregationibus: reliquum temporis in suis studiis præcipue Theologicis, quibus summopere delectabatur, insumpsit. Mortuo Benedicto XIII. primo sacris interfuit comitiis, in quibus eligebatur Clemens XII., a quo maximi habitus utpote consummatæ doctrinæ Theologus, in gravissimis dubiis in consilium vo-

vocabatur. Id inter alia ſingulare, quod hic Cardinalis in expediendis diuturnioris moræ negotiis tam prompta polleret dexteritate, ut nunquam labori deeſſe videretur, & tamen ſemper literarum otio vacaret; inde accidit, ut quam plurima elucúbraret opuſcula, quibus nil niſi ultima manus deeſt: inter cetera etiam exſtant ejusdem commentarii longe doctiſſimi in Geneſin usque ad caput vigeſimum quintum, qui in Bibliotheca Bononienſi FF. Prædicatorum aſſervantur, & a Reverendiſſimo P. Thoma Auguſtino Richinio S. Palatii Magiſtro in præclaro, quod de hujusce Viri vita ſcriptisque edidit, opere plurimum commendantur.

Sæc. XVIII. A C. 1742.

Anno autem hujus ſæculi quadrageſimo poſt obitum Clementis XII. Gottius denuo conclave ingrediebatur, in quo omnium pene ſuffragia in eum ſolum conſpiraſſe jam ſupra retulimus: cum autem hoc ipſum conclave longo tempore usque ad æſtivos calores protraheretur, ejus corporis habitudo potius tenuis atque imbecilla gravius conflictari cæperat. Acceſſit etiam crurium tumor & reſpirandi difficultas, ex qua adeo pertinacem contraxit morbum, ut per integrum biennium ferme quotidie mori videretur. In hoc ſtatu

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

eum frequenter Benedictus XIV., qui illum suum Theologum, ac Status Bononiensis Protectorem nominaverat, visum ibat, ac morienti adstiturus advenerat; jam tum vero vix uno momento vita superstes Cardinalis die vigesima octava Septembris anno ætatis septuagesimo octavo obiit. Exequiis adfuit Pontifex cum toto Cardinalium Collegio in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, inde ejus cadaver, uti testamento caverat, ad Ecclesiam titularem S. Sixti translatum humili loco terræ mandatum est, cum brevi inscriptione, quam ipse vivens incidendam curaverat.

§. LX.

Caroli Vincentii Fererrii Cardinalis extrema.

Alterum Dominicanæ Familiæ decus & illustre sydus hoc anno extinctum est Carolus Vincentius Maria Ferrerius Niciæ in Pedemontio die decima tertia Novembris anno supra millesimum sexcentesimo octogesimo secundo natus. Nobilis & pervetusta Ferraria familia Principatum Maseranum clientelari obsequio sacræ Sedi obnoxium possidet. Habuit Carolus Patrem Bartholomæum, & Matrem ex stemmate Taumorum ortam, a quibus prima virtutum

tutum ſemina, & a Majoribus ſuis pietatis veſtigia inſequendi ardorem hauſit. His incitamentis acceſſit ingenii acies, memoriæ felicitas, & ſedula Inſtitutorum cura: prævaluit quoque in eo animus ad ſanctiora vitæ inſtituta propenſus; quapropter vix pueritia egreſſus a ſuis Genitoribus ſumma ope impetravit, ut animi ſui candorem adverſus mundi fuligines in candido FF. Prædicatorum Ordine tutum reddere poſſet. Exacto demum tyrocinii anno, votisque Deo nuncupatis ſacratiores ſcientias cum virtutum exercitationibus tam felici nexu conjunxit, ut paulo ante diſcipulus jam conſummatus Magiſter audiret, & in variis ſui Ordinis Collegiis Confratres ſuos ſacræ Theologiæ præceptis utiliſſime imbueret. Nec tamen diu tantum ſcientiæ lumen ſub clauſtrali modio abſcondi poterat; communi enim eruditorum applauſu excitatus Marchio Ferrerius de Ormea, apud Victorem Amadæum Sardiniæ Regem primæ admiſſionis Miniſter Taurinenſem Univerſitatem nunquam clariori ſydere illuſtrandam putabat, quam ſi Carolus eidem publicus Theologiæ Profeſſor daretur. Nec opinioni defuit ſucceſſus; quippe Ferrerius non modo in ſcholæ cathedris Theologiæ arcana cum ſumma laude publice tradidit, ſed etiam e ſacro

Sæc.XVIII. A.C.1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

ſacro ſuggeſtu audientium animos ad morum emendationem tam rapida eloquentiæ vi attraxit, ut in Provincia Provinciæ Alexandrinus Epiſcopus nominaretur. Romam igitur delatus, atque a Benedicto XIII. Papa perbenigne exceptus ab eodem in Epiſcopum conſecratus eſt. Inde ad Diæceſin ſuam profectus, pientiſſimus juxta ac Paſtor optimus in primis curis habuit, res Dei cultum & ſalutem animarum ſpectantes: tanta demum erant ejus merita, ut non poſſent, niſi a potentiſſimi Regis commendatione ſatis ad æquitatem expendi, tantaque virtus, ut non potuerit niſi ſummi Pontificis encomio digne celebrari, & ipſa etiam Purpura remunerari. Nec quicquam in ipſo a fortuna, opibus, aut favore mutuatum eſt, tota ejus eminentia a meritis profluxit; quapropter Victor Amadæus Rex penſatis haud levibus obſequiis Regiæ domui a Ferrerio præſtitis, hunc Præſulem ad altiora promoveri ardenter deſiderabat, & Pontifex proprio impulſu eundem ad ſacræ Purpuræ honorem evehere decreverat: idem conſilium quoque Marchio Ormea Regis ſui nomine ſummo Pontifici ſuggeſſit, qui etiam Regis voluntati eo lubentius annuit, quo ardentius ipſus Virum optime meritum, ſibique peracceptum extollere,

re, & universo Prædicatorum Ordini novum addere ornamentum gestiebat. Igitur die septima Julii anno 1729. habito, ut vocant, *Consistorio* secreto Ferrerium his verbis commendabat: *Intendimus Venerabilem Fratrem Vincentium Ferrerium nostri Ordinis Prædicatorum, sacræ Theologiæ Magistrum, & in publicis Universitatibus per plures annos Artium, & sacræ doctrinæ Lectorem laudabilissimum Episcopum modo Alexandrinum creare Cardinalem.* Hujus Viri electio Regem ingenti affecit gaudio, utque Purpuram novo augeret splendore, neo-Purpuratum Abbatia S. Mariæ de Coburro, & illa S. Mauri Taurinensis, ac denique alia S. Stephani Iporagiensis unacum copioso pecuniarum subsidio honorabat. Eodem adhuc anno Ferrerius ab Episcopatu Alexandrino ad Vercellensem translatus, accepto diplomate Regio supremus Victoris Amadei in urbe administer ac Sabaudicæ Domus arcanorum arbiter nominabatur. Erubuit sane purpuratus Ferrerii candor ad tantos sibi impensos honores, ac propterea solemnem pro Legatorum more ingressum in Romanam urbem habere constanter renuit. Cedendum tamen erat Cardinalis Finii & Ormei Marchionis postulationi, qui Regiam Purpuram in purpura tanti Præsulis univer-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

so

Sæc. XVIII. A. C. 1742

ſo orbi magis conſpicuam fieri petebant. Ut ergo Regi debitam exhiberet gratitudinem, nulli pepercit labori, ut diffidia dudum inter Sabaudiæ Domum & & Sedem Apoſtolicam ferventia tandem componèrentur, quod & non modo effecit, ſed & favores Regia exſpectatione majores procuravit; propterea tamen a Clemente XII., qui Benedicto XIII. fatis functo ſucceſſerat, minus benigne excipiebatur, ac reſuſcitatis controverſiis circa res beneficiarias prohibebatur, ne Abbatiæ S. Stephani ſibi a Rege conceſſæ poſſeſſionem nanciſci poſſet. Ea res Sabaudiæ Regem tantopere offenderat, ut Cardinalem Roma in patriam redire rogaret, qui etiam ad Vercellenſem ſuam Eccleſiam reverſus, ibidem per plures annos commiſſi ſibi Paſtoralis officii partes omnes ſtrenue expleverat, tandem vero moleſta phthiſi conſumptus, die nona Decembris vitam cum purpura exuit, annos natus ſexaginta & unum. Sepultus eſt in Eccleſia ſua Cathedrali.

§. LXI.

Cajetani Cardinalis de Stampa elogium & mors.

Poſtremus ex Purpuratis, qui hoc anno vivis erepti fuerant, erat Cajetanus

tanus Stampa patria Mediolanensis, Filius Comitis Cristerni & Justinæ Borromeæ. Natus est die prima Novembris anno prioris sæculi septuagesimo septimo. Fratrem habuit Germanum Carolum de Stampa Cæsareum in Italia Plenipotentiarium & aurei Velleris Equitem ac in imperiali exercitu supremum rei tormentariæ Præfectum: Cajetanus vero sub institutis paternis tanto felicius in pietatis exercitiis adoleverat, quanto alienior ab Aulæ strepitu erat ipsius indoles in res sacras & literas vel maxime propensa. Exactis in patria mansuetioribus literarum præceptis anno duodecimo ætatis suæ Romam missus nobilioribus Europæ linguis, arti Rhetoricæ, Philosophiæ & Theologiæ strenuam navabat operam. His scientiis egregie excultus sub optimis caussidicis addiscendæ jurisprudentiæ adeo intentum adjecit animum, ut Doctoratus laurea insignitus inter Romanæ Curiæ Præsules recenseri mereretur. Annum ætatis suæ agebat vigesimum octavum, cum a Clemente XI. æquissimo meritorum Censore referendis in utraque Signatura libellis admotus, necnon Domesticis Papæ Præsulibus aggregatus in variis ditionis Pontificiæ urbibus, ac præcipue in Spoletana & Anconitana Gubernator nomina-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

naretur. Gravi tamen ibidem fastidio afficiebatur: illius autem occasio erat hæc: Marsilius Comes scientiis quidem clarus, turbidi tamen ingenii Vir a Cæsareis castris non sine infamia amotus fuerat, qui ad Clementis undecimi Pontificis sinum confugiens ab eo Anconam mittebatur, ut Urbem validioribus præsidiis munimentisque firmaret. Hic vero pro summo imperio etiam inconsulto Gubernatore cuncta disposuit, quinimo eundem arrogata sibi suprema auctoritate palam tot injuriis affecit, ut hic contemptu in ipsum Papam redundante illum reprehendere cogeretur: inde vero exorta erat acris verborum altercatio, mutua criminatio, & tam impotens animi exacerbatio, ut Marsilius Gubernatorem ad singulare certamen provocare non erubesceret. Verum Stampa suæ dignitatis haud immemor furibundo significari jussit, quod ferro rem decidere, sibi utpote Viro Ecclesiastico inhibitum esset, quinimo si etiam liceret, sibi tamen dedecori duceret, cum tali homine decertare, qui ob perfidiam suam promeritus esset, ut ejus gladio per carnificem rupto infamis, & ad omne militare obsequium incapax a Cæsareis signis abigeretur. Porro satisfactionem, quam Stampa ab hoc Comite repetere indecorum

corum reputavit, a ſummo Pontifice juſtius expetebat; Hic etiam a Cardinale Paolucio totam rei ſeriem edoctus, Marſilium cum ſumma indignatione Bononiam abire juſſit: Stampam vero paulopoſt moleſto hoc munere exemptum, Quæſitorem Fidei in Inſulam Melitenſem ablegavit, ubi is per plures annos hoc officio gnaviter defunctus, tandem Archiepiſcopus Calcedonenſis dicitur, Florentiam miſſus ad Coſmam III. Etruriæ Ducem Nuntius Apoſtolicus. Expleto ibi triennio Nuntius pariter Pontificius ad Venetam rempublicam decernitur, ubi die decima quarta Julii anno 1721. habito ſolemni ac publico ingreſſu per tredecim omnino annos ſine minima ullius offenſione, & non ſine omnium ſatisfactione Sedis Apoſtolicæ negotia fideliter non minus ac prudenter procuravit, potiſſimamque ætatis ſuæ partem in ampliſſimis hisce muneribus ac in fido Sedis Apoſtolicæ miniſterio conſumpſit. Demum Joſepho Spinellio Purpura donato, ipſe inſigni Congregationi Epiſcoporum ac Regularium a ſecretis eſſe juſſus, Romam reverſus eſt, ubi a Papa Clemente XII., cedente Odeſcalchio Cardinale, Mediolanenſem Archiepiſcopatum obtinuit, cujus tamem poſſeſſionem capere tergiverſabatur, eoquod Imperator, qui eum

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Purpura decorari jam dudum a Papa summis votis expetebat, eidem disertis verbis inhibuisset, ne Roma discederet, priusquam Cardinalium Collegio adscriptus esset. E contrario Pontifex urget & instat, ut Archiepiscopus ex S. Canonum præscripto ad Ecclesiam suam quantocyus properaret; cum ergo hic omnem Purpuræ spem omnino intercisam probe prospiceret, ni mandato morem gereret, tandem Roma profectus ad suum familiæ suæ feudum Mediolanensi urbi vicinum contendit; paulopost tamen promeritum laboribus consecutus est præmium, die vigesima tertia Februarii Purpuratis accensitus, Pileolum rubrum, ac cetera Cardinalatus insignia a Dominico Volpio Papæ Cubiculario delata sunt, quibus Cardinalis nobilitatus publicum suum in Mediolanensem urbem ingressum summa pompa celebravit. Anno autem sequenti post Clementis XII. mortem Romam se contulit, ut Vaticanis interesset comitiis, in quibus ipse etiam Benedicto XIV. suffragatus est. Inde Mediolanum reverso haud diu quiete sua frui licuit; mortuo enim Carolo VI. Imperatore Hispani Mediolanensem Ducatum hostiliter invasere, eo etiam absque dubio potituri, nisi Cæsarei Sardiniæ Regis copiis juncti post reportatas plures

res victorias Hiſpanos pene ad interne- Sæc. XVIII.
cionem deleviſſeut. His tamen turbis A. C. 1742.
Stampa Cardinalis ultra biennium non ſupervixit; quippe permoleſta reſpirandi difficultate laborabat, quo tandem morbo vires depaſcente Aſmaticus die vigeſima tertia Decembris annos natus ſexaginta quinque obiit, ſepultus in ſua Majori Eccleſia Mediolanenſi. Ceterum moribus ipſe fuit integerrimis, prudens, moderatus, vitæ genere ſplendidus ac magnificus, comis, ingenuus & veritatis amicus, quibus animi dotibus ſibi ſingularem peperit benevolentiam, omniumque venerationem.

§. LXII.

Papa quoddam documentum Gallis tradere rogatus.

Hoc item anno in Gallorum favorem jus quoddam, levi tamen innixum fulcro, in Orientale Imperium affulgere videbatur. Res ita refertur: Eo tempore, quo Carolus VIII. Franciæ Rex Romæ agebat, pariter Princeps ibidem quidam morabatur, qui ſanguine proxime attingebat poſtremum ex Palæologorum familia Græciæ Imperatorem, qui poſt captam a Turcis Conſtantinopolitanam urbem ſceptrum & vitam deplorando fato amiſerat. Princeps ille patria

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

extoris, & a suis desertus, Romæ summi Pontificis liberalitate, atque apparatu vitæque cultu dignitati suæ Personæ congruo sustentatus erat, suæ tamen sortis conditionem meliorem reddere intentus, singularem cum Carolo Rege amicitiam fovere cæpit, eique inito pacto omnia sua jura in Orientale imperium abs controversia in eum devoluta cessit. Pactum omnino ratum habet Carolus Franciæ Rex, utque publicæ & quidem Pontificiæ auctoritatis robur accederet, Innocentium VIII. supplex convenerat, ut cessionis hujus instrumentum utrinque subscriptum confirmaret, & desuper Bullam conficeret. Utrumque sine tergiversatione pollicetur Pontifex, nec suo defuit promisso, paucisque post diebus petitum confecit diploma. Re tamen Romæ divulgata, atque ad politicas regulas exacta nonnulli Cardinales, Aulæque Ministri consebant, moram studiose esse quærendam, quin illico Pontificiæ confirmationis Bulla ad Regem, qui tum Neapoli hærebat, transmitteretur. Interim tam fatalis rerum vicissitudo fluxerat, ut Carolus Rex Neapolitano regno excedere, ac in Gallias reverti cogeretur: rebus igitur ita mutatis Alexander VI. Innocentii VIII. Successor, tam cessionis instrumentum, quam confirmationis Bullam

lam in Romano Capitolii Archivo asservari & custodiri jussit. Hujus rei memoria vetustate temporis in tam profunda jacuit oblivione, ut nonnisi tineis cognita videretur. Evolutis autem duobus ferme sæculis Ludovicus XIV. Franciæ Rex hausta hujus cessionis notitia ipsum Instrumentum unacum Innocentii VIII. Bulla ab Innocentio XI. Papa per suum Legatum sibi transmitti petiit, ast gravibus de caussis repulsam tulit; facile etiam Rex acquievit, cum inde exiguum vel omnino nullum speraret compendium. Benedicto autem decimo quarto ad D. Petri Cathedram evecto Ludovicus XV. Galliarum Rex apud Romanam Aulam Legato negotium dedit, ut hoc instrumentum & Bullam a summo Pontifice repeteret, sub hoc prætextu, quod hoc documentum ad Gallicam sæculi decimi quinti Historiam suis numeris absolvendam omnino necessarium esset. Pontifex ergo utrumque, cum Romanæ Sedi nec proficuum esse, nec fraudi fore cognosceret, mox ex Capitolio afferri jussit, illudque Franciæ Legato promptissimo animo consignavit, quin in hunc usque diem spes Gallicæ successionis in Imperium Orientale propterea vel unico passu aut remotior aut propinquior esset.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII.
A.C. 1742.

§. LXIII.

Controversia inter Franciæ Regem & Hungariæ Reginam circa Abbatiam S. Huberti.

Gravioris momenti res erat controversia, quæ de Abbatia S. Huberti inter Ludovicum XV. Franciæ Regem & Mariam Theresiam Hungariæ Reginam hoc anno mota erat. Occasio illius erat hæc: Exstat in Arduenna Sylva celebris Abbatia Ordinis S. Benedicti, quæ a S. Huberto Trajectensi ad Mosam ac Leodiensi Episcopo, nomen habet: fundationis suæ vero originem a Walcando itidem Episcopo Leodiensi repetit, quamvis pariter Franciæ Reges sese hanc Abbatiam fundasse aut saltem dotasse obtendant: utut de hoc sit, omnino tamen certum est, quod undecim abhinc sæculis Franciæ Reges dictæ Abbatiæ Protectores atque Advocati exstiterint, hocque nomine ab his Monachis in gratitudinis signum quosdam canes & aves annue expetant. Prætensum vero hoc jus anno Christi quingentesimo decimo octavo supra millesimum Caroli V. Cæsaris Administri in controversiam trahere moliebantur: prævalenti tamen Gallorum potentiæ tum erat cedendum; post decursum vero

ro bini ſæculi anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo decimo octavo Belgii Gubernator temporis opportunitate uſus, avitum Cæſaris jus reſuſcitare aggrediebatur, hancque Abbatiam, & paucis poſt annis plures annexas, nulliusque dominio obnoxias (*neutrales* vocant) terras vi occupabat, eoquod eæ omnes Luxenburgenſis Ducatus dominio ſubjectæ eſſent. Nec tamen tardabant Galli, jus ſuum apud Bruxellenſem Curiam proſequi: aſt Gubernator æquitati cauſſæ confiſus, pariter juri ſuo immote inſtitit: eapropter Parlamentum Pariſienſe anno reparatæ ſalutis milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo primo die ſecunda Junii decretum, & mox alterum die decima nona Septembris ad S. Huberti ſubditos & incolas transmiſit, præcepitque, ut in nulla omninore a Lucemburgenſi jurisdictione dependerent. Dudum ea lis utrinque magna animorum contentione agitabatur, quin tamen ullo transactionis remedio componi poſſet. Rex ergo rem armis committere ſtatuit, eoque minus cunctandum cenſuit, quo certius ſibi compertum habuit, quod jamjam Maria Thereſia Hungariæ Regina ab Hubertinis fidelitatis homagium ſibi utpote ſupremæ Dominæ præſtari præceperit; viciſſim igitur Rex omnibus hisce ſubditis ſignificari

Sæc.XVIII. A.C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

cari mandavit, ut toto belli tempore neutri parti essent addicti: nec his contentus Maillebojo Franciæ Marescallo in mandatis dedit, ut cum suo exercitu in Bavariam destinato has terras pertransiret, & Austriacorum præsidia ex Abbatia depelleret. Nec id spectata horum paucitate magnæ molis opus erat: Gallis igitur pro summo imperio rem agentibus Abbas eis omne pabulorum genus, petitaque subsidia non admodum invitus suppeditabat, ipsaque Regis Galliæ insignia erigebat. Haud diu tamen Gallicis copiis ibidem subsistere datum erat, utpote ad magis seriam expeditionem vocatis. Abbatia itaque ab infesto hospite vacuata, Lucemburgensis Curia validum præsidii sui agmen ad has terras emisit; rem tamen tempestive subodoratus Abbas, prompta fuga securitati suæ consuluit: mox vero dicta Curia promulgatis pluribus edictis Gallicæ coronæ jura ac patrocinium in Abbatiam prætensum evertit, ipsumque Abbatem tanquam criminis in beneficii Auctorem commissi reum in jus vocari, ac fugitivum usque ad Leodiensem ditionem insequi jussit. Interim Lucembugicæ arcis Gubernatori innotuit, Abbatem in quodam Leodiensi prædio habitare; confestim ergo armatorum globum eo emittit,

tit, adjuncto quodam Centurione, qui tamen viarum ignarus, viæ ductorem pretio conduxit: peropportune autem Abbati accidit, ut Centurio hoc ipso itineris duce citius, ac necessitas suasisset, dimisso, per ambages ad destinatum locum tardius perveniret. Hanc moram Abbas in rem suam vertens, præcipiti cursu Bullionium, & inde Parisios contendit, ubi a Rege Christianissimo omni humanitatis genere exceptus fuit. Comperta totius rei serie Lucemburgensis Curia nomine Augustissimæ Reginæ Abbatem intra præstitutum temporis spatium in judicium venire jussit, utque pristinam agendi rationem novo fidelitatis specimine corrigeret, serio admoneri voluit. Cum vero Abbas præfixo tempore comparere negligeret, die vigesima prima Decembris Hungariæ Regina Styrumicam Dimachorum legionem Monasterii sumptibus alendam in Abbatiam immisit. Eodem tempore Religiosis demandatum, ut absente suo Abbate Administratorem eligerent, & ad compensanda damna Abbas octoginta millium thalerorum mulcta puniretur. Verum Metense Parlamentum contra Austriacos die vigesima prima Februarii anno 1743. prolixum non minus quam acerbum edictum promulgavit, quo omnes Lucemburgi-

Sæc.XVIII. A.C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

cæ Curiæ decreta, jura & prætensiones contra hanc Abbatiam, ceterasque *neutrales* terras ceu irritas, nullasque declaravit, cunctisque incolis severe inhibuit, ne vel Lucemburgicæ Curiæ, vel Reginæ Hungariæ, earumque mandatis morem gererent, aut earum jurisdictionem agnoscerent. Rebus ita turbatis Comes Harrachius Archiducissæ Austriæ ac Belgii Gubernatricis nomine hujus controversiæ decisionem Mechliniensi Curiæ die nona Januarii commisit. Verum hac ipsa via Galli *juribus* suis plurimum derogari censebant, quapropter hujus regionis incolæ novo edicto prohibebantur, ne Hungariæ Reginæ aut Lucemburgensi tribunali ullo pacto obedirent. Iteratum hoc Gallorum decretum eo magis offenderat Georgium Ludovicum Principem de Berghen Leodiensem Episcopum, quo luculentius constaret, præfatam Abbatiam in suo territorio sitam esse, eamque ab ejus jurisdictione omni tempore dependisse, atque etiamnum dependere: quocirca contra Gallorum attentata consuetum, flebile licet, interpositæ protestationis remedium opposuit.

§. LXIV.

§. LXIV.

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

Toletani Archiepiſcopatus oppoſitio contra impoſitas pecuniarum exactiones.

Mortuo Carolo VI. etiam Hiſpani Aquilæ Auſtriacæ plumis ſeſe exornare geſtiebant: quippe Philippus V. Rex omnes hæreditarias Auſtriæ Provincias, præſertim vero Italicas *jure regreſſus* obtendebat, eoquod linea recta ex Carolo V. deſcenderet, eique in regno ſucceſſiſſet: teſtamenti autem tabulis cautum fuiſſet, ut deficiente Germanica ſtirpe maſcula, ſubintraret Hiſpana. Jus ſibi quoque competere putabat in Hungariam & Bohemiam, eoquod ex Anna Maximiliani II. filia Philippo II. deſponſa originem traheret: hæc vero ſucceſſionem ſibi reſervaſſet in eventum, quo maſcula ſtirps exareſceret. His ſuffultus Rex per Portocarreum Comitem de Montichio Legatum ſuum Francofordiæ votum Bohemicum prætendit, ſuamque juris deductionem Electoribus obtulit: cum vero rationibus ſuis nihil proficeret, armis rem decernere, ac præprimis in Mediolanenſem Ducatum irrumpere ſtatuit. Trajiciuntur igitur Ductore Montemario Hiſpanorum copiæ Neapolitanis ſuppe-

tiis

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

tiis auctæ in Italiam, improspero tamen expeditionis auspicio; quippe morbis & Hispana morositate exercitus adeo attritus fuerat, ut Orbitelli, aliisque Pontificiæ ditionis terris longo admodum tempore otiosus consisteret. Hæc ipsa vero mora, ac inde secutæ subditorum oppressiones summo Pontifici permolestæ erant; quamvis enim transitus copiam fecisset, ultroneæ tamen humanitatis officium ingenti subditorum damno compensari, ægerrime ferebat. Accessit insuper ad paterni mæroris cumulum, quod decem Austriacorum & Croatarum millia præter Sabaudicas copias Hispanos insequendi studio Bononiensi Provinciæ imminere nuntiaretur. Enimvero Comes de Traun Mediolanensis præsidii Præfectus missis literis Senatui Bononiensi fidem fecerat, ei ab Austriacis nil mali pertimescendum fore, dummodo ipse identidem certior fieret, quo loco & quot horrea Hispani pro suo exercitu in Bononiensi Diæcesi collocassent. Ad hæc Senatus respondere cunctabatur, Pontifex vero Comiti reposuit, Austriacis liberum quoque esse transitum, se enim communem omnium Patrem, nulliusque parti addictum fore, proin hospites pari humanitatis officio esse habendos, sicut ergo indecens foret, Austriacorum horrea Hi-

Hiſpanis prodere, ita viciſſim &c. Interim vero Madriti omnia bellico apparatu ſtrepebant, cumque exhauſto ferme ærario regio ad ferendas belli expenſas nervus deficeret, Rex ſummo Pontifici ſupplicabat, ut decimas ex omnibus Hiſpani Cleri proventibus exigere valeret. Annuente Pontifice Rex promulgato edicto, conſcriptisque Eccleſiaſticis bonis octavum nummum quantocius perſolvi juſſit: nec multum obſtrepebant Præſulum ac Religioſorum potiſſimi; Toletanæ vero Cathedralis Eccleſiæ Capitulum acriter ſeſe immodicæ huic exactioni opponebat, ſuasque rationes, ut univerſo regno pateſcerent, palam exponebat. Ea de cauſſa ſcriptum, acerbiore tamen, quam par erat, calamo in vulgus ſparſit, in quo propugnavit, quod bona, quæ ad Papam nullo modo pertinerent, exactione inſolita novaque gravare, atque hoc in caſu ejusmodi decimas exigendi copiam facere, Pontificiæ poteſtatis limites excederet, timendumque eſſet, ne Hiſpaniæ Regina, quæ Filios ſuos Eccleſiaſticorum proventibus impinguare, tam ſolerter quæreret, totum Eccleſiaſticum ordinem, ipſumque regnum tot tributis exhauſtura ſit, ut ægre intra unius ſæculi ſpatium priſtinas vires recuperare valeret. Vix hoc ſcriptum publici juris

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

ris factum fuerat, cum illico omnia ejus exemplaria supprimerentur, & eorum venditione ac lectione severe inhibita publico infamique rogo addicerentur. Nec mitius actum cum Canonicis Cathedralibus, qui præfato scripto sua nomina apposuerant; hi enim exilio mulctati fuere, ac insuper duæ Dimachorum legiones in Capituli terras immissæ, ut renitentes Canonicos ad obsequium redigerent. Ut ergo Clerus sese ab infestis hisce incubatoribus liberaret, mox petitæ exactioni satisfecit, sicque intra breve temporis intervallum ex Ecclesiasticis bonis duodecim Hispanorum Thalerorum milliones ad Regium ærarium confluxere.

§. LXV.

Principes atque Illustres hoc anno denati.

Obiere hoc quoque anno ex Principibus aliisque Viris dignitate conspicuis nonnulli, & quidem inter ceteros morti in prædam cessit Carolus Philippus Rheni Comes Palatinus Elector, qui Neoburgi ad Danubium Patre Philippo Wilhelmo Electore anno 1661 die quarta Novembris primam lucem aspexit. Erat pluribus annis in Tyroli Gubernator, ubi hodiedum ejus prudentia, benigni-

nignitas & moderatio multis encomiis, & grata memoria celebratur. Postea S. R. I. Elector atque Archithesaurarius non sibi sed subditis suis natus videbatur, vere pauperum Pater, subditorum ac proborum omnium fautor, & quod potissimum est, strenuus veræ Religionis vindex: quanto etiam ardore contra Calvinianum Catechismum, in quo Missa *abominanda idololatria* calumniose dicebatur, insurrexerit, jam supra retulimus. Verbo, Princeps erat jam primævo naturæ beneficio bonus, summa religione, probitate, fide, clementia, liberalitate & facilitate in omnes præcipue infirmos incredibili inclytus, ac æterna memoria dignus. Decessit die trigesima prima Decembris Manheimii anno ætatis octogesimo secundo. Successorem habuit Carolum Philippum Theodorum Solisbacensem Ducem, qui Juliacensis ac Montanæ ditionis possessionem composita prius controversia, quæ inde, ut diximus, timebatur oritura, quiete adiit. Hujus Electoris obitum præcesserat die decima octava Februarii mors Mariæ Annæ Ludovicæ, quæ postremi Etruriæ Ducis Joannis Gastonis Soror, & defuncti Joannis Guilielmi Electoris Palatini altera uxor anno ætatis septuagesimo sexto mundo valedixit. Reliquerat ingentem

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

tem pecuniarum vim, cujus hæredem scripsit Franciscum Stephanum Lotharingiæ Ducem. Verum reclamabat Neapolis Rex, qui eo fine Vermencinium Abbatem Florentias ablegavit, ut contra hanc hæreditatis dispositionem protestaretur. Ast hic pro legitimo Ministro non agnoscebatur, hinc sine responso dimissus est, & Magnus Dux, misso in Hispaniam testamenti transumpto, per Comitem de Richecourt cum beneficio inventarii hæreditatem adiit. Sequentis Mensis die decima eandem æternitatis viam ingressa est Wilhelmina Amalia Josephi I. Imperatoris Vidua, quæ ex Brunsvico-Hannoverana Domo orta sexto ætatis suæ anno Serenissimum Parentem suum Augustæ defunctum & duodecimo sui conjugii anno Maritum suum amiserat; unde Schönbronnæ prope Viennam aliquamdiu solitariam agens vitam spectatæ virtutis exempla præbuit, insuper Viennæ suis sumptibus cænobium pro Sanctimonialibus, quas *Salesianas* vocant, construxit, & post mortem Eleonoræ Imperatricis Viduæ suprema Matronarum stellatæ Crucis Ordinis Magistra electa fuit: demum vero phthisi consumpta anno ætatis sexagesimo nono & Viduitatis trigesimo primo sanctissime, uti vixerat, mortua est: testamento

mento caverat, ut in præfato cænobio sine speciali pompa sepeliretur.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Præterea Mense Majo Henrieta Maria Vidua Parmæ Ducissa vivis erepta est, & Mense Decembri Anna Sophia Daniæ Regis Vidua Clausolmiæ decessit; die autem septima Novembris Joannes Augustus Anhaltino-Servestanus Princeps Servestæ obiit. Pariter naturæ debitum anno ætatis quinquagesimo septimo die decima septima Martii solvit Eleonora seu Ludovica Gonzaga Vincentii Ducis Guastallæ Filia, ac Francisci Mariæ Ducis de Medicis Uxor Vidua, quæ post Mariti obitum Patavium secessit, ubi vitam inter assiduas pietatis exercitationes transegit. Pari fato mundi theatrum die decima sexta Augusti reliquit Ludovica Elisabetha Philippi Aurelianensis Ducis olim Francici regni Administratoris Filia, quæ Ludovico Hispaniæ Infanti Asturiæ Principi anno Christi millesimo septingentesimo vigesimo quarto Mense Januario nupta, ejusdem adhuc anni Mense Augusto Maritum suum præmaturo nimis fato ereptum nonnisi quindecim annos nata deploravit, ac postea in Franciam reversa per plures annos magna cum religione, ardore in Deum & virtutum studio vitam exegit, donec

Sæc. XVIII
A. C. 1742.

cælo matura præmatura nimis morte anno nimirum ætatis suæ trigesimo secundo ad cælestes nuptias properaret.

Tristis æque ac inopinus erat casus, quo Franciscus Xaverius, natu minor Joannis V. Lusitaniæ Regis frater vivis ereptus est; cum enim Regem in balneis visum iret, ac ex curru descenderet, crure luxato in febrim incidit, qua incassum adhibitis omnibus artis medicæ remediis die vigesima prima Junii anno ætatis quinquagesimo secundo nondum expleto exspiravit. Egerat is cælibem semper vitam, & magni, ut vocant, Lusitani Prioris dignitate unacum annexa Cratensi commenda conspicuus erat. Insuper prioris anni die quinta decembris variolis animam & sceptrum deposuit Ulrica Eleonora Sueciæ Regina, & Caroli XI. Regis Filia, annos nata sexaginta tres.

Præter hos mortui adhuc sunt Christianus Ludovicus Brunsvico-Guelferbytanus Princeps quadrimus; Magdalena Wilhelmina Vidua Marchionissa Bado-Durlacensis die 30. Octobris anno ætatis sexagesimo quinto mortua; Caroli Gustavi Badensis Vidua Sophia expleto anno ætatis octogesimo tertio, Ludovica Augusta, Ludovici Hasso-Darmstadiani Principis Filia nata annos octo-

octodecim, & Josephi Hasso-Rheinfeldensis Principis Filius unicus septennis. Sæc. XVIII. A. C. 1742.

His adjungimus Reverendissimum ac Illustrissimum D.D. Anselmum Godin de Tampezo S. R. I. Principem & Ord. S. Benedicti Abbatem ad S. Emmeramum, qui die undecima Maji anno Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo septimo natus posito virtutum tyrocinio inter suos maximo cum profectu sacratioribus literis operam navabat: postea in Parochum ad S. Rupertum nominatus indefesso studio omnes Pastoralis officii sui partes explevit; brevi etiam ei latissimus exerendi sui Zeli animarum campus aperiebatur, dum anno hujus sæculi decimo tertio Ratisbonæ vis maxima pestilentiæ sæviebat; tum enim generose contempto quotidianæ mortis periculo omnibus hac lue infectis salutis media propinabat. Tot meritis clarus non modo unanimi suorum, sed vel maxime virtutum suffragio in Abbatem die undecima Aprilis anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo quinto electus, anno præfati sæculi trigesimo primo per Cæsareum diploma anno sequenti die vigesima quarta Martii in S. R. I. comitiis promulgatum in celeberrimam hanc Abbatiam S. R. I. Principatus præro-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

gativam, ut ſupra meminimus, præter alia decora reduxit: demum pro tot exantlatis laboribus mercedem in cælis pia morte die vigeſima prima Septembris recepit anno ætatis ſuæ ſexageſimo quinto; celebre reddidit nomen ſuum edita a ſe *Ratisbona politica* &c. Succeſſorem habuit Joannem Baptiſtam Kraus Virum rara pietate & omnigena eruditione longe clariſſimum. Obiit præterea Franciſcus Corerius Venetorum Patriarcha & Dalmatiæ Primas, in cujus locum electus eſt Aloyſius Foſcarini.

§. LXVI.

Iteratæ Wormatienſium Lutheranorum querelæ contra Catholicos.

Vid. ſupra tom. 73. p. 738.

Hoc item anno Wormatienſes Lutherani Catholicos, qui tamen in ſacris ſoli ſuo Epiſcopo ſubſunt, in avitæ Religionis ſuæ exercitio turbabant. Occaſionem inde captarunt: Decumbebat morbo admodum periculoſo ancilla Catholica, quæ apud R. D. Schlipgen Canonicum famulabatur: ad hanc ergo die nona Maji Parochus ad S. Pauli ſacrum Viaticum ſub Baldachino ac ſonantibus cymbalis, & comitante populo publice deferebat. Inde lacrimæ, mo-

motus & lamenta: altum pro more inclamant Lutherani, violatam esse pacem religiosam & Westphalicam, vilipensum Cæsareum rescriptum an. 1732. hac in caussa obtentum: die ergo undecima ejusdem Mensis confestim ad Ecclesiasticam Wormatiensis Vicarii Curiam ablegant Notarium, qui contra hunc religionis actum protestaretur. Verum vanæ erant hæ sine viribus iræ adversus ineffragabile Catholicorum jus effusæ: quocirca Francisci Georgii Comitis de Schönborn Electoris atque Archiepiscopi Trevirensis & Wormatiensis Episcopi Vicarius Generalis, Pro-Vicarius, Officialis, omnes Consiliarii Ecclesiastici, Sigillifer atque Assessores unanimi suffragio declararunt, quod contra Senatus ac Lutheranorum attentatum, ac temerarios eorum ausus palam reclamarent, nec unquam permissuri essent, ut in illimitato religionis exercitio, quod Catholici a primis adoptatæ fidei Catholicæ auspiciis, imo in ipso etiam anno normali 1624. in hac Cæsarea & libera Imperii Civitate semper habuerunt, ullo pacto perturbarentur; quin potius in omnibus & singulis ejusmodi casibus ac nominatim in publica delatione sanctissimi Sacramenti ad infirmos avito suo jure usuri, & nequaquam indulturi essent, ut ullo pacto a

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Civitatis Magiſtratu vel hac in re præpediantur, aut ab eo leges vel limites Catholicis præſcribantur. Pariter Decanus Capituli ad S. Paulum adverſus proteſtationem a Magiſtratu die vigeſima ſexta Maji interpoſitam viciſſim reclamabat, declarans, frivole obtendi, quod hoc actu Cæſareum reſcriptum fuerit violatum, minus vero ejusmodi actus in Collegii ædibus a civica jurisdictione penitus exemptis prohiberi poſſe; aliunde vero liberum Religionis Catholicæ exercitium in Wormatienſi Civitate nullo unquam tempore legitima auctoritate fuiſſe circumſcriptum aut ademptum; vi enim pacis Weſtphalicæ omnia repoſita fuiſſe ad eum ſtatum, quo in anno decretorio fuerint: jam vero luce meridiana clarius eſſe, idque publicas tabulas, probatiſſima Hiſtoriæ documenta, lapides & ſaxa teſtari, quod eo anno Wormatienſis Civitas imperio & protectioni Infantis Hiſpaniæ ſubjecta & Cæſareis & Hiſpanis præſidiariis munita fuerit, proin exercitium Religionis Catholicæ in omnibus Eccleſiis ac locis omnino illimitatum floruerit, omnes Parochiæ & Eccleſiarum reditus ſub Catholicorum Parochorum directione, & inſpectione fuerint adminiſtrati, & Epiſcopus actus Epiſcopales ſicut & jurisdictionem Diæceſanam in om-

omnes cives sine ullo impedimento exercuerit, Catholicorum nulli præstitis præstandis jus Civitatis denegatum fuerit, monasteria ab omni civico onere ac tributis immunitatem habuerint, & Hispani Lutheranis nullum sectæ suæ exercitium concesserint, Calvinistæ vero nec in anno regulativo nec tempore pacis Rysvicensis ullum Religionis suæ exercitium habuerint, sed primum postquam Hispano-Cæsareæ copiæ urbe excesserant, Lutherani Catholicos vexare, eosque in antiqua Religionis suæ possessione violenter turbare attentarint, ac præprimis in Parochia ad S. Magnum, quamvis ea non modo vi Cæsarei decreti, sed etiam vi Monasteriensis pacis Catholicis sine omni controversia fuerit adjudicata, in Templo tamen FF. Prædicatorum simultaneum exercitium invehere præsumpserint, utpote adhuc omni sectæ suæ Templo destituti: dein Calviniani Electoris Palatini Caroli Ludovici potentia & patrocinio tuti in hoc simultaneo exercitio contra Catholicorum protestationes tutati fuerint, atque illo abhinc tempore Catholicos cives e Senatu, aliisque officiis, imo & a jure civitatis excluserint, & postquam Catholicorum pauci adhuc vita superstites sensim mortui sunt, nullos alios admiserint, & Joannem Lattig,

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

cujusdam civis sutoris Catholici filium, insuperhabitis iteratis precibus, ad jus civitatis & tribum assumere constanter recusarint, caussati, numerum civium jam esse completum, cum tamen sæpius ad oculum patuerit, quod paulopost exteros secta tamen Lutheranos & Calvinistas in cives assumpserint. Insuper, si, quod tamen rarissime contigit, post impensas plurium annorum preces Catholicum assumpserunt, id non alia lege factum fuerit, nisi solutis centum, imo & centum quinquaginta florenis, cum tamen Lutherani & Calvinistæ nunquam amplius, quam sex florenos pro antiquo more numerarint, uti constat ex syngraphis coram Commissione Cæsarea anno 1718. exhibitis.

Præterea Lutherani eo usque prolapsi fuerint, ut Catholicorum processiones extra ordinem decretas præpedire ausi sint, & illam anno 1698. in gratiarum actionem ob impetratam Ryswicensem pacem penitus turbare, & tam Sacerdotem, qui SS. Eucharistiam circumferebat, ceterosque Sacerdotes, qui illum comitabantur quam Catholicos cives multis plagis ac verberibus affecerint, eosque lapidibus dissiparint, Ordinarias vero processiones ad certas plateas restringere præsumpserint, & Catho-

tholicos ab ipſo ſupplicantium cætu vi extraxerint, eosque ad carceres raptarint, uti ante aliquot annos in diebus rogationum factum fuiſſe conſtet. Nec his contenti, inſuper reditus Parochorum & Eccleſiarum ad SS. Joannem, Rupertum, Magnum, Lampertum, & Amandum a Lutherano Magiſtratu privative collecti & potiſſimum ad uſus profanos, non autem ad dictarum Eccleſiarum reparationem, aliaque utenſilia impenſi fuerint, Catholicis Parochis neceſſariam deſuper diſpoſitionem & inſpectionem denegarint, & ne unquam quidem coram Catholico Parocho redituum rationem reddiderint, Eccleſiarum pecunias in fœnore poſitas levarint, easque Lutherano ærario adjudicarint. in matrimoniis mere Catholicis mulcta pecuniaria, aliisque gravibus pœnis impoſitis Catholicos etiam poſt denuntiationes a Parocho ſuo Catholico factas compulerint, ut rurſus a Prædicantibus Lutheranis ſe proclamari curent, pariter in matrimoniis mixtis, ut actus Parochiales tam copulationis, quam baptismi a dictis Miniſtris fiant, ſponſos etiamnum adigant. Verbo, variis violentiis libertatem conſcientiæ Catholicis adimant, Matribus Catholicis Filias Catholicam Religionem profitentes vi

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

eripiant, easque ad Lutheranas regiones transmittant.

Præterea Catholici in caussis seu controversis sponsalitiis & matrimonialibus contra omnem pactorum fidem recursum ad Episcopum vel ejus consistorium, indicta gravi pecuniarum pœna, non modo occludant, sed & Lutherani cognitionem super hujusmodi caussis in matrimoniis Catholicis sibi propria auctoritate arrogent; uti Catholicum fabrum lignarium, nomine Petrum Gräber, eoquod coram Lutherano Consistorio comparere renuit, centum thalerorum Imperialium mulcta non solum oppresserint, sed etiam nulla mora ex ejus cavea integrum vini dolium in pœnæ executionem vi extraxerint. Pariter Ecclesiasticorum bona, quæ olim ad erigenda valla & aggeres fuere usurpata, nunc, postquam cessante Gallica devastatione rursus fuerant solo æquata, Catholicis non fuerint restituta, sed a Lutheranis detenta & in eorum usum reducta: immunitas etiam Ecclesiastica in variis locis sine ullo respectu aut discrimine per violentam oppugnationem ædium Canonicalium & atriorum ante Ecclesias, & per scandalosas verberationes in cæmeteriis & per plura alia ejusmodi attentata graviter violata fuerit.

Item

Item Lutherani, cum juxta vetera pacta pro plaustro vini nonnisi triginta sex crucigeri penderentur, nunc a Clero Catholico tres florenos (quamvis hæc exactio post ultimam Cæsaream Commissionem cessarit) exigant, a Monasteriis pari cum civibus onere de eorum victualibus, imo etiam de vino aliisque rebus per eleemosynam acquisitis, insuperhabito Cæsæreo exemptionis privilegio, tributum extorqueant, præfatis quoque Monasteriis, nec pecunias in fœnore positas nec pensiones, quas ipsis tamen Lutheranus Magistratus jure debet, persolvant, Jesuitas, quamvis in locum Vicariorum Cathedralium antea defunctorum recepti, & in jura & privilegia ratione Immunitatis introducti fuerint, contemptis etiam Cæsareis privilegiis, pro rebus, quas ad consumptionem quotidianam invehunt, sicut pro vino, fructibus &c. ad solvendum tributum compellant, quin tamen Senatus vel unquam eis pecunias ad censum positas vel pensiones, quas eis tamen Magistratus notorie debet, solverit, sed potius eis nihil aliud indulserit, quam ut pro Catholicorum schola ex eleemosynis emptam ædiculam extra muros erigere potuerint, cum tamen a longissimo tempore, prout relicta adhuc rudera loquuntur, in urbe talis schola fue-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742. fuerit, idque etiamnum civibus & Judæis passim concedatur.

Calvinistis quoque, etiamsi nec ante nec post annum normalem usque ad Ryswicensem pacem ullum publicum religionis exercitium habuerint, Lutherani tamen illud nuperrime concesserint, eisque eo fine amplum locum cesserint; quinimo ipsimet Lutherani nunquam propriam in urbe Ecclesiam habuerint, sed primum novam sibi erexerint. atque ad illius fabricam, ubi antea PP. Franciscanorum Monasterium erat, potissimam hujus loci partem sibi vendicarint, cum tamen ille locus, utpote sine Ordinarii consensu alienatus, etiamnum immunis ac Jurisdictioni Ecclesiasticæ subjectus sit.

Non minori etiam certitudine Collegium Cathedrale Lutheranis demonstratum ibat, quod in Comitatu Leiningano-Hartenburgensi, Hedesheimensi, Westerburgensi, vicinisque pagis necnon Nassavio-Weilburgensi, Wertenburgensi comitatu, aliisque locis quamplurimis in anno decretorio 1624. & tempore pacis Ryswicensis Religio Catholica viguerit, ejusque exercitium nonnisi postea per Lutheranorum violentias fuerit restrictum aut penitus eradicatum. Eapropter Episcopus Wormatien-

matienſis, omnesque Catholici non ſatis mirari poterant, quod Lutherani ſeſe a Catholicis gravari, & in ſectæ ſuæ uſu per Catholicorum actus Parochiales turbari querantur, cum tamen e contrario Catholici per Lutheranorum innovationes ac violentias in aviti juris ſui poſſeſſione impediri, & pacem Monaſterienſem, & Ryſvicenſem aperte multimodis violari, jure meritiſſimo conqueri poſſent. Eapropter Trevirenſis Elector ac Wormatienſis Epiſcopus Magiſtratui reſcripſit, notorium eſſe, quod Senatus Cæſarei Conſilii decretum ob- & ſubreptie anno 1732., & quidem non audito Prædeceſſore Franciſco Ludovico Electore Moguntino extorſerit, illudque reſcriptum, cum recta paci Weſtphalicæ & anno 1728. pro Catholicis emanato decreto opponatur, ab ipſo Cæſare rerum gnaro ac conſcio minime concedi potuerit &c. Nihilominus anno ſequenti Lutheranus Wormatienſis Magiſtratus & Senatores contra Wormatienſem Epiſcopum, ejusque Vicariatus Curiam querulas literas ad Carolum VII. Imperatotorem dederunt, quibus ſupplicatum, ut Imperator Lutheranos contra nuperum attentatum tueri, proceſſum juris impedire, Capitulum ad præcavendum & ad refundendas temere cauſſatas expenſas adſtrin-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

ſtringere velit. Præterea die trigeſima Martii ad ipſum etiam, ut vocant, *Corpus Evangelicorum* exiſtimata ſua gravamina contra Catholicos detulerunt. Verum per ipſum Antipalladium ab Epiſcopo ejusque Capitulo editum jam dudum de æquitate cauſſæ adeo luculenter conſtitit, ut in Lutheranorum favorem nil amplius per Cæſaris decreta fuerit immutatum, ſed Catholici in ſuis juribus dicto ſcripto vindicatis quiete perſiſterent.

§. LXVII.

Nova appellantium attentata.

Interim in Galliis continuatum eſt laicæ poteſtatis bellum contra Eccleſiaſticos, qui notorie refractarios a Sacramentorum participatione & ſepultura ſacra excluſerunt: ſpecialiora ejusmodi facta usque ad annum hujus ſæculi quinquageſimum ſeptimum in Synopſin redigimus; id enim Lectori magis acceptum fore exiſtimamus. Igitur anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo tertio Joſephus Joyau tonſura clericali initiatus Parochum Parochiæ ad Peregrinos in Nannetenſi Diæceſi apud Regium Nanentenſem rerum capitalium Præfectum deferebat, quod is eidem ſacram ſynaxin ob interpoſitam a Bulla *Unigenitus* appellationem præbere recuſarit.

ſarit. Præfectus, cum hanc cauſſam ad forum Eccleſiaſticum abs controverſia ſpectare, ſibi perſuaſiſſimum haberet, Oratorem ad Epiſcopi officialem remiſit; Joſephus vero ab hac ſententia ad Britanniæ Parlamentum appellat, illud ergo Præfectum tanquam criminis reum pronuntiat, lataque ſententia die vigeſima ſecunda Maji illum pro reddenda ratione comparere jubet. Verum generales Cleri Procuratores hanc cauſſam a laico tribunali ad regium ſuæ Majeſtatis Conſilium evocant, & per ſententiam die tertia Septembris pronuntiatam cauſſæ deciſionem obtinent: mox autem ſequenti anno Rhenenſis Curiæ Præſes in pari cauſſa binas tulit ſententias. Res ita accidit: Vieta Nobilis Virgo ex Parochia Rhenenſi ad D. Petrum in gravem incidit infirmitatem ac die decima ſeptima Septembris ſacro Viatico muniri petiit. Thomaſinus vero ejusdem Parochus declarabat, ſe ad infirmam Panem Euchariſticum deferre paratiſſimum eſſe, dummodo idoneo Confeſſarii teſtimonio vel oretenus vel ſcriptotenus conſtet, quod ſuam conſcientiam rite expiarit. Hoc Parochi reſponſum pro ſacramenti denegatione accipiebatur; quocirca contra Parochum æque ac contra Langleum Vicarium Generalem judicii acta inſtruuntur,

Sæc.XVIII. A.C.1742.

Sæc. XVIII. A.C. 1742

tur, & quidem contra hunc, quod rogatus, ut sacram Synaxin infirmæ administrari, Parocho injungeret, id facere recusasset, caussatus, quod præfati Parochi responsum pro vera denegatione habenda non esset. Die igitur decima octava Decembris nomine ægrotæ Virginis hanc in rem libellus supplex ad Curiæ Præsidem transmittitur, mox ergo decretum conditur, vi cujus præceptum, ut speciali edicto Parocho intimetur, ut ad præfixam diem mane hora decima in Curia compareat. Ast Parochus una hora, priusquem compareret, suas vindicias scriptotenus transmisit, & caussam suam ad competentem Judicem transmitti petiit. Verum hæc fori declinatio, etiamsi pluribus Regii Consilii decretis firmata fuisset, a Præside non modo flocci habebatur, sed etiam is die decima octava Decembris pronuntiabat sententiam, qua nulla habita ratione petitionis a Paracho interpositæ circa caussæ remissionem ad forum Ecclesiasticum, mox prælecto articulo trigesimo anni 1605. Thomasinus Parochus condemnatus fuit, ut intra duarum horarum spatium ægrotæ Virgini sacrum Viaticum administraret, secus omnium proventuum privatione, & ipsius domesticæ supellectilis jactura præter omnes litis expensas mulctandus esset.

esset. Insuper sententiæ hujus iniquitatem auxit, quod disertis verbis in ea exprimeretur, eam omnino executioni esse dandam, etsi qualiscunque oppositio fieret, aut appellatio interponeretur, & sine præjudicio ratione qualitatis hujus caussæ. Percepta hac sententia Parochus declarabat, quod suo responso firmiter inhæreret: quapropter satellites omnia ejus bona, totamque supelectilem abstulerunt. Sæc. XVIII. A.C. 1742.

Sacrilego hoc mandato tam altum Christo Domino, Ecclesiæ ac jurisdictioni Ecclesiasticæ vulnus fuit inflictum, ut universus Clerus promptum non minus quam efficax remedium opponere vel maxime necessarium duceret: cum ergo Præsules Gallicani contra violentas ejusmodi usurpationes Regis Christianissimi auxilium patrociniumque sibi semper præsto esse, certo scirent, hinc suas quoque querelas in Augustissimum sinum summa cum fiducia effundunt; nec id sine sperato successu; quippe cognita rei caussa mox Ludovicus XV. Franciæ Rex die vigesima secunda Januarii anno post Christum natum millesimo septingentesimo quadragesimo quinto sanctioris sui consilii decretum promulgari jussit, quo utraque Præsidis sententia die decima

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

octava Decembris pronuntiata tanquam irrita & nulla declaratur, damnatur decreta supelectilis ac redituum occupatio, ac severe omnibus & singulis, ne has Præsidis sententias in rem suam vertant, interdicitur; præterea cunctis Præsidialis Curiæ Judicibus sub pœna amotionis ab officio inhibitum, ne imposterum talia attentata præsumant. Denique etiam ipsis injunctum, ut hoc Regii Consilii decretum tabulis præfatæ Curiæ inserant.

§. LXVIII.

Franciæ Regis studium pro Constitutionis observantia.

Præter propriam ampliandæ auctoritatis cupiditatem quædam Franciæ Parlamenta haud parum incitabantur a doctis quibusdam Clericis. Hos inter non infimi erant Berulliani Oratorii Patres, ex quibus non pauci Constitutionem *Unigenitus* ex frivolis caussis centies ac centies confutatis rejecerunt, ab ea provocarunt, & contempta Ecclesiæ Regisque auctoritate suæ appellationi pertinaciter inhæserunt. Hujus exempli pravitas, cum præsertim apud rudes oppido potens sit, Ludovici Regis pietatem, atque ardentem suum erga Constitutiones Apostolicas Zelum & reve-

reverentiam adeo excitabat, ut hos Patres ſerio moneret, quatenus deciſionibus Apoſtolicis Regiisque mandatis exactius morem gererent, nec ullum ad generalia Congregationis ſuæ comitia admitterent, niſi paratum ſe ore & calamo exhiberet ad Alexandri VII. formulam pure & ſimpliciter ſignandam, ac ſeſe ſincero obſequio Bullis Pontificiis, nominatim Conſtitutioni *Unigenitus* ſubjiceret. Præcepit inſuper, refractarios officiis ſuis eſſe privandos. Tantum valuit clementiſſima hæc Religioſiſſimi Regis monitio, ut Patrum potiſſimi prompto animo obtemperarent, pauci tamen proprii ſui judicii idolo thus offerentes, ſeſe ceterorum exemplo perfracte oppoſuere; imo eorum aliqui ipſum etiam Inſtitutum turpiter deſeruerunt. Attamen ſicut etiàm apud improbos virtus ſemper in magno habetur pretio, ita tanta illius hac in re fuit illecebra, ut etiam Patres Fulienſes Oratorianorum docilitatem imitaturi in ſuo, ut vocant, Capitulo generali decretum conderent, quo voce activa & paſſiva privandos declarabant, qui intra trimeſtre præfatæ Formulæ non ſubſcriberent, aut Bullam *Unigenitus* pure non reciperent. Ea obſervantia omnibus placuit, ſolum autem Pariſienſe Parlamentum puram hanc acceptationem a Patribus factam

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742

iniquo tulit animo, quocirca sequenti anno contra illos decretum promulgavit, quod tamen Rex per sanctioris sui Consilii sententiam irritum declaravit, præcepitque, ut Bulla in toto Regno a singulis recipiatur, & cum ea veneratione, quæ *judicio Universalis Ecclesiæ in materia doctrinæ* debetur, omnino observetur. Pariter urgente Arelatensi Episcopo Patres doctrinæ Christianæ in generali suo comitio Belloquardæ celebrato dictam Constitutionem sincero animo receperunt, refractarios autem promeritis pœnis, imo ipsa etiam expulsione a Congregatione coercendos esse decreverunt. Eodem quoque anno Vaugirard Andegavensis Episcopus Suadanenses sanctimoniales Benedictinas ad liberam Constitutionis præfatæ acceptationem permovit. Lingonensis vero Episcopus ex familia de Montmorron, vivis Sacramenta, & mortuis sacram sepulturam anno 1743., insuperhabita laicæ potestatis vi, denegavit: ad cujus exemplum Fantecroucensis Abbatissa præfati Præsulis Soror quasdam Moniales, quæ pari pertinacia sese Apostolicis decretis opponebant, e Parthenone ejecit.

§. LXIX.

Sæc. XVIII.
A.C. 1742.

§. LXIX.

Franciæ Præsulum Zelus contra Judicum sæcularium attentata.

Fluxerat annus hujus sæculi quadragesimus octavus, in quo vel maxime Benedicti XIV. Papæ animum afflixerant Gallorum turbæ ab Appellantibus majori indies petulantia suscitatæ: eodem quoque tempore Jansenistæ, qui correctionis impatientes in Hollandiam aufugerant, ad eundem Pontificem literas dederunt, in quibus varias præscripsere conditiones, sub quibus in sacræ Sedis gratiam redire, ac debitæ submissionis homagium præstare parati essent, dummodo ad acceptandam Constitutionem *Unigenitus* non adigerentur. Horum caussam apud sacram Sedem Marchio Nicolinius Abbas & P. Norbertus Capuccinus strenue urgebant. Probe equidem summus Pontifex prospexerat, propositam reconciliationem ejusmodi conditione circumscribi, quæ non animi docilitatem, sed pervicaciæ velamentum præseferret: ne tamen dubiam reddendæ pacis spem, & ancipitem perditas oves reducendi viam declinasse argueretur, Mense Octobri Congregationem habere voluit, in qua unacum Cardinalibus Corsinio, Besozzio,

Sæc. XVIII. A. C. 1742

Tamburino & Valenti aliisque consummatæ scientiæ Præsulibus in deliberationem vocari præcepit, qua planiore via controversiæ litesque occasione præfatæ Constitutionis hucusque in Galliis agitatæ extingui possent; voluit etiam, ut concordiæ capita a Jansenistis Batavis nuper proposita discuterentur. Attamen unanimi Purpuratorum suffragio responsum est, unicum reconciliationis medium esse sinceram erga decisiones Apostolicas obedientiam: quid vero circa exortas dissensiones decisum fuerit, patebit ex ipsa summi Pontificis declaratione, quam mox subjiciemus.

Cum autem interim in Galliis indies semper periculosiores motus ab Appellantibus contra Ecclesiæ jura concitarentur, hinc Franciæ Præsules Apostolico Zelo incensi serio de opportunis malli sedandi mediis consultarunt. Convenerant anno Christi supra millesimum septingentesimo quinquagesimo secundo viginti & unus Antistites, quos inter etiam numerabatur Christophorus de Beaumont seu Bellomontius, qui postea Lucæ Ventimillio in Parisiensi Archiepiscopatu successerat. Hi re mature pensata nil consultius, magisque efficax fore censebant, quam ut ad Regiæ Majestatis solium provoluti epistolam

lam porrigerent, in qua inconcuſſis ipſius Chriſti Domini, Apoſtolorum, SS. Patrum & Conciliorum teſtimoniis atque effatis ſolide probaretur, Eccleſiam in rebus fidei & Sacramentorum a nulla poteſtate laica dependere, ipſumque Regnum per refractariorum auſus in diſcrimen adduci &c. Solide etiam propugnarent, dogma eſſe extra omnem controverſiam poſitum, Eccleſiam in omni re ſacra, præſertim vero quoad docendas veritates ad fidem pertinentes, & Sacramentorum adminiſtrationem, omnino ſupremam, abſolutam & independentem poteſtatem habere, Bullam *Unigenitus* tanquam judicium dogmaticum & irreformabile univerſalis Eccleſiæ, & tanquam legem Eccleſiæ in materia doctrinæ, & tanquam legem ſtatus ab omnibus eſſe pure & ſimpliciter recipiendam, & Sacramenta iis, qui eidem notorie & pertinaciter reſiſtunt, ſine ſacrilegio, & ſacrorum jurium læſione non poſſe adminiſtrari. Hæc pluraque alia Epiſcopi in ſua epiſtola gravibus oppido verbis exponebant, ſimulque invehebantur in attentata hucusque non audita Judicum ſæcularium, qui Miniſtros Jeſu Chriſti invitos & de conſcientia mali convictos compellunt ad miniſtranda Sancta Sanctorum perſonis notorie indignis, idque contra il-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII A. C. 1742

lorum Ministrorum propriam conscientiam, contra mandata suorum Episcoporum, contra ritualium propriorum instructionem, contra jus Ecclesiasticum, & contra jus Divinum &c. Hujus ergo tenoris epistolam Præsules Regi exhibebant Episcopali charactere dignissimam, in qua disertis verbis declarabant, se non modo Episcopatus, sed & totius Ecclesiæ, Augustissimi Sacramenti, imo ipsius Jesu Christi caussam agere. Excipiebantur hi Præsules a Rege cum manifestis singularis benevolentiæ testificationibus, ac certa pollicitatione, Regem pia Præsulum consilia omni auctoritatis suæ mole suffulturum.

Porro eadem hæc epistola ad omnes Franciæ Antistites mittebatur, ex quibus omnino octoginta doctrinam in ea contentam suo assensu ac chirographo munierunt, adeo, ut jure unisona totius Gallicanæ Ecclesiæ vox dici queat.

§. LXX.

Franciæ Episcopi ad Papam deputati pro obtinenda suæ doctrinæ confirmatione.

Id, quod Christianissimus Rex Franciæ Præsulibus pro avita sua Religione pollicitus erat, eo promptius exequebatur,

batur, quo ardentius ipſemet ſemper exoptabat, ut in tanta opinionum atque interpretationum varietate tandem circa has controverſias unanimis in Gallis ſententia auctoritate etiam Pontificia ſtabiliretur. Ad id peropportune ſeſe offerebat Clerus Gallicanus, qui in ſuo Conventu anno a Nativitate Virginea milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quinto circa Conſtitutionem *Unigenitus* ejusmodi declarationem decem propoſitionibus comprehenſam communi conſenſu confecit, illamque Regi Chriſtianiſſimo obtulit, ſupplex, ut ex ſuis triginta tres Epiſcopos Romam ablegare poſſent, qui a ſacra Sede hujus doctrinæ declarationem, & ſi bene viſum fuerit, etiam confirmationem obtinerent. His etiam acceſſere alii ſedecim Franciæ Epiſcopi, qui itidem octo ejusmodi articulos per ſuos Deputatos Romam transmitti petierunt. Horum votis lubentiſſimo animo annuit Ludovicus XV. Rex, qui eorum preces ſua quoque commendatione adjuvit. Erant autem triginta trium Epiſcoporum propoſitiones ſequentes:

Sæc. XVIII. A. C. 1752.

I. „Conſtitutio *Unigenitus* eſt præce„ptum, lex, ſeu Decretum Sedis Apo„ſtolicæ, quo Liber *Reflexionum moralium* „(*Quesnelli*), ac particulatim *Centum pro-*

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

„*positiones cum una*, ex illo excerptæ, ex „diversis caussis, principaliter vero, quia „errores & hæreses continet, damnan„tur. Postquam huic præcepto, legi, „seu Decreto accessit acceptatio Eccle„siæ, jure allegatur, tanquam perpe„tuum & irretractabile judicium totius „Ecclesiæ & tanquam doctrina in rebus „fidei.

II. „Huic Decreto debetur etiam „intus in animo obedientia. Qui hanc „obedientiam recusat, committit grave „peccatum.

III. „Contumax oppositio erga hoc „Decretum potest manifestari actioni„bus externis, & quandoque ansam præ„bere ad grave scandalum; ac proin in„cludit omnia indicia criminis requisita „ad hoc, ut alicui SS. Sacramentum „publice denegari possit.

IV. „Hæc publica oppositio non est „confundenda cum meris conjecturis, „suspicionibus, vel rumore. Præsup„ponit enim actionem moraliter conti„nuam, coram testibus factam, & pu„blicam, quæ nullo dolo contegi, nec „ullo prætextu excusari possit.

V. „Cum ergo ista indicia contu„macis oppositionis difficulter discerni „possint, & applicatio illorum in praxi „periculosa sit, Clericus, cui administra-

tio

„tio Sacramentorum concredita est, „prius consulere debet Episcopum, nec „sine hujus consilio & consensu cuiquam „illa denegare.

Sæc.XVIII. A.C. 1742.

VI. „Illi, qui se Bullæ *Unigenitus* „opponunt, & de hac oppositione vel „judicialiter convincuntur, aut hanc in „actuali administratione Sacramento„rum fatentur, debent sine prævia con„sultatione Episcopi publice privari Sa„cramentis.

VII. „Quando circumstantiæ in præ„cedentibus articulis designatæ simul „concurrunt, urgendi sunt transgresso„res, qui S. Eucharistiam & extremam „Unctionem petunt, admonitionibus, „ut signa veræ pænitentiæ edant, & „scandalum tollant. In aliis autem cir„cumstantiis infirmi a Sacerdote priva„tim admonendi sunt; publice vero „nullæ aliæ interrogationes vel exhor„tationes ipsis faciendæ sunt, nisi quæ „continentur in Agendis vel Ritualibus „Diæcesanis.

VIII. „Ad nullam aliam nisi Eccle„siasticam potestatem pertinet determi„nare, quænam internæ vel externæ „dispositiones requirantur ad dignam „receptionem SS. Eucharistiæ.

IX. „Hinc ad solos Ecclesiæ Mini„stros pertinet judicare, quinam ad pu-

blicam

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„blicam vel privatam receptionem SS. „Eucharistiæ admittendi vel non ad„mittendi sint.

X. „Consequenter peccant graviter „contra Statum a Deo institutum, qui „cum contemptu potestatis Ecclesiasti„cæ recurrunt ad Magistratus sæcula„res, & per eos SS. Eucharistiam im„petrare conantur. Similiter peccant „illi Sacerdotes, qui illicita adulatione „mandato sæcularis Magistratus parent, „illisque Sacramenta administrant, quos „illorum parochus, & horum in spiri„tualibus Antistes indignos seu incapa„ces esse declaravit."

Articuli vero sedecim Episcoporum erant tenoris sequentis:

I. „Constitutio Clementis XI., quæ „incipit: *Unigenitus*, est irreformabilis „definitio totius Ecclesiæ in rebus fidei, „cui sine peccato mortali denegari ne„quit sincera & ex animo profecta obe„dientia.

II. „Etiam jure divino publice de„neganda est SS. Eucharistia illis, qui „tanquam publici peccatores se huic ge„nerali Constitutioni opponunt.

III. „Ad hoc, ut cuiquam possit de„negari communio, non est opus, ut „ejus crimen declaretur judicialiter; „sed

„ſed ſufficit, quod ſit notorium. Cen- Sæc. XVIII.
„ſetur autem tunc ſufficienter notorium, A.C. 1742.
„quando a peccatore nullo modo am-
„plius celari poteſt.

IV. „Fidelitas, quam Miniſtri Sa-
„cramentorum Divinis & Eccleſiaſticis
„legibus debent, eos obligat, ut ante
„Sacramentorum adminiſtrationem re-
„moveri ſcandala curent. Non tamen
„zelo ſuo nimium indulgeant, ſed, pro-
„ut leges Eccleſiaſticæ ſtatuunt, in ca-
„ſibus dubiis Epiſcopum interrogare
„tenentur.

V. „Eſt articulus fidei, quod Jeſus
„Chriſtus toti ſimul collectioni prima-
„riorum Paſtorum Eccleſiæ omnem ple-
„namque poteſtatem contulerit, fide-
„les ducendi ad beatitudinem. Pariter
„eſt articulus fidei, quod hæc Eccleſiæ
„poteſtas ſit illimitata & ſuprema, &
„quod in rebus ſpiritualibus a nulla alia
„poteſtate dependeat. Itaque ad ſolam
„poteſtatem Eccleſiaſticam pertinet jus
„præſcribendi leges, quæ in adminiſtra-
„tione Sacramentorum obſervandæ ſint.
„Ipſi ſoli competit jus exponendi has
„leges, & ſuprema ſententia definiendi,
„quales internæ vel externæ diſpoſitio-
„nes requirantur ad digne recipienda
„Sacramenta.

VI.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

VI. „Illi, qui nolunt se submittere „Bullæ *Unigenitus*, reddunt se perpetuo „Sacramentis adhuc magis indignos, si „pro eorum impetratione recurrunt ad „sæculares Judices; & illi Sacerdotes, „qui in tali circumstantia sæculari Judici „obediunt, produnt Corpus Jesu Christi, „& merentur puniri ab Ecclesia.

VII. „Sacerdos, nulla ordinaria vel „delegata jurisdictione præditus, fide„lium infirmorum confessiones excipere „non potest, nec eos absolvere, nisi in „casu extremæ necessitatis. Hic vero „casus non datur, quando Parochus in„firmo Sacramenta denegat, quia recu„savit se subjicere Bullæ *Unigenitus*.

VIII. „Cum Episcopus jure Divino „teneatur concreditum sibi populum in „doctrina salutis instruere, & curare, ut „ab aliis instruatur; pariter eodem jure „Divino tenetur, eundem juxta diversi„tatem circumstantiarum instruere de „legibus universalis Ecclesiæ; & de ejus „definitionibus in rebus fidei."

§. LXXI.

Epistola Pastoralis Archiepiscopi Parisiensis circa præsentem controversiam.

Ut vero inferior quoque Clerus Gallicanus, præcipue Parisiensis propi-

nato

nato purioris magisque solidæ doctrinæ pabulo a noxiis pascuis averteretur, Christophorus de Beaumont, qui Carolo de Vintimilla Luco die decima tertia Martii 1746. defuncto in Parisiensi Archiepiscopatu successerat, Instructionem pastoralem die decima nona Septembris anno 1756. vulgavit, in qua Ecclesiæ auctoritatem, Constitutionis integritatem, & inde natam debitæ subjectionis necessitatem solidissime vindicavit, simulque omnibus Diæcesis suæ fidelibus inhibuit, ne excerpta ex actis Parlamenti, quæ tam anno 1752. quam 1755. necnon ejusdem Parlamenti sententiam 1755. 1756. & ejusdem libellum supplicem ad Regem de anno 1753. contra Ecclesiæ auctoritatem ad instillandam rebellionem contra Sedis Apostolicæ decisiones vulgata fuere, legere ac retinere audeant. Prohibuit etiam sub pæna excommunicationis ipso facto incurrendæ, I. ne per Judices sæculares sibi procurent administrationem Sacramentorum, & ne fideles ad infirmos accessuri eis consulant vel juvent ad hunc profanum modum recipiendi Sacramenta, II. ne Magistratus vel Judices sæculares edant ullum judiciale decretum vel sententiam, quo vel qua expresse aut æquivalenter Sacerdotibus præcipitur, Sacramenta notorie indignis

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

gnis miniſtrari, III. ne Parochi, Vicarii & Presbyteri ſeculares vel regulares, exempti & non exempti per totam Diæceſin vi ullius intimationis, citationis, ſententiæ, Decreti, vel cujuscunque actus a laica curia emanati taliter Sacramenta adminiſtrent.

Hæc inſtructio Paſtoralis, quæ velut ſuccus erat optimus epiſtolæ primo a viginti & uno, & poſtea a pluribus quam octoginta Epiſcopis Regi oblatæ, titubantes mirifice ſolidabat, lapſos erigebat, & firmos ingenti ſolatio ac lætitia compleverat. Adoptabant illam, ſuoque aſſenſu & applauſu encyclicis ſuis literis ad Clerum & populum datis Claudius de Saint-Simon Metenſis, Ludovicus Gabriel Ambianenſis, Jacobus Maria de Condorcet, Antiſiodorenſis, Antonius de la Roche de Fontenilles Meldenſis, Petrus Auguſtinus de Roſſet de Fleury Carnutenſis, Ludovicus de Montmorency-Laval Aurelianenſis, Matthias Poncet de la Rivierra Trecenſis, Paulus de Quenet San-Pontianus, aliique Franciæ Epiſcopi, ſpreta plurium Parlamentorum oppoſitione.

Ipſum quoque Pariſienſe Parlamentum, quamvis antehac plura opera in Conſtitutionis favorem edita ſuppreſſerit, nunc tamen ſcriptum quoddam contra eandem vulgatum, necnon aliud con-

contra præfatum Beaumont Parisiensem Archiepiscopum condemnavit; quinimo jam anno hujus sæculi quadragesimo octavo præclaram hanc Sedi Apostolicæ ac Benedicto XIV. Pontifici confessionem edidit tam illustri sane Senatu dignissimam: *Ecclesia Gallicana omni tempore demonstravit, quod inviolabiliter adhæreat Cathedræ S. Petri, centro unitatis, illique Ecclesiæ, in qua traditio Apostolica perpetuo est conservata. Veneratur in Persona Papæ Vicarium Christi & Caput visibile Universalis Ecclesiæ: quæ veneratio novum accipit incrementum a virtute & profunda sapientia Pontificis, qui hodie adeo digne replet Sedem Apostolicam.*

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

§. LXXII.

Breve Apostolicum Benedicti XIV. de obligatione Sacramenta refractariis denegandi.

Postquam igitur triginta illi tres Franciæ Episcopi a Clero Gallicano Romam deputati Benedictum XIV. Papam de toto controversiæ statu certiorem fecerant, & porrectis etiam Regis Christianissimi literis supplicibus de Gallicanæ Ecclesiæ doctrina circa notam Constitutionem sincere rationem reddiderant, Pontifex rem cum Theologorum præcipuis, totoque Cardinalium

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

cœtu mature discussit, & tandem pro sua nunquam satis admiranda perspicacia ac eruditione totam hanc controversiam exhausisse videbatur; sublatisque omnibus difficultatibus planam, tritamque viam premens die decima sexta Octobris anno 1756. ad omnes Franciæ Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos in novissimis Cleri Gallicani comitiis congregatos transmisit Breve Apostolicum, quod in qualibet Historia dignissimum sibi vendicat locum. Illud ita incipit:

„Ex omnibus Christiani orbis regio„nibus, ad quas imposita imbecillitati „nostræ pastoralis cura protenditur, cum „multa sæpe ad nos deferantur, quæ „animum nostrum pro omnium, singu„larumque Ecclesiarum statu sollicitum „& anxium habent; vix tamen aliunde „nobis majores perturbationis atque „doloris caussæ acciderunt, quam ex „gravissimis controversiarum ac dissen„sionum incommodis, quibus floren„tissimum istud regnum & Catholicam „Gallorum nationem aliquot abhinc an„nis jactari cognovimus. Neque sane „destitimus hoc toto perturbationum „vestrarum tempore Deum optimum „Maximum enixe rogare, ac interposi„tis etiam aliorum precibus orare atque „ob-

„obſecrare, ut ipſe, qui Deus pacis eſt, „veram ſolidamque tranquillitatem tur- „batis Eccleſiis veſtris reddere digna- „retur. Sæpe etiam, datis ad chariſ- „ſimum in Chriſto filium noſtrum Ludo- „vicum Galliarum Regem Chriſtianiſſi- „mum apoſtolicis litteris, illius opem „& brachium ad Eccleſiaſticæ pacis tu- „telam atque præſidium imploravimus. „Iis autem, qui ad nos & ad Sedem „Apoſtolicam de rebus iſtis recurſum „habuerunt, ea ſemper reſponſa dedi- „mus, quibus nos promptos paratosque „declaravimus, pro pace Eccleſiæ Gal- „licanæ, quam ſincera & conſtanti di- „lectione proſequimur, quidquid nobis „vitæ ſupereſſe poſſet, libenter impen- „dere, atque omnia, quæ nobis agenda „proponuntur, & aggredi & urgere; „dummodo ejusmodi conſilia eſſent, quæ „ad evellendum malorum germen apta „& idonea dignoſcerentur, & quorum „executio cum ſpe proſperi eventus ſu- „ſcipienda & ad intentum finem utiliter „proceſſura videretur.

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

„Gravem atque diuturnam de re- „bus veſtris ſollicitudinem, qua hacte- „nus affecti fuimus, non parum ſuble- „varunt litteræ e Cleri Gallicani comi- „tiis die 31. Octobris elapſi anni ad nos „ſcriptæ; quas quidem legentes, per-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„ſpeximus veſtram, venerabiles Fra-
„tres, firmitatem atque conſtantiam &
„perfectam conſenſionem in cuſtodiendo
„veræ ſanæque doctrinæ depoſito, & in
„retinenda, quam ſemper majores ve-
„ſtri profeſſi ſunt, erga Apoſtolicam
„Beati Petri Sedem, Catholicæ unita-
„tis centrum, obſervantia & venera-
„tione. Neque enim ullam inter vos
„diſſenſionem vigere comperimus quoad
„canonicas regulas & principia, ſed
„ſciſſuras tantummodo eſſe inter vos in
„deligendis ſtatuendisque mediis, qui-
„bus utendum neceſſario eſt, ut eadem
„communia principia in uſum deducan-
„tur. Quod quamvis optandum fuiſſet
„longe abeſſe a Conventu veſtro, haud
„tamen mire videri debet ſcientibus id
„alias inter ſacros Antiſtites & doctrina
„& morum ſanctitate conſpicuos, in gra-
„viſſimarum rerum tractatione eveniſſe.
„In magnam autem præconceptæ con-
„ſolationis noſtræ acceſſionem ſeſe obtu-
„lit eximia Chriſtianiſſimi Regis pietas
„& religio, cum hæreditario ipſius in
„hanc Apoſtolicam Sedem obſequio con-
„juncta, quæ non in recentioribus tan-
„tummodo illius litteris, quas die 19.
„Decembris elapſi anni, prædictam Cle-
„ri Epiſtolam huc mittens, ad nos de-
„dit, ſed in cæteris quoque omnibus ab
„eo conſcriptis præclare enituit, in qui-
„bus

„bus testari possumus atque debemus, „nos semper illius regii animi sensus „eos plane deprehendisse, qui maxime „decebant Orthodoxum Principem, & „vera in Deum Religione & sincera er„ga Romanam Sedem pietate prædi„tum, eundemque pacis atque concor„diæ in suis regnis restituendæ & con„servandæ amantissimum.

Sæc.XVIII. A. C. 1742.

„Tanta est profecto in Ecclesia Dei „authoritas Apostolicæ Constitutionis, „quæ incipit: *Unigenitus*, eademque sibi „tam sinceram venerationem, obse„quium & obedientiam ubique vindi„cat, ut nemo fidelium possit absque „salutis æternæ discrimine a debita er„ga ipsam subjectione sese subducere, „aut eidem ullo modo refragari. Hinc „porro consequitur, ut in ea, quæ ex„orta est, controversia, utrum hujus„modi refractariis Sanctissimum Corpo„ris Christi Viaticum expetentibus de„negari debeat, sine ulla hæsitatione „respondendum sit, quoties prædictæ „Constitutioni publice & notorie refra„ctarii sunt, denegandum eis esse ex ge„nerali nimirum regula, quæ vetat pu„blicum atque notorium peccatorem ad „Euchristicæ communionis participa„tionem admitti, sive eam publice, sive „privatim requirat.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Publici autem atque notorii sunt „refractarii, in casu de quo agitur, qui„cunque per sententiam a Judice com„petente prolatam rei declarati sunt „eo nomine, quod debitam prædictæ „Constitutioni *Unigenitus* venerationem, „obsequium & obedientiam contuma„citer denegaverint; quicunque etiam „hujusmodi contumaciæ reos se in ju„dicio confessi sunt; ac præterea illi, „qui quamvis nec a Judice condemnati, „neque reatum suum in judicio confessi „fuerint, nihilominus vel eo tempore, „quo sacrum ipsum Viaticum suscepturi „sunt, propriam inobedientiam & con„tumaciam adversus Constitutionem „*Unigenitus* sponte profitentur; vel in „anteactæ vitæ decursu aliquid eviden„ter commisisse noscuntur manifeste op„positum venerationi, obsequio & obe„dientiæ eidem Constitutioni debitæ, „in eoque facto moraliter perseverare; „quod ita vulgo cognitum est, ut publi„cum scandalum inde exortum non ad„huc cessaverit. In his enim casibus „eadem omnino adest moralis certitu„do, quæ habetur de iis factis, super „quibus Judex sententiam tulit; vel sal„tem alia suppetit moralis certitudo præ„dictæ similis & æquipollens.

„In quo tamen præ oculis haben„da est differentia, quæ intercedit in-

ter

„ter notorium illud, quo merum ali- „quod factum deprehenditur, cujus fa- „cti reatus in ipsa sola externa actione „consistit, ut est notorietas usurarii „aut concubinarii; & aliud notorii „genus, quo externa illa facta notari „contingit, quorum reatus ab interna „etiam animi dispositione plurimum „pendet: de quo quidem notorii genere „nunc agitur. Alterum enim illud gra- „vibus sane probationibus evinci debet; „sed alterum gravioribus certioribus- „que argumentis probari oportebit.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„Ea vero, quam supra innuimus, „certitudo minime adesse dicenda est in „aliis casibus, in quibus crimen nititur „conjecturis, præsumptionibus incer- „tisque vocibus, quæ originem suam „plerumque debent aut hominibus aut „malo animo affectis, aut qui præjudi- „catis opinionibus vel partium studiis „ducuntur; quibus dum fides habetur, „satis compertum est, tum præterito- „rum temporum, tum ætatis nostræ ex- „perientia, quot modis homines errare „& falli ac in transversum agi contingat.

„Quia vero nonnulli animarum Pa- „stores Ecclesiæque Ministri pietate & „zelo commendati hujusmodi conjectu- „ris deferentes, dum ad sacrum Via- „ticum ministrandum advocantur, ani-

Sæc. XVIII. A. C. 1742

„mo anxii hærent, verentes ne id sine „propriæ conscientiæ periculo admini„strare non possint, certam subnectimus „agendi regulam, quam sequantur.

„Hoc itaque primum animadver„tere debent, an scilicet ei, qui extre„mum Viaticum postulat, cum antea „ad sacram mensam accederet, pa„schali præsertim tempore, a loci illius „Parocho Eucharistica communio ad„ministrata fuerit: si enim hæc illi in „vita non fuerit denegata, argumento „id erit, aut hominem illum ab omni „labe immunem, aut saltem non vere „notorium peccatorem reputatum fuis„se; indeque sequetur, sacrum Viati„cum eidem in exitu vitæ publice po„stulanti denegari non posse, nisi forte, „postquam olim ad Eucharisticam men„sam admissus fuit, & ante id tempus, „quo postrema Sacramenta requirit, ali„quid commisisse noscatur, quo publici „& notorii peccatoris notam, juxta præ„missa, contraxerit.

„Ubi autem ex facti specie certum „ipsis non suppetat fundamentum, cui „insistere valeant, aliunde vero validæ „adversus ægrotum præsumptiones & „indicia gravia & urgentia militent, ob „quæ obortum sibi scrupulum rationa„biliter deponere nequeant, in his re„rum

„rum circumſtantiis oportet eos remo- Sæc. XVIII.
„tis arbitris, ægrotantem alloqui, ei- A. C. 1742.
„que cum animi lenitate & manſuetu-
„dine, non tanquam diſputantes, eum-
„que convincere volentes, oſtendere,
„quæ & qualia ſint indicia, quæ ſuſpe-
„ctum reddunt ipſius vitæ tenorem, ro-
„gantes eum & obſecrantes, ut reſipi-
„ſcat, in eo ſaltem temporis articulo,
„a quo æterna ipſius ſalutis ſors pendet;
„eidemque præterea demonſtrantes,
„quod, quamvis ipſi parati ſint, ſan-
„ctiſſimum Corporis Chriſti Viaticum ei
„miniſtrare, ac etiam reipſa illud ei mi-
„niſtrent, non ideo tamen tutus ipſe
„erit ante Tribunal Chriſti; ſed potius
„novi & horrendi criminis ſe reum con-
„ſtituet, ex quo judicium ſibi mandu-
„cabit & bibet. Cæterum ſe non alia
„de cauſſa Sacramentum corporis Chri-
„ſti eidem miniſtraturos, niſi ut Eccle-
„ſiæ jubenti obtemperent, quæ præter
„eam, quam habet, curam, ut ſcandala
„publica antevertat, pro ſua etiam pie-
„tate ægroti ipſius infamiam præcavere
„ſtudet, & idcirco eum a ſacra menſa
„non repellit, dum ipſum, licet pecca-
„rem in conſpectu Domini reputet, non
„tamen in proprio tribunali publicum
„atque notorium peccatorem agnoſcit.

„Hanc itaque judicandi agendique
„normam oportet vos, Venerabiles fra-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„tres, utpote nostro & Apostolicæ Se-
„dis judicio probatam, inferioribus a-
„nimarum Pastoribus cæterisque Pres-
„byteris per civitates & Diæceses ve-
„stras Sacramenta legitime administran-
„tibus sequendam & observandam pro-
„ponere. Quod quidem judicium su-
„per vigentibus controversiis a nobis
„interpositum & Ecclesiasticis regulis
„nititur & Conciliorum olim in ipsis
„Galliarum regionibus habitorum de-
„cretis, & gravium ipsius nationis ve-
„stræ Theologorum sententiis fulcitur.
„Ut igitur vobis laudi fuit, illustrium
„prædecessorum vestrorum exempla se-
„quendo, promotas isthic controversias
„subortaque dubia ad nos & Apostoli-
„cam Sedem deferre, certamque hinc
„regulam ad revocandam tuendamque
„Ecclesiarum vestrarum pacem expo-
„scere' ita nunc officii vestri partes ve-
„straque simul apud Deum & Ecclesiam
„merita cumulabitis, si supra scriptam
„agendi methodum ab iis, ad quos per-
„tinet, in occurrentibus casibus omni-
„no servari curabitis. Quod nos a Fra-
„ternitatibus vestris eo fidentius exspe-
„ctamus, nobisque pollicemur, quo ma-
„gis nobis ipsi conscii sumus, nihil dili-
„gentiæ aut studii a nobis prætermis-
„sum fuisse, sive in perpendendis ac di-
„scutiendis articulis, quos Episcopi in
„præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„præfatis Cleri comitiis adunati, licet „non unanimi ſententia, propoſuerunt, „deſumendisque ex ipſa eorum diſcre„pantia notionibus ad rem penitus per„cipiendam rectoque judicio definien„dam opportunis, ſive in legendis pon„derandisque ſententiis ſcripto exara„tis a Venerabilibus Fratribus noſtris „hujus Sacr. Eccleſ. Rom. Cardinali„bus, quorum hac de re conſilia exqui„ſivimus, ſive in cæteris omnibus exe„quendis atque præſtandis, per quæ „Divini luminis adjutorium, quod in„terim flagrantiſſimis votis implorare „non prætermiſimus, nobis promereri „poſſemus.

„Neque vero dubitamus, quin Cha„riſſimus quoque in Chriſto Filius no„ſter Rex Chriſtianiſſimus, poſtquam „ſuſceptum a vobis conſilium non ſo„lum probavit, ſed etiam, ut ſupra in„nuimus, ſuis ad nos datis litteris fo„vere & adjuvare non recuſavit, pro „ſua perſpecta in Deum & Eccleſiam re„ligione ac pietate, validam Fraterni„tatibus veſtris opem præbere ſtudeat, „quo tam vobis quam inferioribus Ec„cleſiæ miniſtris liberum & integrum „ſit, ad ſuperius deſcriptam agendi nor„mam ſacrorum Myſteriorum admini„ſtrationem moderari. Qua fiducia fre„ti

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„ti nos hic sermonem minime haben-
„dum existimavimus de reliquis Fra-
„trum vestrorum articulis respicienti-
„bus Episcopalia jura circa eorundem
„Sacramentorum participationem con-
„cedendam vel denegandam, & varias
„super hac re obortas controversias; sed
„potius cum ipso Christianissimo Rege
„per alias litteras nostras agendum du-
„ximus, ut is sacra Episcopatus jura
„sua animi magnitudine ac præstanti
„virtute tueatur. Quod ipsum & pro-
„prio & majorum suorum more factu-
„rum certo confidimus; ut nobilissimæ
„Galliarum Ecclesiæ illius regio favore
„nostris vestrisque studiis obsecundante,
„suum pristinum decorem retinuisse, &
„& perturbatam ad tempus tranquilli-
„tatem cito recuperasse lætentur.

„In cujus optatissimi eventus auspi-
„cium, Fraternitatibus vestris cunctis-
„que populis pastorali curæ vestræ con-
„creditis, Apostolicam Benedictionem
„peramanter impertimur."

Hoc Pontificis Breve Ludovicus Franciæ Rex non modo tanquam veritatis Palladium miris encomiis celebravit, sed & illud in acta Parlamenti referri, die decima tertia Decembris jussit, uti mox narrabimus.

§. LXXIII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

§. LXXIII.

Franciæ Regis declaratio circa hoc Breve & Constitutionem Unigenitus.

Ne vero hujus Brevis observantiam Parisiense Parlamentum ulla tergiversatione eludere posset, ipsemet Rex illud ad diem decimam Decembris Versalias convocavit, ipsamque Curiam ingressus, in augustali solio hanc mentis suæ declarationem, quæ etiam postea Rege adhuc præsente die decima tertia præfati Mensis Parisiis Parlamenti actis fuit inserta, prælegi jussit:

LUDOVICUS per Dei gratiam Rex Franciæ & Navarræ omnibus præsentes literas inspecturis salutem.

„Omni tempore totam nostram soli„citudinem eo convertimus, ut diri„mantur tumultus in regno nostro oc„casione Bullæ *Unigenitus* exorti. Eo „fine impendimus auctoritatem nostram „partim, ut huic Constitutioni debita „veneratio & submissio deferatur, par„tim ut præpediatur corruptela, qua „quidam illa abutuntur, dum eidem at„tribuunt ejusmodi prærogativam, a„liosque effectus, quos tamen ex natu„ra sua habere nequit. Præprimis no„bis

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„bis vel maxime expedire visum est, ut „præscriberetur rigorosum silentium circa quæstiones nil profuturas, nisi ad „turbandam tranquillitatem publicam. „Solatio maximo Nobis cesserat, quod „Sanctissimus Pater Noster, summus „Pontifex, amori nostro erga religionem „vicem justam rependerit, tribuendo „intentioni nostræ encomia, qua procurare authoritati Ecclesiæ debitam obedientiam, conservare pacem, & turbatores pacis reprimere intendimus: „nec sine gratitudinis sensu recepimus „testimonium, quod paterna bonitas „hujus sancti Pontificis, tam digne occupantis Sedem S. Petri, in suis ad „Nos litteris reddidit. Itaque eodem „spiritu & desiderio animati consummandi opus pro bono Status tam necessarium credidimus, deberi a Nobis „partim pro executione legum præcedentium statuere nonnullos articulos „circa diversa puncta, quæ ansam præbuerunt novellis controversiis, partim „ad abolenda ea omnia penitus, eorumque memoriam, quæ ex utraque parte „acta sunt occasione harum litium. „Ex his & aliis caussis animum nostrum „moventibus, & de consilio nostræ Consiliaris Curiæ, & ex nostra certa scientia, & ex plenitudine potestatis, atque ex authoritate Regia, ediximus, „de-

„declaravimus ac præcepimus, atque „per Litteras præsentes manu nostra si„gnatas, edicimus, declaramus & præ„cipimus, volumus, Nobisque placet

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

I. „Ut patentes Litteræ & Declara„tiones, partim a Colendissimo Domi„no & Atavo nostro Rege Defuncto, „partim a Nobis de Constitutione *Uni„genitus* editæ, atque in Acta publica „Curiarum relatæ, juxta earum for„mam & tenorem executioni manden„tur; ac consequenter, ut omnes no„stri subditi præfatæ Constitutioni reve„rentiam & subjectionem debitam de„ferant, quin tamen illi tribui denomi„natio, proprietas, & vis (caractére, „ni les effets) Regulæ fidei (*ex sua na„tura*) possit.

II. „Nolumus tamen, rigorosum si„lentium a nostris declarationibus præ„scriptum, quod inviolabiliter observari „volumus, sic intelligi, ut præjudicare „possit juri Archiepiscoporum & Episco„rum, instruendi Clericos & populos „suæ curæ concreditos. Exhortamur „tamen & obligamus prædictos Archi„episcopos & Episcopos, ut in exerci„tio suarum functionum se contineant „intra limites charitatis & moderatio„nis Christianæ, atque evitent ea om-

„nia,

Sæc. XVIII. A.C. 1742.

„nia, quæ turbare possint tranquillita-
„tem publicam.

III. „Articulus trigesimus quartus
„Edicti, editi mense Aprili anno 1695.
„juxta formam suam & tenorem execu-
„tioni mandetur; consequenter omnes
„caussæ & actiones civiles concernen-
„tes administrationem & recusationem
„Sacramentorum deferantur ad Judices
„Ecclesiasticos exclusis omnibus Judici-
„bus & Tribunalibus sæcularibus, qui-
„bus injungimus, ut ejusmodi causas
„remittant, excepta tamen, & rema-
„nente absque præjudicio appellatione
„de abusu. Quod attinet ad querelas
„& actiones criminales in hac materia,
„eæ deferantur tam ad nostros Judices
„habentes potestatem cognoscendi in
„causis regiis, & cognoscendi de
„causis appellationum ad nostras Cu-
„rias; quam ad Judices Ecclesiasticos,
„quoslibet horum circa ea, quæ illos
„concernunt, atque ad competentiam
„fori spectant, hoc est, ad nostros Ju-
„dices ratione casus privilegiati, & ad
„Judices Ecclesiasticos ratione delicti
„communis, idque totum conformiter
„ad Constitutiones, quin tamen Curiæ
„nostræ ac Judices possint quocunque
„modo vel sub quacunque expressione
„præcipere, ut Sacramenta admini-
„strentur, quamvis Curiæ nostræ & Ju-
„di-

„dices dictare possint convenientem pæ- Sæc. XVIII.
„nam in eos, qui erunt culpabiles in A.C. 1742.
„administratione vel recusatione Sa-
„cramentorum.

IV. „Non tamen poterunt judi-
„cialiter conveniri seu accusari Paro-
„chi & alii Clerici obligati ad admi-
„nistrationem Sacramentorum ea de
„causa, quod Sacramenta denegaverint
„illis, qui fuerint personaliter condem-
„nati, & juridice censura Ecclesiastica
„(excommunicationis, suspensionis, vel
„interdicti) innodati, si decretum exe-
„quendi censuram, ex causa inobedien-
„tiæ erga authoritatem & decisiones
„Ecclesiæ, præsertim erga Constitutio-
„nem *Unigenitus*, incursam adhuc sub-
„sistat, vel illis, qui ipsimet suam ino-
„bedientiam erga præfatam Constitu-
„tionem publice prodiderint eo ipso
„tempore, quo admitti postulant ad par-
„ticipationem Sacramentorum. Hor-
„tamur tamen, quin etiam injungimus,
„ut Archiepiscopi & Episcopi invigilent,
„ne prædicti Parochi & alii Presbyteri
„illis indiscretas interrogationes propo-
„nant, quibus Sacramenta ministrant.

V. „Præterea volentes oblivioni
„tradi omnia hactenus occasione turba-
„tionum concitatarum acta, præcipi-
„mus, ea omnia haberi & quoad effe-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„ctum reputari pro non actis. Similiter volumus, ut omnes actiones, Decreta, processus, Rescripta, Sententiæ, „seu judiciales determinationes, in hac „materia factæ maneant sine consequentia, & sine omni effectu; consequenter ut illi, contra quos præfati processus formati fuerint, & prædicta decreta, sententiæ, vel determinationes „judiciales editæ, vigore præsentium „Litterarum in suum priorem statum, „& in suas functiones redeant... Hæc „est nostra voluntas... Versalliis 10. „Decembris 1756. Ex Typographia „Regia."

Hanc Regis declarationem unacum summi Pontificis Brevi actis inserere, Parisiense Parlementum aliquamdiu renuit, variasque difficultates opposuit; attamen Rex illam non modo confirmavit, sed etiam illibatam servari, die vigesima tertia Januarii anno 1757. præcepit, Parlamenti Deputatis declarans, se judicasse, ad pacis ac tranquilitatis publicæ conservationem Parlamento satis datum esse, si puniendi eos, qui *aperta injustitia* petentibus Sacramenta denegant, & appellantes ab abusu recipiendi potestatem habeant. Priusquam hæc agerentur, tam Parisiense Parlamentum, quam alia Franciæ tribunalia instructiones Pastorales pro Constitu-

ſtitutionis obſervantia editas, necnon Epiſtolam encyclicam Pariſienſis Archiepiſcopi, imo ipſum etiam Breve Benedicti XIV. proſcripſerunt: poſt factam tamen Regis declarationem horum auſus fuere repreſſi.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

§. LXXIV.

Ludovici XV. Franciæ Regis epiſtola ad Papam.

Poſtquam Ludovicus Franciæ Rex Breve Apoſtolicum unacum Benedicti XIV. literis paterno affectu plenis receperat, ingenti perfuſus gaudio quantocyus Comiti de Stenvilla negotium dedit, ut Regis nomine ſummo Pontifici filiale gratitudinis obſequium exſolveret: ipſemet vero Rex dicto Brevi, & Regia declaratione Parlamenti tabulis inſerta, die decima ſexta Decembris Verſalliis hæc ad Papam reſcripſit:

BEATISSIME PATER!

„Literæ encyclicæ, quas Sanctitas ſua ad Regni mei Epiſcopos nuperrime in ſuis Cleri Gallicani comitiis congregatos dedit, opportuno tempore ad me perlatæ ſunt, moxque Comiti de Stenvilla mandavi, ut Sanctitati ſuæ teſtaretur, cum quanta animi voluptate pretioſum hoc Apoſtolici ſui zeli ſuæque eruditionis monumentum

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

„receperim. Ad litteras Sanctitatis suæ „ad me die decima septima elapsi Men„sis Octobris datas respondere distuli, „ut simul Eidem aperire possem mentis „meæ sensa, necnon media, quæ piis „Sanctitatis vestræ consiliis magis con„sona ad pacem Gallicanæ Ecclesiæ red„dendam adhibere decreveram. Nunc „vero Sanctitati suæ abs dubio jam no„tum erit, quod Ejus literas encycli„cas mox in mea Typographia Regia „prelo excudi jusserim, & quod ipse„met ad quemlibet Franciæ Archiepi„scopum illius exemplum transmiserim, „eos serio adhortatus, ut ad regulas „tam sapienter a Sanctitate vestra stabi„litas suam agendi rationem exigerent. „Et sane, non sine magno animi jubilo „expertus sum, quod omnes ad exe„quenda paterna Sanctitatis vestræ con„silia paratissimos sese exhibuerint. Ea„propter die decima tertia hujus Men„sis Regalem Curiam habui, & pro tri„bunali sedens declarationem meam, „quam hic annecto, a Parisiensi meo „Parlamento ad acta referri præcepi. „Inde Sanctitas sua cognoscet, quod „potissimam articulorum in nova hac „lege contentorum partem idem con„cordiæ spiritus dictarit, qui Sanctita„tis vestræ literas encyclicas direxerat. „Ceterum reliquas particulares circum-

stan-

„ſtantias, quæ hanc rem concernunt, Sæc. XVIII.
„meus Legatus Sanctitati veſtræ refe- A. C. 1742.
„ret, mihi unice ſufficiat, ut iterato
„teſtimonio Sanctitatem ſuam certiſſi-
„mam faciam de ſincera mea gratitu-
„dine, & immoto ſtudio, quo execu-
„tioni dari procurabo ea mandata, quæ
„juxta æquiſſima principia, & mode-
„ratiſſimam Sanctitatis veſtræ mentem
„nuperrime dedi. Nil ergo aliud mihi
„ſupereſt, niſi ut Sanctitati veſtræ ſigni-
„ficem, cum quanta conſolatione per-
„ceperim a Comite de Stenvilla gra-
„tam notitiam de recuperata ſanitate
„veſtræ Sanctitatis. Spero etiam, hæc
„nova proximis ejusdem literis, quas
„anxie exſpecto, confirmatum iri. Fa-
„cile Sanctitas ſua imaginari ſibi pote-
„rit inquietas curas, quæ me ob adver-
„ſam ejusdem valetudinem obruere:
„notus enim Sanctitati veſtræ eſt tener-
„rimus meus erga Eam affectus, &
„quam firmiter perſuaſus ſim, quod re-
„ligionis Catholicæ emolumentum, Se-
„disque ſacræ gloria, necnon omnium
„Fidelium ſalus & conſolatio a Sancti-
„tatis veſtræ incolumitate plurimum de-
„pendeat. Sum cum filiali reverentia

SANCTITATIS VESTRÆ,
BEATISSIMI PATRIS

Devotiſſimus Filius
LUDOVICUS.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Ita ſcripſit & ſenſit de ſummo Pontifice in rebus Eccleſiam concernentibus Rex Chriſtianiſſimus, qui nullum in terris ſuperiorem ſe quoad temporalia agnoſcit. Quibus ergo Eccleſiæ Gallicanæ ſyſtema invehere libet, filiale quoque obſequium & reverentiam erga S. Sedem, ejusque ſupremum Caput imitari non pigeat.

§. LXXV.

Rei geſtæ notitia S. Purpuratorum Collegio a Benedicto XIV. communicata.

Hoc negotio ad vota confecto Benedictus XIV. Pontifex Maximus die decima tertia Januarii anno 1757. *ſecretum*, ut vocant, habuit *Conſiſtorium*, in quo præprimis de vacantibus Eccleſiis Epiſcopalibus præfatus, gravibus oppido verbis ſacro Purpuratorum Collegio injunxit, ut hanc allocutionem ſuam Conſiſtorialibus actis inſererent. Poſtea ſermonem convertit ad valetudinis ſuæ ſtatum adeo periculoſum, ut Sanctiſſimo Viatico, ac extrema unctione muniri voluerit. Poſtquam vero, proſequebatur Pontifex, fervidæ ad Deum preces fuerunt fuſæ, atque hac

hac in re ipſum S. Collegium tam laudabiliter ſuo exemplo præluxit, ut illud ferme omnes Eccleſiaſticorum communitates in Romana urbe imitatæ fuiſſent, factum ſit, ut ex afflicta valetudine ſua paulatim emergat, ſperetque, fore, ut vita ſuperſtes adhuc, ut antea, per aliquod temporis ſpatium Sacræ Sedi deſervire, & interim de peccatis ſuis etiam pænitentiam agere queat. Hæc cum tam effuſa gratiarum actione erga S. Collegium exponebat, ut Cardinalium potiſſimi, cum a lacrimis ſibi temperare haud poſſent, e Conſiſtorio exirent. Poſtea Pontifex ad alteram ſermonis ſui partem converſus, de maximo Franciæ negotio egit, expoſuitque, jam notum eſſe omnibus, quod tota hæc controverſia duo præcipue capita complecteretur, I. reverentiam Conſtitutioni *Unigenitus* debitam, II. jurium Eccleſiæ conſervationem circa adminiſtrationem Sacramentorum. Se cum Galliarum Rege conveniſſe, ajebat Pontifex, ut horum unum ab altero capite ſeparetur, & ad Regiam ſuam Majeſtatem ſcribatur particulare Breve, quo Eccleſiæ jura ſervarentur illæſa, quin ejusmodi attentatorum rei per publicam manifeſtationem irritarentur; dein circa alte-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

rum caput edatur epiſtola encyclica ad Epiſcopos, qui in ſuis comitiis congregati, & Regia auctoritate ſuffulti ad ſacram Sedem recurrerunt. Ita omnino factum eſt: Breve enim in confidentia ad Regiam ſuam Majeſtatem ſcriptum ſine ullius contradictione acceptatum fuit, & ſola Epiſtola encyclica examini ſubjecta eſt, quam ad melius eſſe Aulæ communicare placuit, priusquam publica redderetur: ubi vero reflexiones ſuper dictam epiſtolam encyclycam factæ, fuerunt auditæ & examinatæ, tandem unanimi conſenſu non modo approbatum fuit id, quod obſequium Conſtitutioni *Unigenitus* debitum concernit, ſed etiam id, in quo controverſiæ inter Epiſcopos exortæ vertebantur, eoquod omnia ejusmodi verbis fuiſſent concepta, quæ Gallicana principia nullo pacto læderent. His ita expoſitis Pontifex retulit ea, quæ tam ab Ejus Nuntio, quam per plures alias literas intellexiſſet, nimirum, quod Regia ſua Majeſtas ipſamet pro tribunali ſederit, epiſtolam encyclicam ſtrenue defenderit, & Eccleſiæ auctoritati egregie proſpexerit, remque ita diſpoſuerit, ut Eccleſia in ſuis juribus circa Sacramentorum adminiſtrationem non periclitaretur. Hæc ſe

se sacro Collegio communicare voluisse, addebat Pontifex, ut quilibet Deo benedicat, Eum pro pace conservanda in Ecclesia Gallicana exoret, & Regem Christianissimum exaltet; eoquod pro suo, quo ardet, Religionis Zelo, & affectu erga Ecclesiam, quantum valuit, & quantum fieri potuit, fecerit. Insuper sibi notum esse dicebat Pontifex, quod epistola a Rege scripta fuerit adjuncta, eaque adhucdum in manibus Gallici Legati sit, quam quidem nondum receperit, postera tamen die mane recepturus sit, de cetero nova, quæ in illis indicantur, contineant in forma authentica ea omnia, quæ mox S. Collegio annuntiasset, & quamprimum has literas receperit, mox ad eas responsum daturus, Regique grates sit repensurus. Denique præcepit, ut hæc Regis epistola, utpote pretiosum magnique momenti hujus Pontificatus monumentum in Archivo arcis S. Angeli asservetur.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

§. LXXVI.

Solemne Jubilæum erecti Episcopatus Herbipolensis.

Hoc item anno universus Franciæ O-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

rientalis Ducatus raro jucunditatis argumento tripudiabat; fluxerat enim milleſimus ab erecto hoc Epiſcopatu annus: quippe S. Bonifacius Moguntinus Archipræſul, magnus ille Germaniæ Apoſtolus a Gregorio II. & Zacharia ſummis Pontificibus circa annum reparatæ ſalutis ſeptingenteſimum trigeſimum nonum in Germaniam ad ſpargendam Evangelii meſſem miſſus, Herbipolenſem Epiſcopatum fundavit, eidemque anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo quadrageſimo primo S. Burchardum primum hujus Eccleſiæ Epiſcopum dedit. Anno autem ſequenti hic idem Epiſcopus in ſua ſede inveſtitus, & a Zacharia Papa confirmatus, necnon ab Imperatore S. R. Imperii ac Franconiæ Dux nominatus eſt. Eidem etiam Pipinus Francorum Regis Commeſtabilis ad præfati Pontificis preces nonnulla prædia, unde cœnobium conderet, gratioſe donavit; nec hic ſubſtitit hujus Epiſcopatus felicitas; anno enim ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo idem Pipinus exauctorato Childerico Rege in Regem ſalutatus, coacto Francofordiæ conventu huic Epiſcopatui Ducatum Franconiæ, quantum de illo ad ipſum pertinebat, adjecit, ita, ut ab eo tem-

pore

pore omnes Herbipolenſes Epiſcopi etiam pro Ducibus Franconiæ cum omnimoda & quidem tam ampla jurisdictione haberentur, ut tum de ſolo hoc Epiſcopatu vere diceretur: *Herbipolis ſola judicat enſe & ſtola.* Quæ tamen Eccleſiaſticæ & civilis poteſtatis prærogativa hodie cunctis Germaniæ Epiſcopis in ſuarum Diæceſium terris ſibi propriis competit. Millenariæ ergo hujus gloriæ memoria omni jure ſumma celebratur ſolemnitate, ad illam concurrente pene innumera Procerum populique frequentia; præcipue vero die undecima Novembris in Eccleſia Cathedrali Carolus Fridericus Comes de Schönborn S. R. I. Princeps, Franconiæ Dux & Epiſcopus Herbipolenſis ac Bambergenſis Pontificali habitu inſignis cum maxima pompa Sacrum ſolemne celebravit, ter repetita ex arce feſtiva tormentorum exploſione, quæ denuo per urbem reſonuit, dum in gratiarum actionem ad hujus feſtivitatis finem Hymnus Ambroſianus ſolemniter decantabatur.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

§. LXLVII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

§. LXXVII.

Scriptores Religione Catholici hoc anno defuncti.

Occurrunt hoc quoque anno ex celebrioribus Scriptoribus Catholicis non pauci, quibus inexorabilis mors calamum excussit. Hos inter recensendus venit Petrus cognomento Ambarachius, quod nomen Syriacum ipsemet latine interpretatus, *Benedictus* dici voluit. Primam lucem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio Mense Junio aspexit Gustæ in Phænicia. Nonum ætatis suæ annum nondum compleverat, cum Romam ad Collegium Maronitarum deportaretur, ubi exactis ferme tredecim annis in Orientem exeunte anno 1685. reversus est. Paulopost in Antiochena Ecclesia graves oppido exoriebantur controversiæ, adeo, ut præ ceteris Ambarachius nomine dictæ Ecclesiæ ad Sedem Apostolicam decerneretur, qui etiam Romam delatus, intra biennium has lites summa prudentia, miraque agendi dexteritate composuit. Inde in Syriam reversurus Florentias contendit, ubi Cosmus III. Magnus Etruriæ Dux eum lon-

longius detinuit, ut ejus opera, prout jam dudum exoptaverat, uteretur. Jam dudum enim Ferdinandus II. Medices Dux æneas orientalium characterum formas excudendas curaverat, quæ tamen longo post tempore, deficiente, qui eorum peritiam haberet, enormiter neglectæ ac confusæ jacuerunt. Nemo igitur alius Ambarachio ad eas dirigendas, ordinandasque aptior videbatur: & sane demandatum hoc negotium in se prompto animo suscepit, & tam egregie Ducis Cosmi votis omnium eruditorum judicio satisfecit, ut ab Eodem in Pisano Athenæo sacrarum literarum Professor eligeretur. Præclaro hoc munere cum tanta laude fungebatur, ut omnes ejus doctrinam admirarentur. Postea Romam missus, Quirinio Cardinali, uti jam retulimus, in nova operum S. Ephremi versione latina utilem impendit operam, absoluto autem volumine secundo & inchoato tertio in gravem morbum incidit, quo octogenario major die vigesima quinta Augusti absumptus mundum deseruit. Præter dictam versionem, etiam ex arabico latine reddidit Stephani Adonensis Patriarchæ Antiocheni scripta *de sacra liturgia*, ac de *origine gentis Maroniticæ*.

Edi-

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Vid. supra pag. 5.

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Edidit quoque Antirrheticon, seu confutationem annotationum Joannis Kolii *ad geminos S. Ephræmi sermones de sacra Cœna*, necnon aliud antirrheticon de Eucharistia contra P. Le Brun & Eusebium Renaudotium. Denique in latinum idioma vertit partem Menologii Græcorum. II. Guido Grandi patria Pisanus Camaldulensis Abbas, qui in Theologicis & Mathematicis disciplinis versatissimus Florentiis Philosophiam & Romæ Theologiam in Collegio S. Gregorii docuit, postea ob doctrinæ eminentiam a Cosmo III. Magno Etruriæ Duce evocatus, Pisis publicus Philosophiæ Professor nominabatur, quo munere per quatuordecim annos laudabilissime defunctus, demum Mathesin tradidit, a præfato Duce in suum Theologum & Mathematicum, & a Clemente XI. Papa in Abbatem & Visitatorem Generalem electus, tandem viribus assiduo studio exhaustis anno ætatis suæ septuagesimo primo Pisis die quarta Julii vivis ereptus est. Numerantur septuaginta duo opuscula, quæ ex ejus calamo profluxere, ex quibus celebriora sunt, Martyrologium Camaldulense, dissertationes Camaldulenses, Epistola de Pandectis Pisanis contra Bernardum Tan-

Tannucium, Differtatio *de formulis, bonæ memoriæ, piæ memoriæ & ſimilibus ad perſonas viventes quandoque applicatis*, tractatus de ſectionibus conicis, de infinitis &c. præter alia quam plurima opuſcula potiſſimum Mathematica. Reliquerat Piſano ſuo Conventui Bibliothecam longe locupletiſſimam, pro cujus etiam augmento aſſignavit bis mille ſeptingenta ſcuta. Ill. Joannes Baptiſta Maſſilon Presbyter Oratorii Berulliani Cleromontanus Epiſcopus & Savinianus Abbas, qui per plures annos Regius Concionator laudatur non modo ob ſummam eloquentiam, ſed præcipue ob imperterritum Apoſtolicæ libertatis ardorem, quo publica crimina adeo inſectabatur, ut apud Ludovicum Franciæ Regem, quod Ipſum aliosque Principes nimis aperte acrius reprehenderet, ab Aulicis graviter accuſaretur, hique talem imprudentem Concionatorem ad aliorum terrorem ſeverius mulctari a Rege poſtularent. Ad horum petitionem Rex Maſſilonum adeſſe juſſit, eumque his verbis allocutus eſt: *Reverende Pater! jam plures maximi nominis Oratores ex hoc ſuggeſtu dicentes audivi: tu mihi ſemper ſatisfeciſti, & quoties te perorantem percepi, ſemper tu mihi ſummopere placuiſti,*

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

Sæc. XVIII. A. C. 1742

cuisti, semper autem ego mihimetipsi magis displicui. Hæc sit objurgatio, quam a me Tibi fieri nonnulli postularunt. Perge, ut cœpisti. Obiit celeberrimus hic Orator die vigesima octava Septembris. Edidit quamplurima, quæ Parisiis sexdecim voluminibus minoris formæ simul collecta prodiere, ex quibus celebrantur ejus sermones, necnon conferentiæ & sermones synodici circa præcipua Ecclesiasticorum officia Parisiis tribus Voluminibus anno 1746. editi. IV. Antonius Lodzia a Ponin Poninsky Posnaniensis Palatinus, & Regni Senator, qui opera heroica scripsit, a Joanne Krolikiewiez Regis Secretario plurimum aucta, præloque subjecta. Idem quoque typis edi curavit ejus Sarmatides, & varias orationes. Vivere & scribere desiit eruditus hic Polonus die octava Julii. V. Ludovicus Carolus de Menezes Marchio de Lourical Goanus Prorex, cujus eruditis laboribus debemus additiones ad magnum Moreri Dictionarium, necnon alias ad Lusitanum Dictionarium Raphaelis Bluteau. Porro Goæ die duodecima Januarii anno ætatis quinquagesimo tertio decessit relictis pluribus aliis ingenii sui monumentis. VI. Paulus Gagliardi Bresciæ Canonicus,

nicus, cujus cura purior editio una- Sæc.XVIII.
cum erudita præfatione anno 1720. A.C. 1742.
prodiit sermonum S. Gaudentii Brixiani Episcopi. Elucubravit etiam judicium circa antiquum statum Cenomanorum, vitam Joannis Civellii, tractatum de Melone & Mella agri Brixianni fluviis: carmen latinum de peregrinatione B. Virginis, quæ in Monte Baldo colitur, orationem de instaurandis artium studiis præter alia nonnulla.

§. LXXVIII.

Scriptorum Acatholicorum lucubrationes & obitus.

Ex Scriptoribus ab avita Religione alienis nonnulli hoc quoque anno mortalitatem exuerunt, & quidem primo Joannes Martinus Schamelius Lutheranus Pastor die vigesima septima Martii decessit. Ejus opera sunt vindiciæ Cantionum, vindiciæ Catecheticæ & Evangelicæ, Christianus ex S. literis, Numburgum literarium, Historica relatio plurium Monasteriorum prope Numburgum, & alia ejusmodi. II. Daniel Walterland Calvinista, qui edidit Vindicias Divinitatis Christi, sermones circa religionem & mores, doctrinam de SS. Trinitate, de S. Cæna, & plura alia Anglice scripta:

Sæc. XVIII. A. C. 1742.

obiit die prima Januarii. III. Paulus Emilius de Mauclerc, qui operam ad Bibliothecam Germanicam contulit. IV. Hieronimus Simons de Alphen Ultrajectinus Præco Calvinianus, qui edidit compendium Theologiæ revelatæ, Dissertationes ad Historiam Pauli, Ichonographiam Theologiæ naturalis, Oeconomiam Catechesis Palatinæ, illustrationem Epistolæ primæ D. Petri, commentarium homilieticum in Ps. CXI., specimen Analyticum in Ep. D. Pauli ad Ephesios præter alia quædam. V. Fridericus Hofman Lutheranus Medicus, qui scripsit tractatum de Atheo convincendo ex artificiosissima machinæ humanæ structura, summam totius doctrinæ Christianæ &c. Mors eum intercepit Hallæ die duodecima Novembris. VI. Joannes Bugenhagen Lutheranus, qui dissertationem de Hermeneutica sacra, & orationem de utilitate Gymnasiorum posteris reliquit. VII. Fridericus Schlosser itidem Lutheranus Præco, qui prelo subjecit meletemata philosophica de morali æstimatione iræ, dissertationes de genuina libertatis notione & de scepticismo Religionis eversore & alia minoris momenti opuscula.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM
TOMI LXXVII
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

A.

Abbatia S. Huberti. Vid. *Hubertus*.

Abicht Joannes Georgius, ejus opera & deceſſus. 340.

Abſolutio Lutherana, diſſidia eorum circa illam. 496.

Alphen Hieronimus Simonis, ejus ſcripta & deceſſus. 738.

Altierius Joannes Baptiſta Cardinalis, ejus mors & elogium. 308.

Altierius Laurentius Cardinalis, ejus geſta & obitus. 460.

Ambarachius Petrus, ejus merita, obitus & lucubrationes. 732.

Andegavensis Curia sibi in administrationem Sacramentorum jus arrogat. 557. ejus sententia a Rege reprobatur. 558.
Animæ a corpore separatæ, earum status post mortem juxta cujusdam fanatici opinionem. 492. impugnatur ab aliis. 494.
Anna Hispaniæ Regina Caroli II. Conjux, ejus pietas & mors. 288.
Anna Ivanowna Russorum Imperatrix, ejus merita & obitus. 285.
Arachiel Cacciatura Armenus, ejus eruditio, opera & obitus. 337.
Armeni in Perside Catholicos vexant. 266. Biblia in Persicum idioma vertere jubentur. 267.
Augustus III. Polonorum Rex Josephum II. ex S. fonte suscipit. 387.
Aurelianensis Episcopus de Parlamenti usurpatione apud Regem queritur. 123. 127.

B.

Baratier Joannes Philippus, ejus obitus & lucubrationes. 341.
Baruffaldi Nicolaus moritur, quosnam libros scripserit. 509.
Batgao Regnum, nova ibi stabilitur Missio. 617. Rex Missionariis & Neophytis omnem immunitatem pollicetur. 617. Missionarios sibi submitti a Papa petit. 618. Pontificis literas accipit. 618.

Beau-

Beaumont Christophorus Parisiensis Archiepiscopus Gallicanas turbas sedare conatur. 694. hac in caussa epistolam Pastoralem edit. 702. Parlamentorum attentata damnat. 703. ejus honor vindicatur. 705.

Benedictini, vide *Salisburgum*.

Benedictus XIII., eidem nova editio operum S. Ephræmi nuncupatur. 2.

Benedictus XIV. controversiam inter Nuntios Apostolicos & Coloniensem Magistratum componit. 133. 135. novas Academias Romæ erigit. 225. diversas Constitutiones edit. 316. digniores ad Episcopatus præsentari jubet. 318. Episcopis præcipit, ut limina Apostolorum visitent. 319. juramentum eis imponit. 319. omnes totius orbis Præsules ad Pastorale munus rite exequendum hortatur. 322. eos in suis Diæcesibus residere jubet. 329. Hispaniæ Regem sibi demereri studet. 335. ob Borussorum invasionem de fide Catholica apud Silesios conservanda angitur. 348. Catholicorum Principum opem implorat. 349. Hungariæ Reginam solatur. 399. eidem fidei Catholicæ incolumitatem commendat 350. ob Cardinalis Sinzendorffii captivitatem queritur 356. hac de re collocutionem ad Cardinales habet. 357. Polonos a facilitate dissolvendi matrimonia dehortatur. 359. jejunii quadragesimalis observan-

tiam Præſulibus commendat. 361. quæſtionem, an diſpenſatus in abſtinentia carnium etiam ſit diſpenſatus ab unicæ comeſtionis lege, decidit contra laxos probabiliſtas. 367. carnes cum piſcibus commiſceri prohibet. 369. quinam cibi cenſeantur non permiſcendi declarat. 371. alias difficultates diſſolvit. 372. ſuum Nuntium redarguit, quod inſcio Papa primus Mariam Thereſiam Hungariæ Reginam ſalutarit. 385. eam ut talem agnoſcit. 385. ab ea in Patronum eligitur. 386. ad eam literas paterno affectu plenas ſcribit. 386. ob Joſephi II. nativitatem ſolemne feſtum agi præcipit reclamantibus quibusdam Cardinalibus 387. de Hungariæ Regina ob ſuſceptum homagium de Parmenſi Ducatu queritur. 388. hanc cauſſam Cardinalibus exponit 389. quæ media opponere ſtatuerit, declarat. 390. proteſtationem ſuam Viennæ interponit. 301. erga Proteſtantes moderatione utitur. 392. cum rigore pænarum contra Janſeniſtas haud amplius agendum cenſet. 392. Joannis Meindarts conſecrationem in Ultrajectenſem Archiepiſcopum annullat. 394. Saulium Beatorum Albo inſerit. 419. matrimonia diſſolvendi facilitatem reſtringit. 421. Matrimonia Proteſtantium in Hollandia & Batavia valida pronuntiat. 423. matrimonia occulta prohibet. 425.

Or-

Ordinem Equeſtrem S. Georgii novis favoribus illuſtriorem reddit. 427. pariter etiam Ordinem Neapolitanum S. Januarii. 428. varias edit Conſtitutiones. 430. Sacramentum confirmationis conferendi poteſtatem P. Guardiano Terræ ſanctæ indulget. 431. Clericis omnem negotiationem interdicit. 431. contra ſollicitantes Confeſſarios inſurgit. 432. circa Miſſarum ſtipendia abuſus tollit. 432. Cophtis proprium Epiſcopum Catholicum aſſignat. 433. Epiſcopos reſidere jubet. 433. Canoniſationes Romæ haberi præcipit. 435. qua in lingua Slavi rem Divinam peragant, decidit. 439. libros noxios proſcribit. 498. de filiali obſequio a neo electo Imperatore certioratur. 526. novam electionem Cardinalibus intimat. 527. Carolum Albertum vel maxime commendat. 528. ad eundem literas paternas mittit. 532. de eo Maria Thereſia Hungariæ Regina queritur. 535. eam placat. 536. eidem decimas exigere permittit. 537. contra Sinzendorffium Cardinalem queritur. 537. eum Romam venire jubet. 539. de novo Vicariatu Generali cum Cardinalibus agit. 540. eum in ſuo officio confirmat. 645. ab Hungariæ Regina de inita pace certior redditur. 554. eam commendat ob Religionis conſervatæ ſtudium. 556. pluribus Cælitum hono-

res asserit. 561. Ritus Sinenses severissime prohibet. 564. novo Nankimensi Episcopo de rejiciendis permissionibus juramentum imponit. 564. Harlemensis Pseudo Episcopi consecrationem damnat. 588. contra Petrum Meindarts vehementer invehitur. 589. 593. plures promulgat Constitutiones. 596. Monasteria Virorum mulieribus, & Monasteria Virginum Viris ingredi prohibet. 596. in triremibus Missas celebrari permittit. 597. Catechesin Parochis commendat. 598. Capuccinis concessit, ut exteris confiteantur. 599. pauperibus spicas colligendi copiam fieri petit. 600. de Græcorum ritibus agit. 601. spectacula impura prohibet 604. Græcis Ruthenis de proprio Episcopo providet. 605. Missionarios Capuccinos Regni Batgao Regi ardenter commendat. 618. eum ad amplectendam fidem Catholicam hortatur. 691. a Rege Regni Bittiæ Missionarios mittere rogatur. 620. ad eum perscribit. 621. a Thibetano Rege literas recipit. 623. instrumentum de prætenso jure in orientale Imperium Galliarum Regi tradit. 661. decimas a Clero exigendi facultatem Hispano Regi dat. 667. neutras partes tenet. 668. a Jansenistis Hollandis subdola subjectionis sponsione lactatur. 693. eorum petita discuti jubet. 694. Franciæ Episcoporum de-

declarationem circa Constitutionem *Unigenitus* approbat. 696. quibus refractariis Sacramenta sint deneganda declarat. 705. Galliarum Regis zelum laudat. 707. ab eodem literas circa Constitutionem *Unigenitus* recipit. 723. totam rei seriem in Consistorio Cardinalibus denuntiat. 726. Regis Epistolam in Archivo reponi jubet. 719.

Benzelius Ericus Lincopensis Pseudo-Episcopus suos ad contribuendas pecunias pro erigendo Templo apud Turcas hortatur. 484.

Berger Lazarus Montpessulanus Episcopus apud quemdam Parochum Jansenianа scripta reperit. 22. ea confutat in epistola pastorali. 23.

Berghen Ludovicus Princeps & Episcopus Leodiensis contra Gallos protestatur. 666.

Berlo de Ferdinandus Namurcensis Episcopus, ejus merita & obitus. 283.

Bertram Joannes, ejus opera & obitus. 517.

Bock Hieronymus, ejus electio & consecratio in Harlemensem Episcopum a Papa damnatur. 588. 593.

Böcken Placidus Salisburgensis Universitatis Pro Cancellarius, ejus oratio de necessitate invocandi B. V. Mariam. 149. varium de hac oratione judicium. 175. eam publicis typis divulgat. 175. notis illam illustrat. 175. ab objectionibus

dicat. 185. Archiepiſcopi indignationem incurrit. 196. divendi prohibetur. 196. in Hungariam fecedit. 202.

Boettner Gottfrid, ejus obitus & lucubrationes. 342.

Bonnerius Parochus Lanſargienſis famoſus Janſeniſta. 22. ejus virulenta ſcripta confutantur. 23. ipſum hoc ſcriptum ſeu Janſeniſtarum myſteria detegit. 97.

Borromæus Gibertus Cardinalis, ejus obitus & elogium. 297.

Boulartus Bajocenſis Præfectus ob arrogatam jurisdictionem in Sacra reprehenditur. 128.

Bremond Antonius Dominicanus Caſſenatenſis Theologus, S. Dominicum ex gente Guſmanna ortum fuiſſe propugnat. 512.

Bugenhagen Joannes Lutheranus, ejus ſcripta & obitus. 738.

Bittiæ Regnum, ibi nova erigitur Miſſio. 620. Rex Miſſionarios ſubmitti, a Papa petit. 620. Pontificis literis honoratur. 621.

C.

Calmetus Auguſtinus Benedict. refutat. P. Turneminium, qui propugnat, hæc verba: *a ligno*, in ipſo S. Ephræmi ſermone legi. 11.

Calviniſtæ, vide *Toggenburgenſes*.

Ca-

Camillus de Lellis Congregationis Clericorum infirmis miniſtrantium Fundator a Papa Beatis adſcribitur. 561. corpus ejus transfertur. 562.
Canoniſationes Romæ haberi præcipiuntur. 435.
Capuccini Salisburgenſes contra ſciolos honorem B. V. vindicant. 144. quid de Muratorii libris ſentiant. 144. contra eum declamant. 146. ob immoderatum zelum redarguuntur. 201. S. Biblia in Perſicum idioma vertere jubentur. 267. etiam exteris valide confitentur. 599. Thibetana Miſſio eis committitur. 606. a Rege perbenigne excipiuntur. 607. non item a ſupremo Popa. 609. quosdam Romam pro ſociis & ſtipendiis ablegant. 612. 614. in Regnis Batgao & Bittiæ Evangelium prædicant. 617. 621.
Carmelitæ Diſcalceati a Clementee VIII. Miſſionarii in Perſidem mittuntur. 265. eis Aſpahenſis Archiepiſcopatus ab eodem Papa attribuitur. 265.
Carolus Albertus Bavariæ Elector jus in Auſtriacam hæreditatem prætendit. 344. Ordinem Equeſtrem S. Georgii novis favoribus augeri a Papa petit & obtinet. 427. cum Gallo-Bavaris Auſtriam invadit. 521. de ejus electione in Imperatorem agitur. 521. in Imperatorem eligitur. 522. ejus Capitulatio circa Religionem. 522. Advocatiam & protectionem

nem etiam Proteſtantibus ſpondere cogitur. 524. ſuam electionem ſummo Pontifici ſignificat. 525. filiale obſequium literis præſtat. 526. a Papa ob Religionis ſtudium commendatur. 527. contra novum Vicariatum Generalem ſuam auctoritatem opponere, a Papa rogatur. 539.

Carolus Philipus Palatinus Elector moritur. 670. eximiæ ejus virtutes. 671.

Carolus Neapolis Rex Judæos in ſuo Regno inauditis privilegiis auget ob commercii ſpem. 233. obſiſtunt Proceres, ſed fruſtra. 236. Clerus etiam in Concionibus contra hanc indulgentiam declamat. 237. plectitur. 238. cum Turcis fœdus init. 238. Catholicis apud Turcas liberum religionis exercitium procurat. 239. ſpeciali cultu Benedictum XIV. honorat. 334. Ordinem Equeſtrem S. Januarii novo ſplendore a Papa augeri obtinet. 428.

Carolus VI. Imperator, ejus virtutes & fata. 269. moritur. 273. ejus pietas & religionis zelus. 274. eximius literarum fautor. 277.

Caſpari Joannes Baptiſta novas Muratorii opiniones deprædicat. 139. motus inde concitantur. 140. ſibi odium accerſit. 141. Salisburgenſem Hiſtoriam conſcribere jubetur. 142. libellum famoſum contra PP. Benedictinos Salisburgenſes edit. 206.

Catecheſis ſedulo eſt habenda. 598.

Cecche-

Cecchetus Raymundus, ejus crisis contra modum docendi PP. Benedictinorum. 147.
Cencius Seraphinus Cardinalis, ejus merita & decessus. 313.
Celsius Andreas Matheseos Professor, qua die Pascha sit celebrandum proponit. 479.
Christianus de Roll Joannes Andreas Consiliarius Salisburgensis se graviter læsum a quodam P. Benedictino credit. 199. ab eo revocationem petit & obtinet. 200
Christiani Hieronymus Salisburgensis Cancellarius Archiepiscopum a permittendis Novatorum vindiciis dehortatur. 205.
Clemens XI. Papa PP. Capuccinis Missionem Thibetanam committit 606. in favorem Missionariorum in Thibetano Regno ad Regem literas perscribit. 610. ab ea arcet Jesuitas. 612.
Clemens VII. Papa Carmelitas Discalceatos in Persidem Missionarios ablegat. 265. Aspahanum Archiepiscopatum eis vindicat. 265.
Clemens XII., ejus Constitutiones. 315. Galliarum Regi ad beneficia nominandi gratiam facit. 315. & quare 315. Maronitarum Constitutiones confirmat. 316. Pauli Sarpii Historiam Concilii Tridentini damnat. 317. Missionarios Capuccinos Thibetani regni Regi ardenter commendat. 614. eidem literas & munera transmittit. 629. Lamam seu supremum Popam paternis literis & donis delinire stu-

ostudet. 638. vicissim ab eo epistolam & dona recipit. 630.

Collegia Lutherana pietatis privata, varia eorum fata. 495.

Colonia Dominicus Jes., ejus libri & obitus. 315. ejus Catalogus Jansenistarum a summo Pontifice proscribitur. 513.

Coloniensis Magistratus, ejus controversia cum Nuntiis Apostolicis. 130. componitur. 134. conciliationis conditiones. 134.

Confessio Lutherana, diffidia eorum contra illam. 496.

Confirmationis Sacramentum conferendi licentia P. Guardiano S. Sepulcri datur. 430.

Constitutio Unigenitus a Sorbona pure recipitur. 393. non pauci Religiosi eam pure recipiunt. 691. eam Rex in toto Regno acceptari jubet. 692. ab Episcopis Franciæ defenditur. 694. in Galliis ab omnibus recipi per Regem jubetur. 719.

Cophti, eis proprius Episcopus Catholicus tribuitur. 433.

Corerius Franciscus Venetorum Patriarcha & Primas moritur. 676. succedit Aloysius Foscarinius. *ibid.*

Corio Marcellinus Cardinalis, ejus vita, elogium & obitus. 638.

Cosmus III. Magnus Etruriæ Dux insignis Eruditorum fautor. 733. 734.

Crivellius Ignatius Apostolicus Nuntius, ejus con-

controversia cum Coloniensi Magistratu. 132. componitur. 133.
Cuperus Guilielmus, ejus controversia cum Dominicanis & aliis. 511. is refellitur. 512. moritur, ejus opera. 513.
Czartoryski Comes Theodorus Posnaniensis Episcopus Lutheranis arrogatam sectæ libertatem restringit. 239.

D.

Davia Joannes Antonius Cardinalis, ejus merita, obitus & elogium. 289.
Doctrinæ Christianæ Patres Constitutionem *Unigenitus* recipiunt, & refractarios expellunt. 692.
Dominicus S. an ortus fuerit ex Gusmana Familia? 511. negatur a Cupero. 511. vindicatur ab aliis. 512.
Drion Deodetus Stabulensis Princeps & Abbas moritur. 503. succedit Josephus de Noller. *ibid.*
Dupuy Raymundus supremus Melitensium Equitum Magister moritur. 502. succedit Emanuel Pinto. 502.

E.

Eleonora Gonzaga Ducis Guastallæ Vidua moritur. 673.
Elisabetha Caroli III. Emanuelis Sardiniæ Regis Conjux moritur. 501.

Elisa-

Elisabetha Lusitaniæ Regina, ejus cultus restauratur. 562.

Ephræmi S. opera a Cardinale Quirinio recens eduntur. 1.
quid de ejus operibus censuerit quidam Lutheranus. 8. refellitur. 9. an hæc verba: *a ligno*, in ipso S. Ephræmi contextu legantur. 12.

Esterhasius Galantha Strigoniensis Archiepiscopus & Hungariæ Primas Reginam coronat 417. circa hoc cum Vesprimensi Episcopo contendit. 417. ei hoc jus addicitur. 417.

Ewald Guilielmus, ejus opera & obitus. 520.

F.

Faydeau Antonius Josephus Ord. Carmelitani Generalis & Episcopus, ejus scripta & obitus. 509.

Ferrerius Carolus Vincentius ex Ord. FF. Prædicatorum Cardinalis moritur, ejus elogium. 650.

Festi dies in Suecia imminuuntur. 482. quinam ferientur. 493. reclamant rustici. 484. etiam in Hispania quidam abrogantur. 605.

Firmianus Leopoldus Princeps Archiepiscopus Salisburgensis, ejus Nepotes novitatibus student 137. motus inde orti. 138. Salisburgensem Historiam conscribi jubet. 142. 143. orationem contra Academi-

demicos habitam supprimi præcipit. 196. calumniis petitur. 197. immoderatos Concionatores plectit. 201. seditiosos motus compescere studet. 203. læsis vindicias scribere permittit. 205. datam facultatem revocat. 206. famosum libellum supprimit. 206.

Franciscus I. Imperator controversiam inter Nuntios Apostolicos & Magistratum Coloniensem componere nititur. 133.

Franciscus Xaverius Regius Lusitaniæ Filius, ejus fatum & obitus. 674.

Fridericus Borussiæ Rex ritus quosdam abrogat. 250. novam invehit liturgiam. 251. moritur. 266.

Fridericus II. ejus filius rituum libertatem concedit. 252. huic libertati aliqui Præcones obsistunt. 253. Silesiam inopinato invadit. 346. Vratislaviam occupat. 346. Vratislaviensis Canonicos expellit. 347. Episcopum captum abducit. 347. Protestantes in Magistratus intrudit. 348. Catholicos Senatores ejicit. 348. Catholicam fidem in Silesia in statu, quo erat, relinquit. 350. ob religionis tolerantiam Borussiæ Reges laudantur. 352. Sinzendorffium libertati reddit. 537. multa benevolentia honorat 538. eum Vicarium Generalem pro omnibus suorum ditionum Catholicis constituit. 538. pacem cum Hungariæ Regina init. 550. Religionis Catholicæ libertatem in Sile-

ſia pollicetur. 551. Vicarii Generalis poteſtatem limitat. 552. obtentæ pacis ſolemnitati in Catholica Eccleſia intereſt. 553.

Fridericus Sueciæ Rex. ejus ſtatutum circa celebrationem Paſchatis. 479. quosdam feſtos dies abrogari præcipit. 482. ſuis ſubditis apud Turcas ſectæ libertatem obtinet. 484. Catholicis fabricatoribus exiguam religionis libertatem concedere tentat. 635. a Prædicantibus & ruſticis prohibetur. 637.

Fulienſes Patres Conſtitutionem *Unigenitus* recipiunt & refractarios puniunt. 691.

G.

Galli S. Abbates ac Principes, vide *Toggenburgenſes*.

Gallicanus Clerus contra Parlamentorum uſurpationes in res ſacras ad Regem ſuas querelas deferunt. 689. perbenigne excipiuntur. 690. quidam Epiſcopi obſervantiam Conſtitutionis urgent. 692. conſulunt de mediis tollendæ litis circa eam. 694. totam rei ſeriem per literas Regi exponunt. 697. quosdam ex ſuis ad Papam ablegant. 698. epiſtola paſtoralis Archiepiſcopi Pariſienſis. 702. illam plures Franciæ Præſules adoptant. 704.

Goa, a Marretianis infidelibus obſidetur. 445. hæc Miſſio a latronibus devaſtatur. 455.

Godin de Tampezo Anſelmus S. Emmerami Abbas & S. R. I. Princeps, ejus obitus & elogium. 675.
Gotti Vincentius Ludovicus Cardinalis ex celeberrimo FF. Prædicatorum Ordine, ejus merita, laudes & obitus. 640. ejus lucubrationes. 643.
Grandi Guido Camaldulenſis Abbas, ejus vita, mors & lucubrationes. 734.
Græco-Itali, de eorum ritibus & doctrina agitur. 601.
Græco-Rutheni, S. Ordines a Catholico Epiſcopo ſuſcipere jubentur. 605.
Gugger de Staudach Cæleſtinus Abbas & Princeps S. Galli, Toggenburgenſium Calviniſtarum ſeditio contra ipſum. 135. componitur. 136.
Guilius Joannes, ejus opera & deceſſus. 520.
Gyſias Jacobus, moritur, quosnam libros ediderit? 520.

H.

Hamburgenſes Reginæ Hungariæ Legatum e ſuo Palatio deturbant. 409.
Harlemenſis Epiſcopus, vid. *Bock*.
Harrach Comes Erneſtus Nitrienſis Epiſcopus, ejus judicium de docendi methodo PP. Benedictinorum. 147.
Heineccius Joannes moritur, ejus lucubrationes. 520.
Henrietta Maria Vidua Parmæ Ducissa moritur. 673.

Herbipolensis Episcopatus, Historia de ejus erectione. 729.

Hiberniæ Episcopi a Papa ad residentiam monentur. 433.

Historiæ Ecclesiasticæ studium a Benedicto XIV. P. promovetur. 225

Hofman Alphonsus, ejus opera & decessus. 520.

Hofman Fridericus Medicus varia scripsit & obiit. 738.

Horatius de Penna Capuccinus, zelosissimus Missionarius, a Papa cum literis, novis Missionariis, & pecuniarum suppetiis Roma Thibetum mittitur. 614. ibidem adventans Regi Papæ literas tradit. 623.

Horner Georgius Benedictinus Salisburgensis Universitatis Rector contra novitates insurgit. 146. ad Rhætos secedit. 202. mox gloriose revertitur. 205. querulas Muratorii literas accipit. 206. ad eas respondet. 211. novis Muratorii literis fatigatur. 219.

Houteville Claudius Franciscus, ejus opera & obitus. 509.

Huberti S. Abbatia, circa eam lis oritur inter Hungariæ Reginam & Franciæ Regem. 662. occupatur a Gallis & ab Austriacis. 663. Abbas aufugit. 664. componere jubetur. 665. mulcta eidem imponitur. 665.

Hun-

Hungari Proteſtantes ſuæ ſectæ exercitium poſtulant 413. Proceres quædam ſibi concedi ab Hungariæ Regina petunt. 414. ſuis votis damnantur. 415. Proteſtantes nihil amplius obtinent. 416. omnem opem ſuæ Reginæ Proceres Hungari ſpondent. 418. Clerus eidem quoque opem fert. 419.

I.

Jablonsky Daniel, ejus opera & deceſſus. 519
Janſeniſtæ, Noaillium ſuam palinodiam revocaſſe fingunt. 14. novo documento falſitatis convincuntur. 16. eorum fraudes & prava conſilia deteguntur per Montpeſſulanum Epiſcopum. 22. falſa eorum prodigia. 32. 33. cum Calviniſtis conſpirant. 84. eorum myſteria. 97. a Parlamentis proleguntur. 687. eorum attentata a Rege ſupprimuntur. 690. eorum decreta irritantur. 691. Janſeniſtæ Hollandi ſubdole ſubmiſſionem ſpondent. 663. contra eos Epiſcopi Gallicani inſurgunt. 693.
Jejunium quadrageſimale, ejus obſervantia Epiſcopis a Papa commendatur. 361. qualiter ſit obſervandum a Benedicto XIV. Pontifice contra laxos moraliſtas deciditur. 367.
Inquiſitio Romana, libri ab eadem proſcribuntur, 498.

Joannes I. Lusitaniæ Rex fidem Catholicam in Indias orientales invehit. 444.
Joannes a Cruce S. ejus festivitas in Mantuanæ urbis Tutellarem eligitur. 275. ejus festum jussu Caroli VI. Imperatoris solemniter ibidem celebratur. 285.
Joannes Nepomucenus S. ejus cultus a Papa augetur. 421.
Josephus II. Hungariæ & Bohemiæ Rex nascitur. 387. a Papa & Polonorum Rege ex S. fonte levatur. 388.
Josephus Hasso-Darmstadiensis Princeps in Episcopum Augustanum eligitur. 283.
Josephus S. Galli Abbas ac princeps moritur. 135.
Jubilæum solemne ob erectum Herbipolensem Episcopatum. 729.
Judæi in Polonia de infanticidio accusantur. 227. sub certis conditionibus ibidem tolerantur. 228. ex Wirtenbergensi Ducatu ejiciuntur. 231. in utraque Sicilia maximis privilegiis augentur. 233.

K.

Kosler P. Athanasius Capuccinus Concionator honorem B. V. M. vindicat. 145. diversum de ejus concione judicium. 146.
Kulicanus seu Schach Nadir Persarum Rex Catholicis summopere favet. 265. eos contra Armenos protegit. 266. sibi mysteria Catholicæ fidei exponi jubet. 267.

S.

S. Biblia in idioma Perſicum verti petit. 267. ex variis Religionibus tertiam procudi cupit. 268. trucidatur. 268. Mogolis Imperatorem captum abducit. 455.
Kurtzrock Thomas Baro Reginæ Hungariæ Legatus Hamburgi injuria afficitur. 410. ejus querelæ flocci habentur. 411.

L.

Lama eſt ſupremus Pontifex apud Thibetanos infideles. 607. Miſſionariis non eſt propitius. 609. ejus fallacia & odium in Catholicos, vide *Thibetum*.
Landſredinius Jacobus Cardinalis, ejus geſta & obitus. 449.
Lazarius Jeſ. contra proſcriptionem Bibliothecæ Janſenianæ inſurgit. 514. ejus liber proſcribitur. 515.
Lechman Joannes, ejus lucubrationes & deceſſus. 340.
Libri a S. Inquiſitione Romana proſcribuntur. 448.
Lobzanica, ibi Lutherani ſuam ſectam propagare prohibentur. 400.
Ludolph Georgius Melchior, ejus deceſſus & opera. 339.
Ludovica Auguſta Hiſpaniæ Principis conjux, ejus obitus & elogium. 673.
Ludovicus XV. Galliarum Rex Noaillii converſioni applaudit. 21. Parlamenta, quæ ſibi jurisdictionem in ſacra arrogabant,

reprimit. 125. 128. 130. artes liberales promovet. 225. Professores evocat & remuneratur. 226. a Clemente XII. jus ad Lotharingiæ beneficia nominandi obtinet. 315. & quam. 315. ne contra Jansenistas pænarum severitate amplius agat, a Papa rogatur. 392. Parlamentorum usurpationes in sacra reprimit. 557. cessionis instrumentum a Papa repetit. 660. circa Abbatiam S. Huberti cum Hungariæ Regina contendit. 662. Parlamentorum temeritatem iterato reprimit. 689. sententias a laicis contra Clericos latas irritat. 689. refractarios puniri jubet. 690. ubique Bullam Unigenitus recipi præcipit. 691. 692. Præsulum epistolam hac de re benigne recipit. 696. quosdam Episcopos Romam deputari permittit. 697. ob suum zelum a Papa laudatur. 706. Pontificis Breve ad acta Parlamenti referri jubet. 716. Bullam *Unigenitus* ab omnibus recipi præcipit. 719. lites inde exortas extinquere satagit. 719. hanc in rem varia præscribit. 719. Parlamentis inhibet, ne sese sacris immiscerent. 721. suum decretum & Benedicti XIV. Breve actis Parlamenti Parisiensis inseri postulat. 722. perdemissas Pontifici literas scribit circa ea, quæ quoad Constitutionem *Unigenitus* disposuit. 723.

Ludo-

Ludovicus Hiſpaniæ inſans Cardinalis proventus Hiſpalenſis Archiepiſcopatus a Papa obtinet. 335.

Lutherani in Polonia, eorum ſecta reſtringitur. 240. 399. quidam ritus abrogari, alii retineri petunt. 244. contra Catholicos proterve declamant. 244. Principes Catholicos convitiis impetunt, 247. alii hanc petulantiam damnant. 248. quinam gradus circa matrimonium in S. lileris ſint prohibiti ignorant. 336. pro illius deciſione non ad S. Scripturam, ſed ad ſuum Principem & Berolinenſe Conſiſtorium recurrunt. 337. apud Turcas ſectæ libertatem obtinent. 484. eorum collectio ad Templum ibi erigendum. 485. eorum diſſidia circa medium ſtatum animarum ſeparatarum. 491. & circa collegia pietatis privata. 495. & circa confeſſionem & abſolutionem. 496.

M.

Madeira Miſſionarius a Marratianis infidelibus vexatur. 447. crudelia tormenta contra eum parant. 448. liberum dimittunt. 449.

Maria Eliſabetha Belgii Gubernatrix Auſtriæ Archiduciſſa moritur. 500. ejus elogium. 501.

Maria Anna Electoris Palatini Vidua decedit. 671.

Maria Thereſia Hungariæ & Bohemiæ Re-

gina, vi ſanctionis Pragmaticæ paternam hæreditatem adit. 343. amicitiæ fiducia a bellico apparatu abſterretur. 344. a Boruſſo Rege hoſtiliter invaditur. 346. in Hungariæ Reginam a potiſſimis Principibus & a Papa agnoſcitur. 386. Benedictus XIV. in Patrinum ſuæ regiæ prolis eligit. 386. Joſephum Filium enititur. 387. Hungariæ Regina coronatur. 413. Hungarorum Procerum precibus annuit. 414. regni comitia Poſonii agit. 416. Palatinum nominat. 417. ab Hungaris armatam opem fert. 418. quod Papa ſtatim Carolum Albertum Imperatorem agnovit, queritur. 535. decimas ex bonis Eccleſiaſticorum exigere permittitur. 537. pacem cum Boruſſo Rege init. 550. Catholicæ religionis conſervationi in Sileſia proſpicit. 551. pacem eſſe initam ſummo Pontifici nuntiat. 554. ab eo commendatur. 556. Abbatiam S. Huberti contra Gallos ſibi vendicat. 664. Abbatem comparere jubet. 665.

Maronitæ, eorum Conſtitutiones a Papa Clemente XII. confirmantur. 316.

Marratiaci populi Goam infeſtis armis invadunt. 444. urbem obſident. 445. Miſſionem devaſtant. 446. quemdam Miſſionarium crudeliter torquent. 447.

Marſilius Comes Bononæ Eruditorum ſcholam

lam aperit. 289. a Cæſereis ſignis abigigitur. 655. ad Bononienſem urbem munimentis firmandam a Papa evocatur. 656. cum Pontifice Gubernator acriter altercatur. 656. urbe excedere jubetur. 657.

Maſſilon Joannes Baptiſta Oratorii Sacerdos celeberrimus Concionator, Apoſtolica ejus libertas a Franciæ Rege laudatur. 735. ejus merita, obitus & lucubrationes. 736.

Matrimonium circa impedimenta Lutheranorum diſceptatio. 335. matrimonia diſſolvendi facilitas a Papa reſtringitur. 359. 421. matrimonia Proteſtantium in Belgio fæderato valida declarantur. 423. matrimonia occulta prohibentur. 425.

Mauclerc Paulus Emilius, ejus ſcripta & obitus. 738.

Maupertius Joannes rei maritimæ ſtudium emendat. 226.

Maximini S. Abbatia circa jus conferendi Parochiam Thalfangam cum Lutheranis contendit. 258.

Meindarts Joannes in Ultrajectenſem Pſeudo Archiepiſcopum eligitur. 394. ejus conſecratio a Papa Benedicto XIV. damnatur. 395. quod Harlemenſem Epiſcopatum reſuſcitarit, a Papa redarguitur.

Menezas Ludovicus Carolus, ejus opera & obitus. 736.

Men-

Menzer Balthaſar, ejus lucubrationes & deceſſus. 318.

Miſſa, abuſus circa earum ſtipendia tolluntur. 433. Miſſas in Triremibus celebrari licet. 597.

Monaſteria Virorum fæminis, & illa Virginum Viris ingredi non licet. 596.

Monelia Paulus Antonius Carmelita, ejus opera & obitus. 339.

Montfauconius Bernardus ex Congregatione Benedictina S. Mauri, Vir longe eruditiſſimus, ejus geſta, ſcripta, fata & obitus. 504.

Munder Chriſtianus, ejus fata, libri & deceſſus. 518.

Muratorius Ludovicus, ejus libri Salisburgum a quibusdam Nobilibus invehuntur. 137. ab eis ſummopere deprædicantur. 139. ab aliis oppugnantur. 140. ab aliis rejiciuntur. 145. 202. queritur ſe librorum Murariorum Auctorem credi. 207. deſuper ſcribit ad Univerſitatis Rectorem 207. ſuam doctrinam de cultu B. V. vindicat. 208. a P. Rectore reſponſum obtinet. 211. denuo eidem reſpondet. 218. votum ſanguinarium impugnat. 219. de invocatione B. V. & Sanctorum ejus opinio. 221.

N.

Noaillius Cardinalis ſuam revocationem confirmat. 17.

Noltem Joannes, ejus lucubrationes & deceſſus. 342.

Nun-

Nuntii Apoſtolici, eorum controverſia cum Colonienſi Magiſtratu. 130. componitur. 134.

O.

Opfergeld Fridericus ſecta Lutheranus, ejus opera & deceſſus. 340.
Oratorii Berullini Patres Conſtitutionem *Unigenitus* acceptare & refractarios punire jubentur. 690.
Ordo Equeſtris S. Georgii in Bavaria. 427. alius S. Januarii Neapoli. 428.
Ottobonus Petrus Cardinalis, ejus pietas & eruditio. 301. 302. a Veneta republica ſuis bonis privatur. 303. reconciliatur. 304. ejus merita & deceſſus. 305.

P.

Palfy Joannes Comes in Hungariæ Palatinum eligitur. 417.
Pupadopoli Commenus Nicolaus, ejus opera & obitus. 338.
Parenin Dominicus Sinenſis Miſſionarius moritur, ejus opera. 510.
Parlamentum Pariſienſe in Sacramentorum adminiſtrationem ſeſe ingerit. 120. Parochos indignis Sacramenta adminiſtrare recuſantes caſtigat. 123. a Rege reprimitur. 125. nova ejus attentata. 556. ejus edictum a Rege annullatur. 559. nova Parlamentorum attentata in præjudicium jurisdictionis Eccleſiaſticæ. 686. reprimuntur a Rege. 687. eorum decreta

ta irritantur. 689. 692. Parisiense quædam noxia scripta damnat. 704. Pontificis Breve & Regis declarationem actis publicis inserere renuit. 722. ad id a Rege adstringitur. 723.

Parma, Parmenses Reginæ Hungariæ homagium præstant. 388. reclamat Pontifex. 389.

Pascha, qua die celebrandum. 475. quid hac in re in Suecia statutum? 479.

Passerius Marcellus Cardinalis, ejus fata, merita & obitus. 463.

Persia, quinam fidem Catholicam in hoc regnum invexerint. 265. Rex Catholicis & Carmelitis Discalceatis plurimum favet. 266.

Peverati Angelus Maria Theatinus, ejus obitus & lucubrationes. 509.

Philippus V. Hispaniarum Rex a Benedicto XIV. favoribus augetur. 335. successionem in Austriacas ditiones prætendit. 667. in Italiam irrumpit. 667. improspero Marte pugnat. 668. Clero exactiones imponit. 668. Toletanos Canonicos ad eas solvendas armata vi compellit. 670.

Pisanus Aloysius Venetorum Dux moritur. 501. succedit Petrus Eques Grimaldus. 501.

Podorsky Innocentius Paulinus, ejus obitus & opera. 339.

Pollignacus Melchior Cardinalis, ejus dignitates, variantis fortunæ fata, elogium & obitus. 466. 474.

Po-

Poloni Judæos nonnisi sub certis conditionibus tolerant. 227. Lutheranis Templa eripiunt. 239. Lutheranos ad Ecclesiam pro Catholicis erigendam compellunt. 241. Catholicorum Ecclesiam usurpare, Lutheranos prohibent. 242. alii Præsules eis libertatem sectæ restringunt. 243. ob facilitatem dissolvendi matrimonia a Papa redarguuntur. 359. sectariorum progressus sistunt. 399.

Ponin, Poninsky Antonius, ejus scripta & obitus. 736.

Portia Leander Cardinalis Ord. S. Benedicti, ejus eruditio, pietas, & merita. 308. moritur. 312.

Posnaniensis Episcopus, vide *Poloni*.

Prædicantes sibi jus in sacra arrogant. 497.

Principum Protestantium jura in sacra, dissidium eorum circa illa. 497.

Protestantes, vide *Lutherani*, in Hungaria liberum sectæ exercitium petunt. 413.

Q.

Quirinius Angelus Maria Cardinalis novam editionem operum S. Ephræmi procurat. 1. quos tomos summo Pontifici nuncupavit. 3. quorum opera usus sit. 4. Turneminium refellit. 12. pro sincera Noaillii revocatione documentum profert. 16. contra Bibliothecæ Jansenianæ Auctorem invehitur. 515.

R.

R.

Raab Christophorus Lutheranus Præco petulantissime contra ritus, Principes Catholicos & Religionem declamat. 244. ab aliis reprehenditur. 248. 249.

Rausch Erhardus, ejus decessus & lucubrationes. 340.

Reinbeck Joannes Gustavus, quænam scripserit, & quando mortuus fuerit. 318.

Residentia, Episcopi præcipue Hiberni in suis Diæcesibus residere jubentur. 434.

Richinius Augustinus Dominicanus S. Inquisitionis Secretarius a sociis propter damnatam Bibliothecam Jansenianam impetitur. 513. sese vindicat. 514.

Ritus, ob illos contentio inter Præcones Lutheranos. 240. 252.

Ritus Sinensium superstitiosi, Benedictus XIV. totam controversiam recenset. 564. suorum Prædecessorum decreta confirmat. 566. permissiones extortas damnat. 573. decretis Pontificiis exactam obedientiam injungit. 531. juramentum Missionariis imponit. 582. 586.

Rollin Carolus, moritur, ejus lucubrationes. 508.

Rolof Fridericus, varia scripsit, ejus decessus. 520.

Rouille Petrus Julianus, ejus scripta & obitus. 338.

Rue-

Ruedorffer Eberhardus Benedictinus Salisburgenſis Univerſitatis Decanus contra Muratorii novitates declamat. 145. Academico ſenatu movetur. 201. in Hungariam ſecedit. 202.

Ruſpulus Bartholomæus Cardinalis, ejus merita & obitus. 456.

S.

Sacramenta, in eorum adminiſtrationem Parlamenta ſe ingerunt. 120. a Rege reprehenduntur. 126. variæ Curiæ ſibi jus in ea arrogant. 556.

Salisburgum, quidam Nobiles liberius de rebus ſacris ſentiunt. 137. Benedictini Univerſitatis Profeſſores ſeſe eis opponunt. 139. Nobiles minus decenter de invocatione B. V. M. Sanctorum loquuntur. 193. principiis Ludovici Muratorii inſiſtunt. 140. Benedictinis ſuccenſent. 144. eis Concionatores obſiſtunt. 144. ab Univerſitatis Decano carpuntur. 145. contra Benedictinos declamant. 147. pro vindicando honore B. V. oratio habetur. 149. impugnatur. 174. vindicatur. 175. ſolvuntur objectiones. 185. contra Nobiles inſurgitur. 196. hic tumultus ſedatur. 201. Nobiles contra Benedictinos libellum famoſum edunt. 205. Muratorius ſe offenſum reputat. 206. ei reſpondetur. 207.

Saulius Alexander Papiensis Episcopus a Benedicto XIV. Beatis adscribitur. 419.
Schamelius Joannes Martinus moritur, ejus lucubrationes. 737.
Schanat Joannes Fridericus Abbas, ejus opera & obitus. 516.
Sclavonicum Missale emendatum editur. 436. qua liturgia Sclavi utantur. 437.
Schlosser Fridericus, ejus opera & obitus. 738.
Schönbornius Hugo Damianus Comes in Episcopum Constantiensem eligitur. 283. Bullam Pontificis circa jejunium explicat & observari præcipit. 377.
Schönbornius Carolus Fridericus Comes Herbipolensis Episcopus ibidem jubilæum millenarium celebrat. 731.
Schöpflinus Joannes a Gallorum Rege Historiographus nominatur. 225.
Sieber Urbanus, ejus opera & obitus. 519.
Serbollonius Tabritius Nuntius Apostolicus, ejus controversia cum Colonienſi Magistratu. 130.
Silesia, Borussiæ Rex eam inopinato invadit. 344.
Sinenses ritus, vide *Ritus*.
Sinzendorffius Philippus Cardinalis Episcopus Vratislaviensis a Borussis captus abducitur. 347. a Borusso Rege in Vicarium Generalem totius Brandenburgicæ ditionis nominatur. 537. a Rege liberatur & perbenigne habetur. 537. novam

hanc

hanc dignitatem ſummo Pontifici ſignificat. 539. ejus indignationem incurrit. 540. ab eo comparere jubetur. 541. a Papa in hoc munere confirmatur. 546. epiſtolam Paſtoralem ad Catholicos ſcribit. 546. eis prohibet, ne *hæretici* voce utantur. 549. ejus jurisdictio limitatur. 552. præclaro titulo a Rege honoratur. 552. ad populum coram Rege perorat. 554.

Sorbona de recipienda Conſtitutione *Unigenitus* juramentum ſuis imponit. 393.

Spicas colligere pauperibus licet. 600.

Spinola Hieronymus Nuntius Apoſtolicus, ejus contentio cum Colonienſi Magiſtratu. 133. componitur. 134.

Spira, ibidem obſervantia jejunii juxta diſpoſitionem Benedicti XIV. urgetur. 376.

Stampa Cajetanus Cardinalis, ejus fata, merita & obitus. 654.

Stanislaus Krein Capuccinus Concionator pro honore B. V. M. perorat. 146.

Stauffenberg de Schenk Joannes Franciſcus Conſtantienſis & Auguſtanus Epiſcopus, vita & virtutes. 278. Eccleſiæ ſuæ jura defendit. 279. ejus ſtatuta. 282. ex apoplexia decedit. 287.

Steinhauſer Joannes Baptiſta Benedictinus Salisburgenſis ſuis literis ad ſuum fratrem datis quemdam Conſiliarium Eccleſiaſticum offendiſſe accuſatur. 197 revocare jubetur. 199. revocat. 200.

Suecia festi dies ibi imminuuntur. 483. vid. *Fridericus*.
Szembeck Comes Joannes Vormiensis Archiepiscopus, ejus merita, scripta & obitus.
Szembeck Comes Stanislaus Regni Primas & Gnesnensis Archipræsul Lutheranis sectæ libertatem in Polonia restringit. 243.

T.

Thibetanum Regnum, ibi nova fundatur Missio Apostolica. 606. Thibeti Rex sese Missionariis benevolum exhibet. 697. facultatem prædicandi Evangelium indulget. 608. Clemens XI. ad hunc Regem hac in caussa perscribit. 610. Jesuitæ ex hac Missione emigrare jubentur. 612. novi Missionarii a Papa ad illam mittuntur. 614. fidei prædicandæ libertatem datis ad Papam literis spondet. 623. Rex diplomate publico prohibet, ne quis Missionarios in prædicando Evangelio, vel subditos in amplectenda fide Catholica molestat. 625. Lama seu supremus Popa a Pontifice literis & donis honoratur. 628. vicissim hic Pontifici literas & munera submittit. 630. Missionariis infensissimus est. 633. Regem ab eis avertit. 633. Missionariis exilii pæna intentatur. 634. Neophyti Regno ejiciuntur. 635. tota Missio deperit. 635.

Toggen-

Toggenburgenſes Calviniſtæ, eorum ſeditio contra S. Galli Principem & Abbatem. 135. ſedatur. 137.
Toletani Canonici Cathedrales tributum impoſitum ſolvere renuunt. 667. armata vi coguntur. 668.
Tourrnes Antonius Dominicanus, S. Dominicum ex familia Guſmana ortum fuiſſe propugnat. 512.
Thun Comes Hungariæ Reginæ legatus de Papa queri jubetur. 335.
Turcæ Neapolitanis Religionis Catholicæ liberum exercitium concedunt. 239. Suecis Eccleſiam erigere permittunt. 484. eis ſectæ libertatem indulgent. 485.
Turneminus Jeſuita putat, hæc verba: *a ligno* in ipſo contextu ſermonis S. Ephræmi haberi. 10. refellitur a P. Calmeto & Cardinale Quirinio. 12.

U.

Valeſia B. Joanna Franciæ Regina, ejus cultus reſtauratur. 563.
Udalricus Joannes Coburgenſis Præco, fanatica ejus opinio de ſtatu medio animarum ſeparatarum a corpore. 492. refutatur a ſuis. 494.
Veſprimienſis Epiſcopus, ei non competit jus Hungariæ Reginam coronandi. 417.
Vitalis Benedictinus Salisburgenſis Hiſtoriam Salisburgenſis Eccleſiæ edit. 142. a quibusdam ſciolis carpitur. 142.

Vitus Recinetenſis Capuccinus Miſſionarius in regnis Batgao & Bittia fidem prædicandi Evangelicam facultatem pro ſuis a Regibus obtinet. 617. 620. Miſſionarios ſubmitti obtinet. 617.

Vratislavia, exemptionem ab extero præſidio prætendit. 346. a Boruſſis occupatur. 347. Canonici Cathedrales a Boruſſis ejiciuntur. 347. Epiſcopus Vratislavienſis captus abducitur. 347.

W.

Walther Chriſtophorus, ejus lucubrationes & deceſſus. 517.

Walterland Calviniſta varia edidit, demum obiit. 737.

Wernerus Fridericus moritur, quosnam libros ediderit? 517.

Wilhelmina Amalia Joſephi I. Imperatoris vidua pie decedit. 672.

Wormatienſes Lutherani ob publicam S. Viatici geſtationem Catholicos divexant. 676. ab Epiſcopo confutantur. 677. 685. ecrum vexationes contraCatholicos. 678.

Errata sic corrige:

Pag. 235	quiquennio	quinquennio
239	sigularibus	singularibus
—	suffragebatur	suffragabatur
249	somnia &	somniarit
315	Romam	Roma
336	extendat	extendant
386	proxime	proxima.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
5178

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN